LETTERE

DI

M. T. CICERONE

VOL. VIII.

M. TVLLII
CICERONIS
EPISTOLAE
QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR
MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

VOL. VIII.

MEDIOLANI
APVD A. F. STELLA ET FILIOS
M. D. CCC. XXIX

LETTERE
DI
M. T. CICERONE
DISPOSTE
SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE
DI
ANTONIO CESARI
P. O.
CON NOTE

VOL. VIII.

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXIX

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

DXVII. (Ad Div. VI, 1)

Argumentum. 1 Aulum Torquatum, qui, Pompeio victo cuius partes secutus fuerat, Athenis exsulabat, consolatur, ut absentiam ab urbe aequo animo ferat, quia turbata sint omnia, et qui praesentes sint multa cernant, quae nolint videre. 2 Addit spem reditus nonnullam, hortaturque, ut virtute se sustentet et recti conscientia; etiam ex civitate, in qua exsulet, et Sulpicii consuetudine levamen petat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII ineunte,
C. Iulio Caesare Dictatore III, Cos. IV; M. Aemilio Lepido
Mag. equitum;
suffectis in III ultimos menses Q. Fabio Maximo, C. Trebonio coss.

M. T. CICERO A. TORQVATO [1] S. D.

1 Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suae quemque fortunae maxime poeniteat, nemoque sit, quin ubivis, quam ibi, ubi est [2], esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore bono viro Romae esse miserrimum sit. Nam etsi, quocumque in loco quisque est, idem est ei sensus, et eadem acerbitas ex interitu re-

LETTERE

DI

M. TULLIO CICERONE

DXVII. (A Div. VI, 1)

Argomento. 1 Consola Aulo Torquato, il quale, vinto Pompeo, viveva esigliato in Atene, che non si lasci tanto increscere d'essere lontano da Roma, dove tutto è confusione, e chi vede vorrebbe non vedere. 2 Gli addita qualche speranza di ritorno, e lo anima a sostenersi colla virtù e colla coscienza pura; ricorra per sollievo alla città in cui dimora e alla conversazione con Sulpizio.

Scritta da Roma sul principio dell'anno DCCVIII, essendo C. Giulio Cesare dittatore per la terza volta e insieme console per la quarta volta, e M. Emilio Lepido maestro de' cavalieri; consoli sostituiti per gli ultimi tre mesi Q. Fabio Massimo e Caio Trebonio.

M. T. CICERONE A TORQUATO [1] S.

1 Quantunque tale sia oggidì il riverso di tutte le cose, che non è chi non porti dolore del proprio stato, nè chi, meglio che là dove egli è, non amasse di essere; io non ho tuttavia dubbio che in questo tempo ad uom dabbene l'essere in Roma non sia una morte. Imperocchè ben è il vero che, in qualunque luogo uom sia, egli ne ha senso di grave acerbezza, per lo guasto delle cose pubbliche e delle private; tut-

rum et publicarum et suarum: tamen oculi augent dolorem [3]; qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt. Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est: tamen illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romae non sis, animum tuum libera. Etsi enim cum magna molestia tuos tuaque desideras: tamen illa quidem, quae requiris, suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt ullo in proprio periculo; nec debes tu, quum de tuis cogitas, aut praecipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est tuum sic agitare animo [4], ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem. Nec enim is [5], qui in te adhuc iniustior, quam tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati; nec tamen is ipse, a quo salus petitur, habet explicatam aut exploratam rationem salutis suae [6]. Quumque omnium bellorum exitus incerti sint; ab altera victoria [7] tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu [8]; ab altera te ipsum numquam timuisse certo scio. Reliquum est, ut te id ipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum rei publicae: cuius tanti mali, quamvis docti viri multa dicant, tamen vereor,

tavia gli occhi rincrudiscon la doglia, essendo costretti di vedere quelle cose che gli altri odono, e non lasciando rivolgere il pensiero da queste miserie. Per la qual cosa, sebbene sia giuocoforza che tu sii tormentato del desiderio di molte cose, tuttavia quel dolore di che io odo che in ispezieltà ti consumi, mandalo via dal tuo cuore. Imperocchè sebben tu porti gran pena desiderando le tue cose ed i tuoi, tuttavia queste cose da te cercate perseverano nel loro stato, nè in migliore sarebbono per esservi tu, nè hanno in proprio alcun loro pericolo; nè tu, pensando delle cose tue, non dei dimandare d'avere privilegiata fortuna, o la comun ricusare. Quanto poi a te medesimo, o Torquato, ti si conviene far in modo le tue ragioni, che tu non dia luogo in questo consiglio alla disperazione o al timore. Conciossiachè colui che in te fu fino ad ora più rigido che non era dovuto alla tua dignità, non diede piccoli segni di animo verso di te mitigato; ed egli medesimo, dal qual aspetti la tua salute, non è già in certa e spacciata possession della sua. E conciossiachè i successi di tutte le guerre [2] sieno dubbiosi, della vittoria dell'una parte non veggo io alcun pericolo a te soprastare: dico separato dalla comun perdizione; da quello dell'altra son sicuro che tu nulla giammai temesti. Resta dunque che di quella cosa medesima ch'io t'ho messa innanzi per ragion di conforto, tu sii tribolato: dico il comune pericolo della Repubblica. Ora di sì grave sciagura (e molti dotti uomini ci dicono di molte cose [3]) non credo che al-

ne consolatio nulla [9] possit vera reperiri, praeter illam, quae tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est atque nervorum. Si enim bene sentire, recteque facere satis est ad bene beateque vivendum: vereor, ne eum, qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse nefas sit dicere [10]. Nec enim nos arbitror victoriae praemiis ductos, patriam olim, et liberos, et fortunas reliquisse; sed quoddam nobis officium iustum, et pium, et debitum rei publicae nostraeque dignitati videbamur sequi: nec [11], quum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis esset victoria. Quare si id evenit, quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse: non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse numquam putarimus. Simus igitur ea mente, quam ratio et veritas praescribit [12], ut nihil in vita nobis praestandum, praeter culpam, putemus; eaque quum careamus, omnia humana placate et moderate feramus. Atque haec eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. Sed, si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicumque status est futurus, carere non debes. Atque haec mihi scribenti veniebat in mentem [13], me eum esse, cuius tu desperationem accusare solitus esses, quemque auctoritate tua cunctantem

cun solido conforto si possa trovare, da quello in fuori, il quale nella sua efficacia si commisura alla forza e vigoria che è nell'animo di ciascuno. Imperocchè se i santi giudizi e le operazioni ci danno il bene e beatamente vivere 4, non so io come colui che può consolarsi della coscienza de' giudizi santissimi, possa esser chiamato misero senza peccato. E certo non credo io che noi per gola de' premii della vittoria abbiam già lasciato la patria, le sostanze, i figliuoli; ma per parerci quello un giusto e pietoso ufizio, debito alla Repubblica ed alla nostra dignità. E nota altresì che in questo fatto noi non eravamo cotanto sciocchi, che ci tenessimo in man la vittoria. Il perchè, se egli è avvenuto quello che nel metterci in questa causa ci ponemmo nell'animo come possibile, non dobbiam ora così abbandonarci, quasi come fosse avvenuto cosa che noi credessimo non poter mai avvenire. Adunque tegnamci fermi in quel sentimento che la ragione e la verità ci prescrive: cioè che a noi non è richiesto obbligarci d'altro in tutta la vita, che del non esser colpevoli; or essendo noi innocenti, ogni accidente dell'umana vita portiamo rassegnatamente ed in pace. Or tutto questo mio dire ferisce qua, che andando anche il mondo in fasci, sola essa virtù dee poter reggere se medesima. Ma certo, se della Repubblica riman nulla a sperare, pigli ella quello stato che vuole, tu non dei gittare quella speranza. Ma e, scrivendo io questo, mi occorreva all'animo, me essere quel medesimo cui, avendo io abbandonato ogni speranza, tu eri solito rimproverare; e non sapendomi risolvere e sconfidan-

et diffidentem excitare. Quo quidem tempore non ego causam nostram, sed consilium [14] improbabam. Sero enim nos iis armis adversari videbam, quae multo ante confirmata per nosmetipsos erant [15]; dolebamque, pilis et gladiis, non consiliis, neque auctoritatibus nostris de iure publico disceptari. Neque ego ea, quae facta sunt, fore quum dicebam, divinabam futura: sed, quod et fieri posse, et exitiosum fore, si evenisset, videbam, id ne accideret, timebam: praesertim quum, si mihi alterutrum de eventu atque exitu rerum promittendum esset, id futurum, quod evenit, exploratius possem promittere. Iis enim rebus praestabamus, quae non prodeunt in aciem; usu autem armorum, et militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum esse oportere censebas.

2 Haec eo scripsi [16], quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti [17], fidelissimo animo (ut mihi quidem visus est) narravit, te interdum solicitum solere [18] esse vehementius: quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua re publica sis futurus, qui esse debes; aut perdita, non afflictiore conditione, quam ceteri. Hoc vero tempus, quo exanimati omnes et suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre debes, quod et in urbe ea [19] es, ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae, et habes Ser. Sulpicium [20], quem

domi, rincorarmi colla tua autorità. Or pensa che io allora non riprovava già la causa comune, sì la deliberazion presa [5]: veggendo io bene che tardi volevamo tener petto a quelle armi che noi medesimi molto prima troppo avevamo rafforzate [6]; e mi piagnea il cuore che non co' consigli e colle autorità, ma co' giavellotti e con le spade era messo a sbaraglio lo Stato. Nè quando io prediceva le cose che sono avvenute, profetizzava le cose avvenire; solamente aveva paura non avvenisse quello che poteva, e che succedendo ne avrebbe gittati in fondo: massimamente che, qualora io avessi dovuto dell'esito e del successo delle cose promettere o qui o qua, io potea con più certezza promettere appunto ciò che è avvenuto. Imperocchè noi eravam superiori agli altri in quelle cose che non s'adoperano nelle guerre; là dove nell'esercizio dell'armi e nel valor de' soldati eravam loro di sotto. Ma fa al presente che tu adoperi quel coraggio che tu allora giudicavi essere a me richiesto.

2 Queste cose ti ho scritto, perchè domandando io di te per singula al tuo Filargiro [7], egli con tutta lealtà (come mi parve) mi raccontò che tu a quando a quando ti suoli abbandonare a troppo gagliarda malinconia. Or tu non dei farlo, nè dubitare che (rimanendo una qualche Repubblica) tu non abbi ad essere quello che è di dovere; ovvero, cadendo ella in subisso, che tu ti debba essere a peggior condizione degli altri. Ma il presente stato di cose, in cui siamo tutti sfidati e sospesi, tu dei tollerarlo con animo più rassegnato, per esser tu in quella città [8] nella qual nacque e fu nudrita la ragione e il governo della vita; e sopra questo hai Ser. Sulpizio [9], da te sempre te-

semper unice dilexisti; qui te profecto et benivolentia et sapientia consolatur. Cuius si essemus et auctoritatem et consilium secuti, togati potius potentiam, quam armati [21] victoriam subissemus. Sed haec longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit: illa, quae maiora sunt, brevius exponam. Ego habeo, cui plus, quam tibi, debeam, neminem. Quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eripuit. Qui sim autem hoc tempore, intelligo. Sed quia nemo est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid et efficere; omne meum consilium, operam, studium certe velim existimes tibi, tuisque liberis esse debitum [22].

DXVIII. (Ad Div. XV, 18)

Argumentum. Epistolae brevitatem excusat; tristitiam temporum accusat; nihil ex Hispania afferri significat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a me, quum iam iretur ad te: longior etiam, si φλύαρον aliquem habuisset [1]. Nam σπουδάζειν sine periculo vix possumus. Ridere igitur, inquies, possumus. — Non mehercule facillime.

neramente amato, della cui benevolenza e saviezza tu dei al certo ben essere consolato: e così ne avessimo noi seguíto il consiglio e l'autorità, chè ora noi saremmo sotto il poter d'uno in toga, non d'un armato! Ma forse io fui più lungo che non era il bisogno; recherò in sunto quel che più importa. Io non ho a cui sia più debitore di te. Quelli a' quali [10] io dovea tanto quanto tu sai, mi furono rapiti da' casi di questa guerra. Che uomo io mi sia al presente, so io bene; tuttavia, posciachè non c'è uomo tanto disfatto, il quale (non occupandosi ad altro che a quello che e' fa) non possa fare qualcosa di bene, ti prego di credere per fermo che ogni mio consiglio, ogni opera ed ogni studio è obbligato per te e pe' tuoi figliuoli.

DXVIII. (A Div. XV, 18)

Argomento. Scusa la brevità della lettera; accusa la malignità de' tempi; scrive che non c'è alcuna nuova dalla Spagna.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

Tu avresti avuto una più lunga lettera, se altri non me l'avesse dimandata in quel medesimo che egli partiva alla volta di te. Sarebbe anche stata più lunga, se scrittala un *vago di ciance:* da che *scrivere di cose serie* appena è che si possa senza pericolo. Tu dirai: Potrem dunque ridere. — In fede mia, nè anche

Veruntamen aliam aberrationem a molestiis nullam habemus. Vbi igitur, inquies, philosophia? Tua quidem in culina, mea molesta est [2]. Pudet enim servire. Itaque facio me alias res agere [3], ne convicium Platonis audiam. De Hispania [4] nihil adhuc certi, nihil omnino novi. Te abesse, mea causa moleste fero, tua gaudeo [5]. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meque, ut a puero fecisti, amabis.

DXIX. (Ad Div. IX, 10)

Argumentum. Inter Niciam et Vidium iudex in causa, ut videtur, pecuniaria, constitutus, quod grammaticus Nicias erat, per iocum ad grammaticos alludit: etiam de P. Sullae morte iocose scribit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII ineunte.

M. T. CICERO P. DOLABELLAE [1] S. D.

Non sum ausus Salvio nostro [2] nihil ad te literarum dare. Nec mehercule habebam, quod [3] scriberem, nisi te a me mirabiliter amari: de quo, etiam nihil scribente me, te non dubitare, certo scio. Omnino mihi magis literae sunt exspectandae a te, quam a me tibi. Nihil enim Romae geritur, quod te putem scire curare [4]: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum [5] et Vidium iudicem esse. Profert alter [6], ut opinor,

questo è affatto il caso [1]; se non che noi non abbiamo altro ricovero dalla malinconia. Or dov'è dunque, dirai tu, la filosofia? — La tua veramente è in cucina; la mia m' è un fastidio: imperocchè vergognomi della servitù; onde io do vista che il fatto non sia mio, per non sentirmi trafiggere da Platone. Della Spagna nulla di fermo, niuna novella affatto. Che tu non sia qui, mi duole per conto mio; pel tuo mi piace. Ma il corriere mi fa pressa. Adunque farai di star bene, e di amarmi, come fin da piccolo tu hai fatto.

DXIX.

(A Div. IX, 10)

Argomento. Eletto giudice arbitrale in causa pecuniaria, come pare, tra Nicia e Vidio, perchè quegli era grammatico, scherza piacevolmente intorno ai grammatici: e così fa anche intorno alla morte di Silla.

Scritta da Roma sul principio dell' anno DCCVIII.

M. T. CICERONE A P. DOLABELLA S.

Non potrei patire di non dar qualcosa di lettera per te al nostro Salvio; quantunque in fede mia non avea a mano che dirti, salvo che io ti voleva un ben pazzo; della qual cosa, eziandio senza nulla dirtene, io son certo che tu non hai ombra di dubbio. In somma, io debbo anzi aspettar da te lettere, che tu da me; posciachè nulla si fa in Roma, che io creda a te punto importar di sapere; salvo se già tu non vuoi saper questo, che io son fatto giudice [1] tra 'l nostro Nicia e Vidio. L'uno produce, come penso, in

duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos ὀβελίζει [7]. Ego, tamquam criticus antiquus [8], iudicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. Puto te nunc dicere [9]: Oblitusne es [10] igitur fungorum illorum, quos apud Niciam? [11] et ingentium culinarum [12] cum Sophia Septimiae? [13] Quid ergo? tu adeo mihi [14] excussam severitatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiae pristinae frontis [15] appareant? Sed tamen suavissimum συμβιώτην nostrum [16] praestabo integellum; nec committam [17], ut, si ego eum condemnaro, tu restituas, ne habeat Bursa Plancus, apud quem literas discat [18]. Sed quid ago? Quum mihi sit incertum, tranquillone sis animo, an, ut in bello [19], in aliqua maiuscula cura negotiove versere, labor [20] longius. Quum igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de P. Sullae morte [21], ante quam certum scierit [22]. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit. Satis putant, se scire, quod sciunt. Ego ceteroqui [23] animo aequo fero; unum vereor, ne hasta Caesaris refrixerit [24].

due versi il suo credito da Nicia; l'altro, come Aristarco, *dà loro un frego.* Io, ad uso di antico diffinitore, ho da giudicare se e' sieno *del Poeta,* ovvero *supposti.* Tu dirai qui (sono certo): Or ti se' dunque dimenticato di que' funghi in casa Nicia? ovvero de' grassi pranzi con Sofia di Settimia? — Che vorrestu dire? pensi tu ch'io abbia gittata via per modo la vecchia severità, che nè anche nel foro io non lasci apparire eziandio un resticciuolo della mia prima vista? Ma sta: io manterrò sì nette le ragioni del soavissimo *compagnon* nostro; nè mi passerò già, caso ch'io l'abbia condannato, che tu mel rimetta in istato; ed allora a Planco Borsa manchi chi gli insegni leggere [2]. Ma che fo io? mi allargo più là del dovere, non essendo ancora ben certo se tu sii d'animo riposato, ovvero (secondo che porta tempo di guerra) impacciato in qualche maschio pensiero o faccenda. Adunque, come io sia certificato che tu debba aver voglia di ridere, ti scriverò anche più là. Sola una cosa vo' dirti, che il popolo, circa la morte di P. Silla [3], fu fieramente in angustia, avanti che ne fosse ben certo. Al presente non dimandano più: Di qual morte è egli basito? [4] — Egli n'ha assai del saper quello che sanno. Quanto a me, io me la porto con animo rassegnato; eccetto che non vorrei che per questo l'incanto che fa Cesare fosse addormentato [5].

DXX.

(Ad Div. XV, 17)

Argumentum. 1 Queritur de importunis tabellariis; 2 narrat de P. Syllae morte; 3 de bello Hispaniensi; 4 Pansae profectione in provinciam; 5 Cassii consilium probat Brundisinae mansionis: literas mutuas poscit.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

1 Praeposteros habes tabellarios; etsi me quidem non offendunt; sed tamen, quum a me discedunt, flagitant literas; quum ad me veniunt [1], nullas afferunt. Atque id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent; sed petasati [2] veniunt, comites ad portam exspectare dicunt. Ergo ignosces: alteras habebis has breves. Sed exspecta πάντα περὶ πάντων. Etsi quid ego me tibi purgo, quum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistolis revertantur?

2 Nos hic (tamen ad te scribam aliquid) P. Sullam [3] patrem mortuum habebamus. Alii a latronibus, alii cruditate dicebant. Populus non curabat; combustum enim esse constabat. Hoc tu pro sapientia tua feres aequo animo [4]. Quamquam πρόσωπον πόλεως amisimus [5]. Caesarem putabant moleste laturum, verentem, ne hasta refrixisset [6]. Mindius Marcellus et Attius pigmentarius valde gaudebant, se adversarium perdidisse.

DXX.

(A Div. XV, 17)

Argomento. 1 Lagnasi dell'importunità de' corrieri; 2 narra la morte di P. Silla; 3 della guerra di Spagna; 4 della partenza di Pansa per la provincia; 5 approva il consiglio di Cassio di rimanersi a Brindisi, e domanda reciprocanza di lettere.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

1 I tuoi corrieri fanno a rovescio degli altri: tal sia di loro; tuttavia, quando e' sono in partire, mi dimandano: Hai tu lettere? — quando vengono, non mi portano un brano di carta. Ora questo che fanno mi acconcerebbe meglio, se a scriverti mi lasciassero un quarticel d'ora; ma egli ne vengono ad uso di chi sta sul partire, dicendo che i loro sozi gli stanno aspettando alla porta. Perdonera'mi adunque, se anche questa lettera sarà poca: ma aspetta *un mondo di ogni cosa del mondo.* Sebbene, che mi scuso io a te, quando i tuoi vengono a me con le mani in mano, e a te ritornano co' pieghi?

2 A noi fu riferito qui (per iscriverti qualche cosa) che il padre di P. Silla [1] fosse morto: chi dicea da' ladroni, chi di mala digestione. Il popolo non si dava pensiero di ciò, sapendo bene lui essere stato arso [2]. Ora tu, da quel savio uomo che sei, questa morte porterai con rassegnazione; quantunque noi abbiamo perduto *di Repubblica fino alle fattezze.* Credeano che Cesare ne dovesse piangere, per timore non forse l'incanto freddasse. Mindio Marcello ed Azzio profumiere gongolavano d'aver un avversario meno.

3 De Hispania novi nihil; sed exspectatio valde magna; rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι.

4 Pansa noster paludatus a. d. III Kalend. Ianuarias profectus est [7], ut quivis intelligere posset id, quod tu nuper [8] dubitare coepisti, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν esse. Nam quod multos miseriis levavit [9], et quod se in his malis hominem [10] praebuit, mirabilis eum virorum bonorum benivolentia prosecuta est.

5 Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo, et gaudeo: et mehercule puto te sapienter facturum, si ἀκενόσπουδος fueris. Nobis quidem, qui te amamus, erit gratum. Et amabo te, quum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego numquam quemquam ad te, quum sciam, sine meis literis ire patiar.

DXXI. (Ad Div. VI, 18)

Argumentum. 1 Respondet ad quaestionem Leptae de decurionibus in municipiis ex lege Iulia. 2 Addit quaedam nova de Hispaniis; 3 de negotio Leptae, quod sponsor esset pro Pompeio; 4 de *Oratore* suo ad M. Brutum. 5 Cur diutius Romae commoretur. Leptae filio Hesiodi lectionem commendat.

3 Nulla di Spagna: ben l'espettazione è gagliarda; si bucina anzi di male che no, ma *sull'aria.*

4 Il nostro Pansa partì ad uso d'imperadore il penultimo di dicembre; cotalchè potè ognuno vedere (quello di che tu cominciasti poco fa a dubitare), *la virtù essere orrevole per se medesima.* Imperocchè, per aver lui cavato di miseria ben molti, e per essersi in questi guai mostrato compassionevole, s'è guadagnato una maravigliosa benevoglienza da' buoni.

5 Ben facesti (e me ne gode l'animo) di rimaner fino ad ora in Brindisi; e in coscienza ti dico: Tu farai saviamente *a tenerti fuor d'ogni briga;* e certo, amandoti io come fo, l'avrò caro. Ma tu, qualora per innanzi scriva a casa tua, ricórdati (te ne priego) di me; chè io, sapendo che alcuno venga costà, nol lascerò partire senza mie lettere.

DXXI. (A Div. VI, 18)

Argomento. 1 Risponde a Lepta sul quesito fattogli in proposito de' decurioni ne' municipii secondo la legge Giulia; 2 aggiugne qualche nuova della Spagna; 3 della malleveria di Lepta a favore di Pompeo; 4 del suo libro *dell'Oratore* dedicato a M. Bruto; 5 perchè si fermi tuttora a Roma; raccomanda al figlio Lepta la lettura di Esiodo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Ianuar.

CICERO LEPTAE [1]

1 Simul [2] accepi a Seleuco tuo literas, statim quaesivi e Balbo per codicillos, quid esset in lege [3]. Rescripsit: eos, qui facerent praeconium [4], vetari esse in decurionibus; qui fecissent, non vetari. Quare bono animo sint et tui, et mei familiares. Neque enim erat ferendum, quum, qui hodie haruspicinam facerent, in senatu Romae legerentur [5]; eos, qui aliquando praeconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere.

2 De Hispaniis novi nihil. Magnum tamen exercitum Pompeium [6] habere constat. Nam Caesar ipse ad nos [7] misit exemplum Paciaeci [8] literarum, in quo erat, ipsas [9] undecim esse legiones. Scripserat etiam Messala Q. Salasso, P. Curtium fratrem eius, iussu Pompeii, inspectante exercitu, interfectum, quod consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere, ad Caesaremque deducere [10].

3 De negotio tuo, quod sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expediri [11] possit: quod videbatur mihi ille confidere.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Gennaio.

CICERONE A LEPTA [1]

1 Appena ricevute dal tuo Seleuco tue lettere, di tratto richiesi Balbo con un viglietto, che cosa portasse la legge [2]. Mi rispose: Quelli che sono in ufizio di banditori non poter essere decurioni [3]; sì quelli che già fossero stati. — Il perchè si dien pace i tuoi e miei amici. E certo non saria stato da tollerare che, essendo oggidì in Roma fatti di Senato cotali che sono in ufizio di aruspici [4], non potessero ne' municipii essere decurioni quelli che già stati erano banditori.

2 Della Spagna niente di nuovo. Egli è certo però, Pompeo [5] essere assai forte di gente: conciossiachè Cesare medesimo ci mandò copia della lettera di Pacieco [6], che dicea lui avere undici legioni. Anche avea scritto Messala a Q. Salasso, come il fratel suo P. Curzio era stato ucciso per ordine di Pompeo sugli occhi dell'esercito, per essersi accordato con certi Spagnuoli, caso che Pompeo fosse per vettovagliarsi venuto in non so qual terra, di pigliarlo e condurlo a Cesare.

3 Circa l'affar tuo, dell'esser tu entrato mallevadore per Pompeo, tornato che sia Balbo tuo commallevadore (non cattivo massaio che è), tratterò seco al possibile, se mai se ne possa cavar le mani; di che io l'ho trovato in buona fidanza.

4 *Oratorem* meum [12] tantopere a te probari vehementer gaudeo. Mihi quidem [13] sic persuadeo, me, quicquid habuerim iudicii de dicendo, in illum librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque [14] aliquid sum; sin aliter, non recuso, quin, quantum de illo libro, tantumdem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrum [15] cupio delectari iam talibus scriptis. Etsi abest maturitas aetatis, iam tamen personare aures eius huiusmodi vocibus, non est inutile.

5 Me Romae tenuit omnino Tulliae meae partus [16]. Sed quum ea, quemadmodum spero, satis firma sit: teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem [17]; et, mehercule, non tam sum peregrinator iam, quam solebam. Aedificia mea [18] me delectabant, et otium. Domus est, quae nulli villarum mearum cedat: otium, omni desertissima regione maius. Itaque ne literae quidem meae impediuntur; in quibus sine ulla interpellatione verso. Quare, ut arbitror, prius hic te nos, quam istic tu nos videbis. Lepta suavissimus ediscat Hesiodum, et habeat in ore, Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα [19].

4 Io sono in cielo che il mio *Oratore* ti piaccia quanto tu mi di': certo io ho coscienza di me medesimo, che tutta la perizia, la conoscenza che io ebbi mai dell'arte del dire, l'ho raccolta tutta in quel libro. Or se esso è sì fatto, qual tu mi scrivi essere paruto a te, io mi tengo altresì un qualche bel fatto; se no, non ricuso che altrettanto detraggasi della fama di mia conoscenza quanto si faccia del detto libro. Mi piacerebbe che il nostro Lepta pigliasse oggimai diletto di così fatti libri. Sebbene egli non abbia ancora l'età da ciò, non gli sarà però inutile che nelle orecchie gli rispondano suoni di questa fatta.

5 Di rimanermi in Roma non ho altra cagione che il parto [7] della mia Tullia; ma come ella siasi, come spero, ben riavuta, vi sarò tuttavia ritenuto fino a tanto che da' procuratori di Dolabella riscuota la prima pensione [8]. Ma (dico la verità) io non sono più così vago di andar fuori, com'era. Le mie cose di campagna mi dilettavano, ed il riposo. Or io ho qui tal casa [9], che non la cede a nessuna di quelle; il riposo poi l'ho meglio qui, che se io fossi nel deserto più solitario: onde nè sono anche storpiato da' miei studi, ne' quali io sono a gola, senza una seccaggine al mondo. Di che penso che io prima vedrò te qui, che tu me costì. Il soavissimo Lepta impari Esiodo [10], e meni spesso per bocca quel verso: *Ma il sudore della virtù* .....

DXXII. (Ad Div. XV, 16)

Argumentum. Epistolas Cassii requirens iocatur in opiniones Epicureas, de imaginum incursione et in ipsum Cassium Epicureae philosophiae studiosum.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Ianuario.

M. T. CICERO C. CASSIO S. P. D.

Puto te suppudere, quum haec tertia iam epistola ante oppresserit [1], quam tu syllabam aut literam. Sed non urgeo. Longiores enim exspectabo, vel potius exigam. Ego, si semper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. Fit enim nescio qui [2], ut quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid [3] ad te: neque id κατ᾽ εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi [4]; qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis [5] excitari. Nam, ne te fugiat, Catius [6] Insuber, Epicureus, qui nuper est mortuus, quae ille Gargettius [7], etiam ante Democritus, εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possint feriri, quod iis vel ipsa accurrunt [8]: animus qui possit, ego non video. Doceas tu me oportebit, quum salvus veneris, in meane potestate sit [9] spectrum tuum, ut, simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud accurrat [10]: neque solum de

DXXII. (A Div. XV, 16)

Argomento. Chiedendo lettere a Cassio, scherza intorno ad alcune opinioni degli Epicurei del correre delle imagini negli occhi, e intorno allo stesso Cassio, nuovo seguace della dottrina Epicurea.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Gennaio.

M. T. CICERONE A C. CASSIO S.

Parmi già di vederti in viso un cotal po' di vergogna, sentendoti addosso oggimai questa terza mia lettera, prima da te averne avuto viglietto nè lettera. Ma non ti fo pressa; ne aspetterò di più lunghe, se già non le esiga. Quanto a me, se avessi sempre a cui darne, ne darei anche tre all'ora: imperocchè, non so io come, scrivendoti qualche cosa, mi pare di averti sugli occhi; e ciò non mica per *una visione di simulacri* (come dicono i tuoi nuovi amici [1], a' quali è avviso, eziandio le *visioni intellettuali* esser destate dagli spettri di Cazio [2]). Il che dico acciocchè tu sappi che Cazio di Insubria, Epicureo, testè morto, diede nome di *spettri* a queste cose, che quel di Gargetto [3] (e prima di lui anche Democrito) nominava *spezie*. Ora sebbene da questi spettri possano gli occhi esser feriti, da che essi loro si fanno incontro [4], l'animo poi come possa altresì esserne, non rinvengo. Tu dovrai insegnarmi, quando salvo sii qua venuto, se lo spettro della tua persona io l'abbia a mano così, che ogni volta che mi venga voglia di pensare di te, esso mi venga all'incontro. Nè ciò dico io della sola per-

te, qui mihi haeres in medullis; sed, si insulam Britanniam coepero cogitare, eius εἴδωλον mihi advolet ad pectus. Sed haec posterius. Tento enim te, quo animo accipias. Si enim stomachabere, et moleste feres, plura dicemus; postulabimusque, ex qua haeresi [11], vi, hominibus armatis [12], deiectus sis, in eam restituare. In hoc interdicto non solet addi, *in hoc anno* [13]. Quare si iam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis [14]: in integro res nobis erit. Quamquam quicum loquor? cum uno fortissimo viro: qui, posteaquam forum attigisti [15], nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimae dignitatis. In ista ipsa αἱρέσει metuo [16], ne plus nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu probas. Quid tibi in mentem venit? inquies [17]. — Quia nihil habebam aliud, quod scriberem. De re publica enim nihil scribere possum: neque enim, quod sentio, libet scribere.

DXXIII. (Ad Div. XV, 19)

Argumentum. Respondet duabus Ciceronis epistolis DXVIII et DXX.

sona tua, che m'è intrinsecata nelle midolle; ma, mettendomi io a pensare dell'isola di Bretagna, dirai tu che il *simulacro* di lei debba volarmi nel petto? Ma di queste cose parlerem poi: imperocchè io t'intendo tastare come tu le riceva; conciossiachè qualora tu te ne sdegni e ne indispettisca, ed io parlerò anche più, e farò richiamo che tu sii restituito a quella *setta*, dalla quale da gente armata se' stato a forza staccato. Or in siffatta sentenza non ha luogo la giunta: *in questo anno;* cotalchè, eziandio se ben da due o da tre anni tu, ammorbidato dalle lusinghe del piacere, avessi dato il divorzio alla virtù, sarà pienamente in nostro potere. Sebbene, a chi parlo io? a persona fortissima, il quale, dopo entrato nel foro, non hai fatto mai nulla, altro che pieno di nobilissima dignità. Se non che io non vorrei che questa *setta* avesse troppo più di vigore che io non pensava, se pure è vero che tu l'approvi. Ma che farnetichi tu? mi dirai. — Egli è stato che io non avea punto altro da scriverti: da che della Repubblica non posso scrivere nulla, non potendo scrivere quel che ho nel cuore.

DXXIII.

(A Div. XV, 19)

Argomento. Risponde alle due lettere di Cicerone DXVIII e DXX.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCVIII, mense Ianuar. exeunte.

C. CASSIVS M. T. CICERONI S. P. D.

S. V. B. Non mehercule in hac mea peregrinatione quicquam libentius facio, quam scribo ad te. Videor enim cum praesente loqui et iocari. Nec tamen hoc usu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos [1] regeram, ut Catium Athenis natum esse dicas. Pansam nostrum [2] secunda voluntate hominum paludatum ex urbe exisse, quum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrum. Spero enim, homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas, et quanto amori probitas et clementia; atque ea [3], quae maxime mali petant et concupiscant, ad bonos pervenire [4]. Difficile est enim persuadere hominibus, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν esse: ἡδονὴν vero, et ἀταραξίαν virtute, iustitia, τῷ καλῷ parari, et verum, et probabile est. Ipse enim Epicurus, a quo omnes Catii et Amafinii, mali verborum interpretes [5], proficiscuntur, dicit: οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaque et Pansa, qui ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet; et ii, qui a vobis [6] φιλήδονοι vocantur, sunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι, omnesque virtutes et colunt, et retinent. Itaque Sulla [7], cuius iudicium probare debemus, quum dissentire phi-

Scritta da Brindisi l'anno DCCVIII, sul finir di Gennaio.

C. CASSIO A M. T. CICERONE S.

Non ho, te lo giuro, in questo mio viaggio, cosa che io faccia più volentieri dello scrivere a te; chè mi pare esser teco e parlarti e sollazzarmi. Il che però non avviene per cagion degli spettri di Cazio; in cambio del quale nella mia prima lettera io ti rimanderò sul viso tanti Stoici villani, che tu n'abbia a credere Cazio nato in Atene. Che il nostro Pausa [1], accompagnato dal favore della gente, sia ad uso di imperadore uscito di Roma, mi sa molto caro, sì per conto di lui proprio, come, tel prometto, di tutti noi. Imperocchè io mi confido che il mondo abbia a conoscere, quanto tutti odiino la crudeltà, e quanto amino la probità e la clemenza; e come con questa vengano i buoni in possesso di quelle cose alle quali tirano i malvagi, morendone del desiderio. Imperocchè è difficile cacciar in capo alla gente, l'*onesto essere da amare per se medesimo*; che poi il *piacere* e la *franchigia d'ogni turbamento* si acquisti colla virtù, colla giustizia e colla *onestà*, ed è cosa vera e da approvare: conciossiachè il medesimo Epicuro [2] (della cui scuola sono i Cazii e gli Amafinii, pessimi suoi commentatori) afferma, *non potersi vivere in diletto, chi non lo faccia con onestà e con giustizia* [3]. Il perchè eziandio Pausa, che va dietro al *diletto*, ritien la virtù; e quelli che noi chiamiamo *amanti del diletto*, sono *amanti dell'onesto e del giusto*, e tutte virtù seguono ed hanno in sè. E pertanto Silla (il cui giudizio a noi dee essere come oracolo) veggendo i filosofi fra sè divisi,

losophos videret, non quaesiit, quid bonum esset; omnia bona coëmit [8]: cuius ego mortem forti mehercules animo tuli. Nec tamen Caesar diutius nos eum desiderare patietur. Nam habet damnatos, quos pro illo nobis restituat [9]; nec ipse sectorem desiderabit, quum filium viderit [10]. Nunc, ut ad rem publicam redeam, quid in Hispaniis geratur, rescribe. Peream, nisi solicitus sum, ac malo veterem et clementem dominum [11] habere, quam novum et crudelem experiri. Scis, Cnaeus [12] quam sit fatuus; scis, quomodo crudelitatem virtutem putet; scis, quam se semper a nobis derisum putet. Vereor, ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι [13]. Quid fiat, si me diligis, rescribe. Hui, quam velim scire, utrum ista solicito animo, an soluto legas! sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat [14]. Ne longior sim, vale; et me, ut facis, ama. Si Caesar vicit, celeriter me exspecta.

DXXIV. (Ad Div. VI, 3)

Argumentum. Torquatum consolatur, quod Athenis potius ei vivendum sit, quam Romae.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Ianuario.

M. T. CICERO A. TORQVATO S. D.

Superioribus literis [1] benivolentia magis adductus, quam quo [2] res ita postularet, fui longior.

non si diè pena di esaminare circa la natura del bene; ma tutti se li comprò in fascio 4. La costui morte ho io portata con fermo animo; e spero bene che Cesare non ci lascerà di lui piangere lungamente, avendo ben molti condannati 5 da ristorarcene la sua perdita; nè certo dovrà aspettar molto un compratore, come prima vegga il figliuolo di lui. Ma torniamo alle cose pubbliche. Deh! scrivimi che di nuovo circa le Spagne. Possa io morire, se non ne sono in pena, e se non torrei anzi di starmi col vecchio e clemente signore, che provarne un nuovo e crudele. Che barbagianni sia Gneo 6, tu lo sai; e sai come egli alla crudeltà ha posto nome virtù; sai come egli si tiene essere stato sempre il nostro zimbello. Non vorrei che egli, da quel villano che è, non voglia rimbeccarci con la spada le *nostre beffe*. Se tu mi ami, rispondimi quello che avvenga. Hui! che voglia ho io di sapere, come legga tu queste cose, se turbato o tranquillo; chè ciò mi sarebbe altresì norma nel fatto mio. Ma per non infastidirti, stammi bene, ed amami come fai. Vincendo Cesare, aspettami di corto.

DXXIV. (A Div. VI, 3)

Argomento. Consola Torquato, perchè gli tocchi vivere piuttosto in Atene che a Roma.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Gennaio.

M. T. CICERONE AD A. TORQUATO S.

Nell'ultima lettera, più per cagion d'affetto che per volerlo l'argomento, sono stato lunghetto; chè nè alla

Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua; neque erat ea mea causa atque fortuna, ut, cui ipsi omnia deessent, alterum [3] confirmarem. Hoc item tempore brevior esse debeo. Sive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est; sive tum opus fuit, illud satis est, praesertim quum accesserit nihil novi. Nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum [4], quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est, et idem exitus; quem ego tam video animo, quam ea, quae oculis cernimus. Nec vero quicquam video, quod non idem te videre certo sciam [5]. Nam etsi, quem exitum acies [6] habitura sit, divinare nemo potest: tamen et belli exitum video, et, si id minus, hoc quidem certe, quum sit necesse alterutrum vincere, qualis futura sit vel haec [7], vel illa victoria. Idque quum optime perspexi, tale video, nihil ut mali videatur futurum [8], si vel id ante acciderit, quod vel maximum ad timorem proponitur [9]. Ita enim vivere, ut tum sit vivendum [10], miserrimum est. Mori autem nemo sapiens miserum duxit [11], ne beato quidem [12]. Sed in ea es urbe [13], in qua haec, vel plura et ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo (etsi levis est consolatio ex miseriis aliorum), nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quam quemvis aut eorum, qui discesserint, aut eorum, qui remanserint [14]. Alteri dimicant; alteri

tua virtù facea bisogno che io ti rinforzassi, nè io sono in tale stato e buon essere da potere, essend'io diserto, sorreggere altrui: e così al presente altresì debbo essere anzi breve che no. Imperocchè, ovvero allora non bisognavano punto quelle tante parole, ed al presente non bisognano punto meno; ovvero allora ve ne fu bisogno, e basta quello che ho detto; massimamente che nulla è sopravvenuto di nuovo. Imperocchè sebbene ogni dì arriva qualcosa di quelle che io penso essere a te rinunziate; nondimeno la somma delle cose è quella medesima e 'l medesimo successo; il quale io veggo sì bene con gli occhi della mente, che non potrei meglio con quelli del corpo. Nè già veggo io nulla, che io non sia certo essere altresì veduto da te. Imperocchè sebbene nessuno può indovinare a che sia per riuscir la battaglia, tuttavia il fine di questa guerra lo veggo io bene; e se non ciò così chiaro, quest'altro però certamente: cioè qual dovrà essere (essendo forza che vinca o l'uno o l'altro) o questa o quella vittoria. Ora considerato bene ogni cosa, veggo la conclusione esser questa: che nulla mi par dover seguire di quel male (eziandio se prima d'ora fosse accaduto) che ci è rappresentato da temere per lo maggiore. Conciossiachè il vivere, come allora ci converrà, è la cosa di tutte più misera; il morir poi niun saggio l'ebbe per cosa misera, nè anche accadendo ad un uomo beato. Se non che tu sei in tale città, nella quale mostra che queste verità, e più altre e meglio amplificate, te le debbano predicare le stesse mura. Questo ti dico io e ridico: sebbene magro conforto sia quel che si prende dalle comuni miserie, tu non se' però al presente a punto peggior termine, che siasi qualunque altro o di que' che par-

victorem timent. Sed haec consolatio levis est: illa gravior, qua te uti spero, ego certe utor: nec enim, dum ero, angar [15] ulla re, quum omni vacem culpa; et, si non ero, sensu omnino carebo [16]. Sed rursus γλαῦκ' εἰς 'Αθήνας. qui ad te haec [17]. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curae sunt, et, dum vivam, erunt.

DXXV. (Ad Div. IV, 10)

Argumentum. Hortatur Marcellum, ut reditum maturet, iam a Caesare impetratum.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Ianuario.

M. T. CICERO M. MARCELLO S. D.

Etsi nihil erat novi [1], quod ad te scriberem, magisque literas tuas iam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum [2]: tamen, quum Theophilus [3] proficisceretur, non potui nihil ei literarum dare. Cura igitur, ut quam primum venias. Venies enim, mihi crede, exspectatus, neque solum nobis, id est, tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentem, subvereri interdum, ne te delectet tarda decessio [4]. Quod si nullum haberes sensum, nisi oculorum, prorsus tibi ignoscerem, si quos-

tirono, o di que' che sono rimasi; i primi stanno battagliando, i secondi tremano del vincitore. Questa consolazione è veramente leggeri; un' altra ve n' è più solida, la quale tu, ben lo spero, ti prenderai; certo io me la piglio. Imperocchè quanto io mi viva, io non mi darò angoscia di cosa del mondo, sentendomi senza peccato; e dopo la morte non avrò affatto sentimento di nulla. Ma io sono a quelle medesime: *Civette ad Atene* [1]; che canto a te queste cose. Resta che tu, i tuoi, le cose tue mi stanno a cuore al possibile, e starannomi mentre che io viva.

DXXV. (A Div. IV, 10)

Argomento. Esorta Marcello perchè solleciti a restituirsi in patria profittando del benefizio di Cesare.

Scritta da Roma l' anno DCCVIII, nel mese di Gennaio.

M. T. CICERONE A M. MARCELLO S.

Quantunque io non avessi punto di novità da mandarti, ed anzi aspettassi oggimai lettere da te [1], o piuttosto te stesso; tuttavia, venendo costà Teofilo [2], non mi son potuto tenere di dargli questo brano di carta. Sollecita adunque di venire; chè certo verrai (credimi) desiderato; e non pur da noi, cioè da' tuoi, ma affatto da tutti. Questo dico, perchè mi si mette talor nell' animo un mezzo sospetto, non forse ti dilettasse di farti aspettare. Ora se tu non avessi altro senso che pure degli occhi, vorrei al tutto perdonarti che tu non

dam nolles videre. Sed, quum leviora non multo essent, quae audirentur [5], quam quae viderentur; suspicarer autem, multum interesse rei familiaris tuae, te quam primum venire, idque in omnes partes valeret [6]: putavi, ea de re te esse admonendum. Sed quoniam, quid mihi placeret [7], ostendi; reliqua tu pro tua prudentia considerabis. Me tamen velim, quod ad tempus [8] te exspectemus, certiorem facias. Vale.

DXXVI. (Ad Div. VI, 4)

Argumentum. Torquatum Athenis exsulantem consolatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Ianuario.

M. T. CICERO A. TORQVATO S. D.

1 Novi, quod ad te scriberem, nihil erat: et tamen, si quid esset, sciebam te a tuis certiorem fieri solere. De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, quum est res eiusmodi, cuius exitus provideri [1] possit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum fore [2]: etsi id ipsum nonnullis videtur [3] secus. Equidem quum haec scribebam, aliquid iam actum putabam: non quo ego certo scirem, sed quod haud difficilis [4] erat coniectura. Nam quum omnis belli Mars communis, et quum semper incerti exitus

volessi vedere certi cotali: ma conciossiachè le cose che uomo ascolta non sieno molto più comportabili di quelle che vede; e d'altra parte, indovinando io che molto importi al tuo stato [3] l'essere tu qui al più presto, e ciò essere buon acconcio per ogni verso, ho creduto di dovertene confortare. Or io t'ho dimostro il mio sentimento: il resto fie rimesso alla tua prudenza. Tuttavia ben farai di rendermi consapevole a qual tempo t'abbia aspettare. A Dio.

DXXVI. (A Div. VI, 4)

Argomento. Consola Torquato, che se ne stava esigliato ad Atene.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Gennaio.

M. T. CICERONE AD A. TORQUATO S.

1 Io non avea di nuovo che scriverti; e sapea nondimeno, che se nulla ne fosse, i tuoi tel sogliono far assapere. Ora quanto all'avvenire, quantunque sia sempre difficile a dire, tuttavia congetturando si può rasentare il segno, qualora le cose sieno di tal natura da potersene provvedere il successo. Al presente mi par di comprendere senza più, la guerra non dover andar molto in lungo [1]; comechè di questo medesimo ad altri ne paia altramenti. Certamente, scrivendo io, son di credere essersi conchiuso qualcosa: non già che io l'abbia di certo, ma non è difficile congetturarlo. Imperocchè dall'una parte la sorte delle guerre è in bilico, ed anche è sempre incerto l'esito

proeliorum sint [5]: tum hoc tempore ita magnae utrinque copiae, ita paratae ad depugnandum esse dicuntur, ut, utercumque vicerit, non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas armorum aliquantum intersit, tamen inter victorias [6] non multum interfuturum. Alteros [7] propemodum iam sumus experti: de altero [8], nemo est, quin cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus [9]. Hoc loco si videor augere dolorem tuum, quem consolando levare debeam [10], fateor me communium malorum consolationem nullam invenire, praeter illam; quae tamen, si possis eam suscipere, maxima est, quaque ego quotidie magis utor: conscientiam rectae voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum; nec esse ullum magnum malum, praeter culpam. A qua quando [11] tantum absumus, ut etiam optime senserimus, eventusque magis nostri consilii [12], quam consilium reprehendatur; et quando praestitimus, quod debuimus [13]; moderate, quod evenit, feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te consoler de communibus miseriis, quae ad consolandum, maioris ingenii, et ad ferendum, singularis virtutis indigent. Illud cuivis facile est docere, cur tu praecipue dolere nihil debeas. Eius [14] enim, qui tardior in te levando fuit, quam fore putaremus, non est mihi dubia de tua sa-

delle battaglie; ma nello stato presente le forze si dice essere quinci e quindi sì grandi e tanto cupide di combattere, che, vinca l'uno o l'altro, non fia maraviglia. Ma ogni dì più piglia piede il credere della gente, che sebbene tra le ragioni che hanno le due armate ci sia alquanta differenza, tra le vittorie non ne sarà molta. Degli uni abbiamo oggimai presso che fatto il saggio; dell'altro non è alcuno che non comprenda quanto da temer sia un vincitore sdegnato coll'armi in mano. In così fatto termine, se io paio darti più dolore che tu ti abbia, quando consolandoti mi convenia mitigarlo, confesso che de' mali comuni non so vedere altro conforto che uno; il qual nondimeno, se tu il puoi ricevere, val più di tutti, ed io me ne giovo meglio ogni dì: la coscienza del diritto animo essere ne' mali la più potente consolazione; e l'altra, dalla colpa in fuori, non esserci mal che sia grande. Or da colpa siam noi tanto lontani, che in contrario avemmo sempre ottimi sentimenti; e nel nostro consiglio non è altra colpa, che il non essere riuscito; e posciachè noi abbiam dato opera a quello che per noi si dovea, è da portar con quieto animo quel che è avvenuto. Ma io non mi tengo da tanto di consolarti nelle comuni miserie; alle quali portare conforto, bisogna maggior ingegno; a portarle, singolare virtù. Ben potrebbe chiunque siasi mostrare assai facilmente, come tu in ispezieltà non hai ragion di dolerti di nulla: conciossiachè, quanto a colui che a consolarti fu più tardo che non ci avevamo pensato, io non ho un dubbio di quello che egli volga nell'animo circa

lute sententia. De aliis autem non arbitror te exspectare quid sentiam. Reliquum est, ut te angat, quod absis a tuis tamdiu. Res molesta, praesertim ab iis pueris [15], quibus nihil potest esse festivius. Sed, ut ad te scripsi antea [16], tempus est huiusmodi, ut suam quisque conditionem miserrimam putet, et, ubi quisque sit, ibi esse minime velit. Equidem, nos quod Romae sumus, miserrimum esse duco, non solum quod in malis omnibus acerbius est videre, quam audire [17], sed etiam, quod ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quam si abessemus. Etsi me ipsum, consolatorem tuum, non tantum literae [18], quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit. Quanto fuerim dolore [19], meministi. In quo prima illa consolatio est, vidisse me plus [20], quam ceteros, quum cupiebam, quamvis iniqua conditione, pacem. Quod etsi casu, non divinatione mea factum est; tamen hac inani [21] prudentiae laude delector. Deinde, quod mihi ad consolationem commune tecum est, si iam vocer ad exitum vitae, non ab ea re publica avellar, qua carendum esse doleam, praesertim quum id sine ullo sensu [22] futurum sit. Adiuvat etiam [23] aetas, et acta iam vita, quae quum cursu suo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa paene perduxerit. Postremo, is vir [24], vel etiam ii viri hoc

la tua salvezza. Circa gli altri poi, non credo che tu non sappia quello che io senta. Non resta dunque altro a darti dolore, che la tua lontananza da' tuoi così lunga: certo essa ti dee dolere, massime da que' così fatti fanciulli [2] che sono la stessa piacevolezza. Ma, come di sopra t'ho detto, noi siamo in tal termine, che a ciascheduno dee la propria condizione parer di tutte più trista, ed in ogni altro luogo starebbe più volentieri che dove si trova. Quanto a me, ti prometto, l'esser qui in Roma, hollo per una morte; non solamente perchè generalmente ne' mali egli cuoce più il veder che l'udire, ma e altresì perchè noi siamo più esposti a' súbiti casi di ogni pericolo [3], che se noi fossimo fuori: sebbene io medesimo che consolo te, ho sentito non tanto dalle lettere che ho sempre amate, quanto dalla lunghezza del tempo, mitigar il dolore. Or quanto egli fosse crudele, ben te ne dee ricordare. Nel qual tuttavia il più efficace conforto che io m'avessi, si fu che io avea avuto miglior occhi degli altri, quando a qualunque patto, anche misero, desiderava la pace. La qual cosa sebben sia meglio per abbattimento avvenuto, che per un mio profetare, tuttavia io mi vo compiacendo di questa vana lode di uomo prudente. Appresso, e' ci è un'altra cosa di consolazione che io ho a comune con te: che quando io fossi condotto al termine della vita, io non sarò divelto da tal Repubblica, che mi debba dolere d'esserne privo; massimamente che quel passo debbe non esser punto sentito. S'aroge un vantaggio eziandio dall'età e dalla vita oggimai trapassata; della quale sì mi diletta di essere virtuosamente pervenuto al termine, e sì non mi lascia temere di dover essere là tirato per forza, dove già essa natura mi ha quasi

bello occiderunt, ut impudentia videatur, eamdem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi omnia propono; nec ullum est tantum malum, quod non putem impendere. Sed quum plus in metuendo mali[25] sit, quam in illo ipso, quod timetur[26], desino: praesertim quum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit. Sed haec satis multa, vel plura potius, quam necesse fuit. Facit autem non loquacitas mea, sed benivolentia longiores epistolas.

2 Servium[27] discessisse Athenis moleste tuli. Non enim dubito, quin magnae tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus, et sermo quum familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. Tu velim te[28], ut debes et soles, tua virtute sustentes. Ego, quae te velle, quaeque ad te et ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo: quae quum faciam, benivolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

DXXVII. (Ad Div. VI, 10)

Argumentum. 1 Trebiano exsulanti officia sua pollicetur, 2 eumque spe reditus mox a Caesare impetrandi consolatur.

condotto. Da ultimo: in questa guerra tal personaggio è morto, ed eziandio tali personaggi, che e' si parrebbe un'alterigia lo sdegnarsi (essendoci costretti) di correre con essi una stessa fortuna. In verità, io mi rappresento alla mente ogni cosa possibile; nè c'è mal così grave che io non mel vegga sul capo. Ma conciossiachè maggior male sia nel temere, che in quel medesimo che si teme, pertanto mi arresto qui; massimamente che ciò che si teme è di tale natura, che non solo non ha dolore, anzi di ogni dolore vuol essere il fine. Ma assai ho io detto, e forse troppo più che non era bisogno; ma non la mia loquacità, sì la benevolenza mi fa essere anzi lungo che no.

2 Mi dolse del sentire Servio partito da Atene: da che ben veggo che grande alleviamento solevi tu prendere dall'essere ogni dì con un uomo tuo amicissimo, ed anche ottimo e soavissimo personaggio. Fa, te ne prego, di sostenerti, come fai e come dei, sopra la tua virtù. Io ad ogni cosa che creda piacerti, e partenere a te ed a' tuoi, darò studiosa opera e sollecita; le quali cose facendo, farò ritratto della tua benevolenza, senza mai agguagliare i tuoi meriti. A Dio.

DXXVII. (A Div. VI, 10)

Argomento. 1 Promette a Trebiano, che viveva in esiglio, l'opera sua; 2 e lo consola colla speranza di ottenergli da Cesare quanto prima il richiamo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense fortasse Ianuar.

M. T. CICERO TREBIANO [1] S. D.

1 Ego quanti te faciam, semperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus [2] commorandi, semper mihi magno dolori fuit; et hic eventus, quod tardius, quam est aequum, et quam ego vellem, recuperas [3] fortunam et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerunt [4] casus mei. Itaque et Postumuleno, et Sextio, et saepissime Attico nostro, proximeque Theudae, liberto tuo, totum me patefeci, et iis [5] singulis saepe dixi, quacumque re possem, me tibi et liberis tuis satisfacere cupere; idque tu ad tuos velim scribas; haec quidem certe, quae in potestate mea sunt, ut operam, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res parata putent. Si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea re publica, de qua ita [6] meritus sum, posse deberem: tu quoque is esses, qui fuisti, quum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe ordinis tui [7] facile princeps. Sed, quoniam [8] eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit [9]: tibi et illa polliceor, quae supra scripsi, quae sunt adhuc mea, et ea, quae praeterea vi-

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, forse nel mese di Gennaio.

M. T. CICERONE A TREBIANO S.

1 Quanto sia il capitale ch'io fo e feci sempre di te, e quanto altresì quello che tu di me, io ne ho ben testimone la mia coscienza. Imperocchè quel tuo divisamento, o accidente piuttosto, di voler tuttavia ostinarti nella guerra civile, mi dolse mai sempre all'anima; e questo che ora t'incontrò, di ricoverar più tardi del dovere e del mio desiderio lo stato tuo e la dignità, non dà a me minor pena, che a te abbiano sempre dato le mie sventure [1]. Il perchè ed a Postumuleno [2] ed a Sestio, e mille volte ad Attico nostro, e novellamente a Teuda tuo liberto m'apersi tutto; ed a ciascuno per singula ho detto sovente, come io amerei di poter a te, secondo la possibilità mia, ed a' tuoi figliuoli fare servigio. Or io vorrei che a' tuoi tu scrivessi, che almeno in quelle cose che io possa egli facciano ragione che l'opera mia, il consiglio, le sostanze, la fede mia, sono in ogni bisogno al loro piacere. Se la mia autorità e 'l favore avessero tanto di forza, quanta si converrebbe ch'io avessi in quella Repubblica della quale tanto ho io meritato, eziandio tu saresti quel medesimo che già fosti, cioè degnissimo di ogni più splendido grado, o certo il primo senza dubbio dell'ordine tuo [3]. Ma posciachè nel tempo medesimo e per la medesima causa l'uno e l'altro di noi siamo scaduti, io ti prometto le cose dette di sopra (le quali ho ancora a mia posta), ed oltre a ciò, quelle

deor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinae dignitatis. Neque enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis; et omnes fere familiarissimi eius, casu [9] devincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter observant et colunt. Itaque si qui [10] mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi; quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor, ut sperem: agam per me ipse, et moliar [11]. Singula persequi non est necesse. Vniversum studium meum et benivolentiam ad te defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire (quod tuis literis fieri potest), ut intelligant, omnia Ciceronis patere Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non, pro te mihi susceptum, iucundum sit futurum [12].

2 Antea misissem ad te literas, si genus scribendi invenissem [13]. Tali enim tempore aut consolari amicorum est, aut polliceri. Consolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter sapienterque ferres iniuriam temporum, quamque te vehementer consolaretur conscientia factorum et consiliorum tuorum: quod quidem si facis, magnum fructum studiorum optimorum capis, in quibus te semper scio esse versatum; idque ut facias, etiam atque etiam te hortor. Simul et illud tibi, homini peritissimo rerum et exemplorum,

eziandio delle quali mi sembra ritener tuttavia qualche parte, come d'un resticciuolo della pristina dignità. Ciò dico, perchè anche esso Cesare (come a qualche segno potei conoscere) non è alienato da me; e tutti per poco i suoi più intrinsechi [4], i quali portò la sorte che io mi obbligassi con vecchi miei e grandi servigi, mi onorano e osservano sollicitamente. Per la qual cosa, se mi si dia il buon destro di toccar loro il punto delle tue fortune, cioè della tua salute, che è il tutto [5] (ed a sperarlo m'inducono ogni dì meglio i loro parlari), io m'adoprerò di mia volontà con ogni argomento. Non è bisogno ch'io venga ad ogni particolare: l'affetto mio, quanto egli è, e la mia benevolenza metto nelle tue mani. Ma egli troppo m'importa che ciò sia noto a tutti li tuoi; il che tu puoi fare, loro scrivendo, sicchè sappiano che tutto l'essere di Cicerone è a requisizion di Trebiano; il che riesce ad un dire, che e' si credano, niente essere tanto difficile, che pigliandolo io a fare per te, non debba tornarmi giocondo.

2 Anche prima d'ora ti avrei scritto, se trovato avessi un genere di lettere adattato. Giacchè in questi tempi gli amici altro non possono che consolare o promettere. Non pensava a consolarti, sentendo io da molte persone con quale coraggio e sapienza sopportavi l'ingiuria de' tempi, e quanto di consolazione coglievi dalla coscienza del tuo operare e deliberare. Che se così adoperi, certo gran profitto tu cavi dagli ottimi studi, a' quali, come mi è noto, hai sempre atteso; e perchè così adoperi, ti esorto più che posso. Anche questo ti prometto, a te pratichissimo de' fatti e di

et omnis vetustatis, ne ipse quidem rudis, sed in studio minus fortasse, quam vellem, at in rebus atque usu plus etiam, quam vellem, versatus, spondeo, tibi istam acerbitatem et iniuriam non diuturnam [14] fore. Nam et ipse [15], qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad aequitatem et ad rerum naturam [16] videtur; et ipsa causa [17] ea est, ut iam simul cum re publica, quae in perpetuum iacere non potest, necessario reviviscat atque recreetur; quotidieque aliquid fit lenius et liberalius, quam timebamus. Quae quoniam in temporum inclinationibus saepe parvis posita sunt: omnia momenta observabimus; neque ullum praetermittemus tui iuvandi et levandi locum. Itaque illud alterum, quod dixi, literarum genus [18], quotidie mihi, ut spero, fiet proclivius, ut etiam polliceri possim. Id re, quam verbis, faciam libentius. Tu velim existimes, et plures te amicos habere, quam qui in isto casu sint ac fuerint, quantum quidem [19] ego intelligere potuerim; et me concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas et magnum; quod est in uno te [20]. Quae sunt in fortuna, temporibus regentur, et consiliis nostris providebuntur.

tutta l'antichità, io non del tutto neppur io digiuno, ma nello studio forse meno di quel che vorrei, e nella pratica più ancora di quel che vorrei, esercitato, che questa acerbezza e iniquità non durerà lungamente. Perciocchè quegli che può più di tutti sembra che inchini ogni giorno più all' equità e alla natura delle cose; e la stessa nostra causa è tale, che bisogna che rinasca necessariamente e si ricrei insieme colla Repubblica, la quale non può stare perpetuamente a terra; ed ogni giorno si sentono delle azioni più miti e più liberali di quello che speravamo. Le quali cose poichè spesse volte dipendono da picciole variazioni di tempi, noi avremo l'occhio sopra ogni istante, e non trascureremo niente che possa giovarti e sollevarti. Pertanto più adattato, spero, mi riuscirà di dì in dì quell' altro genere di lettere che ho detto, di promettere; il che avrò più piacere di mostrarti col fatto che colle parole. Tu fa di persuaderti che hai più amici che non hanno coloro che si trovano o si trovarono in questa tua disgrazia, per quanto ho potuto conoscere, e che io non la cedo a niuno di essi. Sta forte, e móstrati grande; il che puoi da te solo: le altre cose che sono in mano della fortuna il tempo le governerà, e noi vi provvederemo col nostro consiglio.

DXXVIII. (Ad Att. XII, 12)

Argumentum. 1 De dote Tulliae a Dolabella repetenda; 2 de loco ad fanum Tulliae exstruendum capiendo; 3 de Epicuro interlocutore. 4 Literas ab Attico exposcit.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 De dote [1] tanto magis perpurga [2]. Balbi regia [3] conditio est delegandi. Quoquo modo confice: turpe est, rem impeditam iacere.

2 Insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν [4]: sed vereor, ne minorem τιμὴν habere videatur. Ἔκτροπος [5] est. Igitur animus in hortis [6]: quos tamen inspiciam, quum venero.

3 De Epicuro, ut voles [7]; etsi μεθαρμόζομαι [8] in posterum genus hoc personarum. Incredibile est, quam ea quidam requirant [9]. Ad antiquos [10] igitur; ἀνεμέσητον γάρ.

4 Nihil habeo, ad te quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, ut eliciam tuas literas; non quo [11] aliquid ex his exspectem; sed nescio quo modo tamen exspecto. Quare sive habes quid, sive nihil habes, scribe tamen aliquid, teque cura.

DXXVIII. (Ad Att. XII, 12)

Argomento. 1 Della dote di Tullia da ripetersi da Dolabella; 2 della scelta del luogo per erigervi il monumento alla figliuola; 3 di Epicuro interlocutore; 4 del suo desiderio di ricevere lettere da Attico.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quanto alla dote, e tu tanto meglio fa di spacciarmela. La ragione del voltar la detta a Balbo è maladetta [1]. Sia come può, cavane le mani: egli è vergogna lasciar così in puntelli questa causa spallata.

2 L'isola di Arpino [2] è il caso *per la dedicazione* [3]; ma temo non debba avere poca *celebrità:* ella è *troppo fuor di mano.* Dunque io son vôlto agli orti: tuttavia venendo, io sarò sulla faccia del luogo.

3 Quanto ad Epicuro, farò che vorrai; quantunque per innanzi io *scambierò* sì fatti personaggi. Non si lascia credere la smania che hanno taluni di questa cosa [4]. Tornerem dunque a' vecchi [5]; *chè non vi ha luogo l' invidia* [6].

4 Non ho che dirti; ma ho fermato di mandarti qualcosa ogni dì, per cavarne tue lettere: non che io ne aspetti qui e qua; ma pure, non so io come, aspetto. Dunque o tu abbia che, o non abbia, scrivi però qualcosa, e stammi bene.

DXXIX. (Ad Att. XII, 13)

Argumentum. 1 De Atticae valitudine; de Bruti literis; 2 de luctu suo; 3 de se apud Apuleium augurem, quod ad cenam aditialem non veniat, excusando; 4 de Cocceio, ut pecuniam solvat, appellando.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Commovet me Attica; etsi assentior Cratero [1]. Bruti literae [2], scriptae et prudenter et amice, multas mihi tamen lacrimas attulerunt.

2 Me haec solitudo minus stimulat [3], quam ista celebritas. Te unum desidero; sed literis non difficilius utor, quam si domi essem: ardor tamen ille idem urget et manet, non mehercule indulgente me, sed tamen non repugnante.

3 Quod scribis de Apuleio [4], nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo et Oppio; quibus quidem ille receperat, mihique etiam iusserat nuntiari, se molestum [5] omnino non futurum. Sed cura, ut excuser morbi causa in dies singulos. Laenas hoc receperat. Prende [6] C. Septimium, L. Statilium. Denique nemo negabit se iuraturum, quem [7] rogaris. Quod si erit durius, veniam, et ipse perpetuum morbum iurabo [8]. Quum enim mihi carendum sit conviviis, malo id lege [9] videri facere, quam dolore.

DXXIX. (Ad Att. XII, 13)

Argomento. 1 Della malattia di Attica; della lettera di Bruto; 2 del suo squallore; 3 lo scusi appresso l'augure Apuleio se non interviene al convito adiziale; 4 pressi Cocceio al pagamento.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Attica mi tiene in pena; quantunque son con Cratero [1]. Le lettere di Bruto, scritte con avvedimento ed affetto, mi fecero però assai piagnere.

2 Questa solitudine mi tribola meno di cotesta frequenza [2]. Te solo desidero; quantunque non trovo minor agio allo scrivere, che se fossi in Roma. Tuttavia quel cociore di animo, quel medesimo mi stringe e sta fitto: non che io lo secondi, ma non gli repugno però.

3 Circa Apuleio [3], di che mi scrivi, non credo bisognare che tu ci sudi, nè Balbo nè Oppio; a questi avea ben egli promesso (e dato ordine che a me fosse detto) che egli per nulla non mi stringerebbe. Ma tu fa che io sia a lui scusato dì per dì, per amor del mio male [4]. Anche Lenate me l'avea promesso. Abbi C. Settimio, L. Statilio: in somma cui tu ne dimandi, nessuno si cesserà dal giurare. Se poi la cosa trovi troppa difficoltà, verrò io stesso, e giurerò che fui sempre malato [5]. Imperocchè non volendo io essere a pranzi, voglio anzi mostrar di farlo per la legge che pel dolore.

4 Cocceium [10] velim appelles. Quod enim dixerat, non facit. Ego autem volo aliquod emere latibulum et perfugium doloris mei.

DXXX. (Ad Att. XII, 14)

Argumentum. 1 De se apud Apuleium excusando; 2 de sponsione sua pro Cornificio; 3 de luctu suo et libro ad consolationem scripto; 4 de Bruti ad se literis; 5 de Atticae morbo.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. Nihil esse negotii arbitror. Quemcumque appellaris, nemo negabit. Sed Septimium vide, et Laenatem, et Statilium. Tribus enim opus est. Sed mihi Laenas totum receperat.

2 Quod scribis a Iunio [1] te appellatum; omnino Cornificius [2] locuples est: sed tamen scire velim, quando dicar spopondisse, et pro patre, anne pro filio [3]: neque eo minus, ut scribis, procuratores Cornificii, et Apuleium praediatorem [4] videbis.

3 Quod me ab hoc moerore recreari vis; facis, ut omnia: sed, me mihi non defuisse, tu testis es. Nihil enim de moerore minuendo scri-

4 Fa citare, di grazia, Cocceio: egli mi falla la promessa. Or io mi vo' comprare un qualche ripostiglio o ricovero al mio dolore.

DXXX. (Ad Att. XII, 14)

Argomento. 1 Lo scusi appresso Apuleio; 2 della sua sicurtà per Cornificio; 3 del suo squallore, e del libro suo scritto per propria consolazione; 4 della lettera di Bruto; 5 della malattia di Attica.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Circa lo scusarmi ad Apuleio, t'ho scritto ieri: la credo cosa di nessuna fatica. Chiunque tu provocassi a giurare, nessuno si scuserà. Ma fa di essere con Settimio, con Lenate e Statilio: bisognandoci tre; quantunque Lenate mi s'era obbligato per tutto.

2 Tu mi scrivi d'essere da Cornificio citato. Sia che vuole, Cornificio è uom ricco. Tuttavia vorrei sapere il tempo che egli dice me esser entrato pagatore; ed anche, se pel padre o pel figliuolo. Ma non rimanerti per questo di accontarti, come scrivi, co' procuratori di Cornificio e con Apuleio, che ben si conosce di terreni [1].

3 Quanto al voler tu che io mi riscuota da questa tristezza, tu operi da tuo pari. Ma tu mi dei ben essere testimonio, come io non sono mancato a me stesso: da che niente fu scritto da chicchessia intorno al

ptum ab ullo est, quod ego non domi tuae legerim. Sed omnem consolationem vincit dolor. Quin etiam feci, quod profecto ante me nemo, ut ipse me per literas consolarer. Quem librum [5] ad te mittam, si descripserint librarii. Affirmo tibi, nullam consolationem esse talem. Totos dies scribo; non quo proficiam quid [6]; sed tantisper impedior, non equidem satis (vis enim urget), sed relaxor tamen, omniaque nitor, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reficiendum; idque faciens interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus esse, nisi faciam. Solitudo aliquid adiuvat, sed multo plus proficeret, si tu tamen interesses: quae mihi una causa est hinc discedendi. Nam, pro malis [7], recte habebat: quamquam id ipsum [8] doleo. Non enim iam in me idem esse poteris. Perierunt illa [9], quae amabas.

4 De Bruti ad me literis [10] scripsi ad te antea: prudenter scriptae; sed nihil, quo me adiuvarent. Quod ad te scripsit, id vellem, ut ipse adesset: certe aliquid, quoniam me tam valde amat, adiuvaret. Quod si quid scies, scribas ad me velim; maxime autem, Pansa quando [11].

5 De Attica, doleo; credo tamen Cratero. Piliam angi veta: satis est moerere pro omnibus [12].

moderare la malinconia, che io non l'abbia letto in tua casa: ma il dolore spegne ogni consolazione. Anzi io ho fatto quello che nessun altro prima di me, che per iscritto consolai me medesimo [2]; il qual libro ti manderò, copiato che l'abbiano gli amanuensi: ma, ti prometto, non è al mondo consolazion che sia tanta. Logoro gli interi giorni scrivendo: non già che punto ne acquisti, ma per un pocolin mi vo' distraendo; sebben non basta contro la forza che preme in contrario. Tuttavia mi procuro di esilarare con ogni sforzo, a fine di rifarmi non dell'animo, ma dell'aspetto. La qual cosa facendo io, talor mi sembra far male, e talora che farei male a non farla. La solitudine mi giova alcun poco; ma molto più sel farebbe, avendoti io qua: e questa è sola la cagione di mutarmi di qui; chè del resto, secondo miseria, io me la passava anche bene. Quantunque e questo medesimo mi dà dolore; poichè tu non potresti essermi già quel medesimo che mi fosti: quelle tali cose che di me ti piacevano, sono perite [3].

4 Delle lettere che mi scrisse Bruto, t'ho già fatto motto: ben sono da uom prudente; ma dello alleviarmi non ne fu nulla. Io, secondo che a te ho scritto, lo vorrei qui: chè certo, per lo tanto amor che mi porta, mi farebbe del bene. Del che se nulla ti venga saputo, fa di scrivermelo; e soprattutto il giorno che Pansa.

5 Sento pena di Attica; ma mi sto con Cratero. Vedi che Pilia non si tormenti: tu hai per gli altri dolor quanto basta.

DXXXI. (Ad Att. XII, 15)

Argumentum. 1 De excusatione apud Apuleium; 2 de solitudine sua; 3 de literis ad Brutum scribendis.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Apud Apuleium, quoniam in perpetuum non placet, in dies ut excuser, videbis.

2 In hac solitudine careo omnium colloquio; quumque mane me in silvam abstrusi densam et asperam, non exeo inde ante vesperum. Secundum te [1], nihil est mihi amicius solitudine. In ea mihi omnis sermo est cum literis. Eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad possum: sed adhuc pares non sumus.

3 Bruto, ut suades, rescribam. Eas literas cras habebis. Quum erit cui des, dabis.

DXXXII. (Ad Att. XII, 16)

Argumentum. 1 Atticum se nolle scribit ad se venire; 2 veretur ne solitudinem Philippus tollat: dolorem suum literis non leniri, sed obturbari.

DXXXI. (Ad Att. XII, 15)

Argomento. 1 Lo scusi appresso Apuleio; 2 della sua solitudine; 3 della risposta a Bruto.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Se ad Apuleio non piace per sempre, vedrai di scusarmegli dì per dì.

2 In questa solitudine non parlo ad anima nata; e come la mattina mi son cacciato nel più forte di una selva ben fitta, non ne esco prima di sera. Dopo te, nulla più amo della solitudine; nella quale ogni mio ragionare è con le lettere: sì veramente che egli è interrotto dal pianto, dal quale quanto io posso, faccio forza a me stesso; ma fino al presente la vince egli.

3 Risponderò a Bruto, secondo che mi conforti. Domani avrai tu la lettera; avendo tu a cui darla, dagliela.

DXXXII. (Ad Att. XII, 16)

Argomento. 1 Non consente che Attico a lui venga; 2 teme che Filippo non lo privi della solitudine: che lo studio non rimuove il suo dolore, ma lo svia.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Te, tuis negotiis relictis, nolo ad me venire: ego potius [1] accedam, si diutius impediere. Etsi ne discessissem [2] quidem e conspectu tuo, nisi me plane nihil ulla res adiuvaret. Quod si esset aliquod levamen, id esset in te uno; et, quum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Nunc tamen ipsum sine te esse non possum. Sed nec tuae domi probabatur [3], nec meae poteram [4]; nec, si propius essem uspiam, tecum tamen essem. Idem enim te impediret, quo minus mecum esses, quod nunc etiam impedit.

2 Mihi adhuc nihil prius [5] fuit hac solitudine; quam vereor ne Philippus [6] tollat. Heri enim vesperi venerat. Me scriptio et literae non leniunt, sed obturbant.

DXXXIII. (Ad Att. XII, 18)

Argumentum. 1 De fano in honorem Tulliae exstruendo; 2 de epistola ad Brutum; 3 de domesticis quibusdam; 4 de pecuniae solutione a Cocceio et Libone promissa; 5 de excusatione apud Apuleium; 6 de Attici se conveniendi proposito; 7 de Antonii adventu; 8 de eo quod Terentia in obsignatoribus sui testamenti reprehenderit.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Non vo' che tu, messe le tue faccende da lato, ne venga a me: io piuttosto mi condurrò più vicino, se le tue brighe vadano in lungo; quantunque io non mi sarei eziandio partito da vederti, se non fosse che io non trovava al mondo conforto che mi ricreasse. Or se di questi uno senza più ce ne fosse, non potresti essere altro che tu; e come prima sarà possibile che mi venga da chicchessia, verrà da te. E tuttavia nè anche ora medesimo non posso star senza te. Ma nè in casa tua sarebbe il caso, e nella mia non potrei; e nè eziandio venendo io in qualunque luogo più vicino, non potrei però viver con te: imperocchè del poter esser meco avresti l'impedimento medesimo che anche ora tu hai.

2 Fino a qui non trovai che meglio mi giovasse della solitudine; la qual temo non mi guasti Filippo, essendoci ier sera venuto. Lo studiare e lo scrivere non mi alleggiano, sì mi distraggono.

DXXXIII. (Ad Att. XII, 18)

Argomento. 1 Del tempio da erigersi a Tullia; 2 della sua risposta a Bruto; 3 di alcune cose domestiche; 4 del pagamento promesso da Cocceio e Libone; 5 della scusa presso Apuleio; 6 della intenzione di Attico di venirlo a trovare; 7 della venuta di Antonio; 8 di una querela di Terenzia intorno ai testimonii del suo testamento.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Dum recordationes fugio, quae quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio a te admonendo [1]. Quod velim mihi ignoscas, cuicuimodi [2] est. Etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod saepe tecum egi, et quod a te approbari volo. De fano illo dico; de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito; placet enim mihi Cluatii [3]: neque de re; statutum est enim: de loco nonnunquam [4]. Velim igitur cogites. Ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam [5] consecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingeniis scriptorum, et graecorum et latinorum [6]: quae res forsitan sit refricatura vulnus meum. Sed iam quasi voto quodam et promisso me teneri puto; longumque illud tempus, quum non ero, magis me movet, quam hoc exiguum; quod mihi tamen nimium longum videtur. Habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Nam, dum illud [7] tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fovebam dolores meos. Nunc omnia respuo; nec quicquam habeo tolerabilius, quam solitudinem; quam (quod eram veritus) non

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 In quella che io fuggo da quelle memorie che mi danno il dolore quasi d'un morso, io rifuggo dal rinfrescarti la memoria. Il qual fallo, qual che egli si sia, voglio che tu mi perdoni. Conciossiachè degli autori che vo' leggendo, trovo in alcuni che si convien troppo di far questa cosa di che più volte t'ho ragionato, e che vorrei approvata da te [1]: dico di quel tempio [2], del quale vorrei che ti dessi tanto pensiere, quanto è il ben che mi porti. Or odi: quanto al disegno, non ci ho più dubbio; mi piace quello di Cluazio: e nè anche della cosa; chè ci sono già deliberato: quanto al luogo, talor mi sto in ponte. Adunque fa che ci pensi. Io certamente, col meglio che potrà dar questo tempo sì colto, intendo di consecrarla con monumenti di ogni fatta, tratti dagl' ingegni di tutti i greci e latini scrittori; la qual cosa vorrà forse inacerbire la mia ferita. Ma sia che vuole: io mi tengo obbligato a farlo da un cotal voto o promessa; e più m'è a cuore quel lungo tempo che io non sarò più, di quello che questo poco, il qual tuttavia mi par troppo lungo. Imperocchè, dopo fatte tutte le prove, non mi resta altro in che riposarmi. E certo mentre io trattava la cosa di che già ti scrissi, io veniva quasi covando i miei dolori; ma al presente non ne vo' più nulla; e non trovo, dalla solitudine in fuori, cosa che io possa tollerar meglio; la qual solitudine non mi

obturbavit Philippus. Nam, ut heri me salutavit, statim Romam profectus est.

2 Epistolam, quam ad Brutum, ut tibi placuerat, scripsi, misi [8] ad te. Curabis cum tua perferendam. Eius tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placeret, ne mitteres.

3 Domestica [9] quod ais ordine administrari, scribes, quae sint ea: quaedam enim exspecto.

4 Cocceius vide ne frustretur [10]. Nam Libo quod pollicetur, ut Eros scribit, non [11] incertum puto. De sorte [12] mea Sulpicio confido, et Egnatio scilicet.

5 De Apuleio [13], quid est, quod labores, quum sit excusatio facilis?

6 Tibi ad me venire, ut ostendis, vide, ne non sit facile. Est enim longum iter, discedentemque te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimittam. Sed omnia, ut voles. Ego enim, quicquid feceris, id quum recte, tum etiam mea causa factum putabo.

7 Heri quum ex aliorum literis cognovissem de Antonii adventu [14], admiratus sum, nihil esse in tuis. Sed erant pridie fortasse scriptae, quam datae. Neque ista quidem curo. Sed tamen opinor propter praedes [15] suos accucurrisse.

8 Quod scribis, Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui [16]; primum tibi persuade, me istaec non curare, neque esse quicquam aut

guastò, come io ne temeva, Filippo; il quale, dopo salutatomi ieri, di presente si mosse per Roma.

2 Ti mando la lettera scritta a Bruto, come tu volesti; le darai ricapito colla tua: ma te ne feci la copia, acciocchè, non piacendoti, la ritenessi.

3 Quanto alle bisogne di casa che tu mi scrivi andar co' suoi piedi, mi dirai quali sieno: aspetto sapere di certe altre.

4 Vedi che Cocceio non ci fallisca: chè della promessa di Libone (come Erote mi scrive) non dubito punto. Circa la mia sorte, mi riposo ben sopra Sulpizio ed Egnazio.

5 Che pena ti pigli tu di Apuleio [3], avendo così presta la scusa?

6 Che tu ne venga a me, come mostri, dubito che non sia cosa incomoda: chè la via è lunga; e volendo poi tu andartene (che forse tu dovrai fare in fra pochi dì), io non ti lascerei partire senza grave dolore. Ma fa tu: chè ogni cosa che tu farai, io l'avrò per ben fatta, e sì fatta per amor mio.

7 Ieri ho saputo, per lettere d'altri, della venuta d'Antonio [4]; e mi maravigliai, come tu nulla me ne abbi scritto; ma forse la lettera tua fu scritta il dì avanti che consegnata. Nè già veramente m' importa punto di queste cose: tuttavia son di parere, lui essere corso a Roma per cagion delle sue sicurtà [5].

8 Circa quel che mi scrivi, da Terenzia esser detto de' testimonii del mio testamento [6], innanzi tratto vivi sicuro che queste cose non mi toccano un pelo; e che oggimai non ha in me punto luogo nessun pensiero,

parve curae, aut novae loci. Sed tamen quid simile? illa eos [17] non adhibuit, quos existimavit quaesituros, nisi scissent, quid esset [18]. Num id etiam mihi periculi fuit? [19] Sed tamen faciat illa, quod ego [20]. Dabo meum testamentum legendum cui voluerit: intelliget, non potuisse honorificentius a me fieri de nepote [21], quam fecerim. Nam quod non advocavi [22] ad obsignandum: primum mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia [23] nihil attinuit. Tute scis (si modo meministi), me tibi tum dixisse, ut de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis? equidem domesticos iusseram. Tum tibi placuit, ut mitterem ad Silium; inde est natum, ut ad Publilium [24]. Sed necesse neutrum fuit. Hoc tu tractabis, ut tibi videtur.

DXXXIV. (Ad Att. XII, 17)

Argumentum. 1 De se apud Apuleium excusato; 2 de sponsione pro Cornificio; 3 de Pansae profectione. Atticam et Piliam salvere iubet.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Marcianus ad me scripsit, me excusatum esse apud Apuleium [1] a Laterensi, Nasone, Laenate, Torquato, Strabone. Iis velim meo nomine reddendas literas cures, gratum mihi eos fecisse.

sia pur piccolo o nuovo. Tuttavia quando fu mai nulla di simile? Ella non li chiamò, credendo che egli avrebbono fatto ricerche, se non avessero saputo la cosa com'era. Ora portava eziandio ciò a me alcun pericolo? Nondimeno faccia ella quello che io: chè io darò il mio testamento da leggere a cui vorrà; e sarà chiarita che io non poteva al nipote far più d'onore ch'io m'abbia fatto 7. Quanto poi al non aver io chiamato altri a testimonianza; prima non mi venne in mente; l'altra, non mi venne in mente per questo, che niente montava. Sai tu bene (se non ti uscì della memoria) che io t'avea detto che tu dovessi menarci alcuni de' tuoi: conciossiachè de' molti che farne? e certo io avea fatto venir la famiglia. Anche tu avresti caro che io mandassi a Silio: e di qui è nato che a Publilio; ma nè l'un nè l'altro facea bisogno. Adunque cotesta faccenda tu guiderai, secondo che ti parrà bene.

DXXXIV. (Ad Att. XII, 17)

Argomento. 1 Ringrazii chi lo ha scusato appresso Apuleio; 2 della sua sicurtà a favore di Cornificio; 3 della partenza di Pansa, e dei saluti per Attica e Pilia.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Mi scrisse Marciano che Laterense, Nasone, Lenate, Torquato, Strabone mi hanno scusato ad Apuleio; a' quali fa, ti priego, che sia scritto che io l'ho avuto assai caro.

2 Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV spopondisse dicit Flavius: etsi reus [2] locuples est, et Apuleius praediator liberalis; tamen velim des operam, ut investiges ex consponsorum tabulis, sitne ita. Mihi enim ante aedilitatem meam [3] nihil erat cum Cornificio. Potest tamen fieri. Sed scire certum velim; et appelles procuratores, si tibi videtur. Quamquam quid ad me? [4] verumtamen [5].

3 Pansae profectionem [6] scribes, quum scies. Atticam salvere iube, et eam cura, obsecro, diligenter. Piliae salutem.

DXXXV. (Ad Att. XII, 19)

Argumentum. 1 De loco ad fanum Tulliae extruendum eligendo; 2 de Cocceio, Libone et iudicatu suo, quae Atticus egerit, sibi probari; 3 de sponsione sua pro Cornificio; 4 de Antonii reditu; 5 de Pansae profectione; 6 de transactione cum Terentia.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Est hic quidem locus amoenus, et in mari ipso, qui et Antio et Circaeis adspici possit [1]: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo haec

2 Flavio dice che da più di venticinque anni io entrai pagatore per Cornificio. Ora sebbene il reo sia ben ricco, ed Apuleio splendido negoziator di terreni, nondimeno avrei caro che tu cercassi bene ne' libri de' commallevadori, se la cosa sia come dice; poichè prima della mia edilità io non avea fare con Cornificio cosa del mondo; ma e' puote esser però: ma vorrei esserne ben chiaro; ed anche, se ti pare, cercane da' procuratori. Sebbene, che mi fa questo? tuttavia.

3 Come tu il sappia, mi scriverai il dì che Pansa n'andò. Dimmi a Dio ad Attica, e falle buon governo, te ne prego. A Pilia mille saluti.

DXXXV. (Ad Att. XII, 19)

Argomento. 1 Della scelta di un luogo per erigere un monumento a Tullia; 2 approva l'operato di Attico intorno a Cocceio e Libone, e al suo uffizio di giudice; 3 della sua sicurtà per Cornificio; 4 del ritorno di Antonio; 5 della partenza di Pansa; 6 del convenire con Terenzia.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 In somma questo luogo è ameno, infra esso mare, che può vedersi da Anzio e da Circeo [1]: ma egli è da veder modo, come quel tempio, in qualunque mutazione di signoria, che nell'infinita posterità senza numero possono avvenire (se però le cose presenti pi-

stabunt), illud [2] quasi consecratum remanere possit. Equidem iam nihil egeo vectigalibus [3], et parvo contentus esse possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, et quidem ob hanc causam maxime. Nihil enim video, quod tam celebre esse possit; sed quos, coram videbimus: ita tamen, ut hac aestate fanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis [4].

2 De Coccio et Libone quae scribis, approbo; maxime, quod de iudicatu meo [5].

3 De sponsu [6], si quid perspexeris: et tamen [7] quid procuratores Cornificii dicant, velim scire; ita ut in ea re te, quum tam occupatus sis, non multum operae velim ponere.

4 De Antonio [8] quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. Illis egi gratias. Te tamen, ut iam ante ad te scripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo perturbatum iri.

5 Pansa si hodie, ut putabas, profectus est, posthac iam incipito scribere ad me, de Bruti adventu [9] quid exspectes, id est, quos ad dies. Id, si scies ubi iam sit, facile coniectura assequere.

6 Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipe totum negotium. Vides et officium agi meum quoddam, cui tu es conscius, et, ut nonnulli putant, Ciceronis rem Me

glieranno stato), possa (come difizio sagrato [2]) rimaner in piedi. Il vero è che io non ho oggimai bisogno di rendite, e posso viver di poco contento. Talora vo' divisando la compra di qualche orto di là dal Tevere; e sì il fo soprattutto per questo fine, parendomi che non debba altrove poter essere tanta frequenza: ma sarò io sulla faccia del luogo, a patto però che in questa estate il tempio sia bello e fornito. Tu intanto annoda con Apella Chio l' affare delle colonne [3].

2 Ottimamente ciò che mi scrivi di Cocceio e di Libone; massime intorno alla mia giudicatura [4].

3 Quanto alla malleveria, trovastu nulla? ed amerci anche di sapere quello che i procuratori di Cornificio ne dicano: sì veramente che in questo fatto (avendo tu cotante occupazioni) non vorrei che ti dessi troppa fatica.

4 Di Antonio mi scrisse anche Balbo con Oppio (con tuo gradimento), che io non me ne dessi travaglio; gli ho ringraziati. Io vo' per altro che (come t' ho già scritto) tu sappia che questa novella non mi diede nessuna pena, e che nessun' altra oggimai vorrà darmene.

5 Se Pansa è, come tu pensavi, partito oggi, da questo dì comincia scrivermi quello che tu aspetti del venire di Bruto: cioè in qual giorno; il che, sapendo tu là dove egli sia, puoi congetturar leggermente.

6 Circa quello che di Terenzia tu scrivi a Tirone, ti prego, o mio Attico, pigliarti tutto l' affare per tuo. Tu vedi che egli è in compromesso un cotal che di dover mio (tu lo sai bene), e (come credono alcuni) lo stato di Cicerone. Ora la prima cosa mi sta a cuor

quidem id [10] multo magis movet, quod mihi est et sanctius et antiquius; praesertim quum hoc alterum [11] neque sincerum, neque firmum putem fore.

DXXXVI. (Ad Att. XII, 20)

Argumentum. 1 Respondet Attici literis, in primis ad eius hortationem, ut se tam graviter dolere dissimularet, 2 et aliquot quaestiones historicas ei proponit.

Scr. Asturae A. V. C. DCCCVIII, postridie quam super.

CICERO ATTICO S.

1 Nondum videris perspicere, quam me nec Antonius commoverit, nec quicquam iam eiusmodi possit commovere. De Terentia autem scripsi ad te iis literis, quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque a ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere; possumne magis, qui totos dies [1] consumo in literis? Quod etsi non dissimulationis, sed potius leniendi et sanandi animi causa facio: tamen, si mihi minus proficio, simulationi certe facio satis [2].

2 Minus multa ad te scripsi, quod exspectabam tuas literas ad eas, quas ad te pridie dederam. Exspectabam autem maxime de fano, nonnihil etiam de Terentia. Velim me facias certiorem proximis literis, Cn. Caepio, Serviliae Claudii

molto più, essendo per me più sacra e più cara; massime che l'altra io non la credo dover riuscire nè intera nè stabile.

DXXXVI. (Ad Att. XII, 20)

Argomento. 1 Risponde alle lettere di Attico, e principalmente alla esortazione che aveagli fatta di dissimulare il proprio dolore; 2 e propone alcuni dubbii di storia.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, il giorno dopo la precedente.

CICERONE AD ATTICO S.

1 E' pare che tu non sii ancora ben chiaro quanto nulla Antonio mi abbia commosso, e come nessun'altra cosa delle siffatte mi possa commuovere. Di Terenzia t'ho scritto nella lettera d'ieri. Tu mi esorti (aggiugnendo anche ciò essere dagli altri desiderato) che io dissimuli d'essere addolorato sì fieramente. Or posso io farlo più che io mi faccia logorando negli studi gli interi giorni? E sebbene io nol faccia a fine di dissimulare, mâ piuttosto di mitigare o sanare il dolore; tuttavia, se anche poco ne cavo di bene, certo quanto a simulare fo quanto debbo.

2 Scrivo breve, perchè aspetto risposta alla mia lettera d'ieri; e soprattutto in proposito del tempio, e qualcosa eziandio di Terenzia. Colla tua prima lettera chiariscimi (ti prego) se Gneo Cepione, padre della Servilia di Claudio, sia morto in mare, essendo vivo

pater [3], vivone patre suo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia, vivone C. Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo [4]. Pertinent ad eum librum [5], quem de luctu minuendo scripsimus.

DXXXVII. (Ad Div. IX, 11)

Argumentum. Respondet Dolabellae, qui se de Tulliae morte nuntium accepisse, et Ciceronis literas desiderare significaverat.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO DOLABELLAE

Vel meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, quam eo casu [1], quo sum gravissime afflictus: quem ferrem certe moderatius, si te haberem. Nam et oratio tua prudens, et amor erga me singularis multum levaret. Sed quoniam brevi tempore [2], ut opinio nostra est, te sum visurus; ita me affectum offendes, ut multum a te possim iuvari: non quo [3] ita sim fractûs, ut aut hominem me esse [4] oblitus sim, aut fortunae succumbendum putem; sed tamen hilaritas illa nostra [5] et suavitas, quae te praeter ceteros delectabat, erepta mihi omnis est. Firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eamdem cognosces, quam reliquisti. Quod scribis, proelia [6] te mea causa sustinere: non tam id la-

suo padre, o morto; e se eziandio Rutilia sia morta, vivendo C. Cotta figliuol suo, ovvero dopo la morte di lui. Queste cose mi bisognano per quel libro che ho scritto intorno a scemar dolore.

DXXXVII. (A Div. IX, 11)

Argomento. Risponde a Dolabella, che gli aveva scritto di aver saputo la morte di Tullia, e di bramare lettere di Cicerone.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE A DOLABELLA

Io torrei che eziandio a cagione della mia medesima morte tu fossi senza mie lettere, di quello che per quella sciagura [1], della quale provo un dolore di morte; il quale anche porterei con più pace, se io fossi con te: imperocchè gran conforto riceverei dalle tue sagge parole e dal singolare amore che tu mi porti. Ora, posciachè di corto, come il cuore mi dà, ci vedremo [2], tu mi troverai così passionato da aver molto bisogno de' tuoi conforti: non già che io sia abbattuto per forma, che o io sia sdimentico d'esser uomo, o mi creda dover soccombere a tanto colpo. Tuttavia quella mia ilarità e piacevolezza, della qual tu meglio che nessun altro pigliavi diletto, per intero ho perduta; ma quanto a fermezza e costanza di animo (se io già ne ho punto avuta), la troverai tutta quanta in me tu lasciasti. Quanto a ciò che mi scrivi, che tu alle mie cagioni dei essere alle mani con chicchessia [3],

boro, ut, si qui mihi obtrectent, a te refutentur; quam intelligi cupio (quod certe intelligitur), me a te amari. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo; ignoscasque brevitati literarum mearum 7. Nam et celeriter una futuros nos arbitror, et nondum satis confirmatus sum ad scribendum.

DXXXVIII. (Ad Att. XII, 21)

Argumentum. 1 Reprehendit quaedam in libro Bruti in laudem Catonis perperam scripta; 2 de hortis fano Tulliae exstruendo emendis; 3 de Terentiae negotio; 4 de pecunia Oviae curanda; 5 denique Attico, qui eum in forum revocaverat, cur ab eo refugiat, exponit.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Legi Bruti epistolam, eamque tibi remisi, sane non prudenter [1] rescriptam ad ea, quae requisieras [2]. Sed ipse viderit: quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam putat de animadversione [3] dixisse; quam omnes ante dixerant, praeter Caesarem: et quum ipsius Caesaris tam severa fuerit, qui tum praetorio loco dixerit, consularium putat leniores fuisse, Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, Volcatii, Figuli, Cottae, L. Caesaris, C. Pisonis, etiam M.' Glabrionis [4], Silani, Murenae,

sappi, non tanto mi preme che, abbattendoti in miei calunniatori, tu li confuti, quanto ho piacere che si conosca (ed è ben conosciuto) che tu mi vuoi bene. Il che ti prego di fare, quanto più posso, e che mi perdoni se io scrivo cotanto breve: sì perchè infra poco tempo ci credo essere insieme, e sì perchè non sono anche così in tempera per iscrivere.

DXXXVIII. (Ad Att. XII, 21)

Argomento. 1 Riprende alcune cose malamente scritte da Bruto nell' elogio di Catone; 2 degli orti da comprarsi per erigervi il tempio a Tullia; 3 dell'affare di Terenzia; 4 del debito suo verso di Ovia; 5 finalmente spiega ad Attico, che avealo richiamato al foro, il motivo per cui non gli regge il cuore di ritornarvi.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ho letto la lettera di Bruto, che ti rimando: certo egli non risponde acconciamente a quello di che tu l'avevi richiesto. Ma faccia egli: certo è una vergogna sua di non saper quelle cose. Certo egli crede, Catone [1] aver detto innanzi agli altri suo parere intorno alla pena [2], quando innanzi a lui l'avean detto tutti, da Cesare in fuori; e laddove tanto severo fu quello di esso Cesare, il quale allora parlò in ufizio di pretore, pensa più miti essere stati quelli delle persone consolari, cioè di Catulo, di Servilio, de' Luculli, di Curione, di Torquato, di Lepido, di Gellio, di Volcazio, di Figulo, di Cotta, di L. Cesare, di C. Pisone, ed eziandio di Manio Glabrione, di Silano, di

designatorum consulum. Cur ergo in sententiam [5] Catonis? Quia verbis luculentioribus et pluribus rem eamdem [6] comprehenderat. Me autem hic laudat, quod retulerim, non quod patefecerim, quod cohortatus sim, quod denique ante, quam consulerem, ipse iudicaverim [7]. Quae omnia quia Cato laudibus extulerat in coelum, perscribendaque censuerat; idcirco in eius sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multum mihi putat, quod scripserit *optimum consulem*. Quis enim ieiunius dixit inimicus? Ad cetera vero tibi quemadmodum rescripsit? tantum rogat, de senatus consulto [8] ut corrigas. Hoc quidem fecisset, etiamsi a Ranio admonitus esset [9]. Sed haec iterum ipse viderit.

2 De hortis, quoniam probas, effice aliquid. Rationes meas [10] nosti. Si vero etiam a Faberio aliquid accedit [11], nihil negotii est. Sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certe sunt Drusi; fortasse et Lamiani et Cassiani: sed coram.

3 De Terentia non possum commodius scribere, quam tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum [12]. Si quid nos fefellerit, illius [13] malo me, quam mei poenitere.

4 Oviae C. Lollii [14] curanda sunt H-S c. Negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit, et danda aestimatio. Vellem tibi dixisset. Si enim res est, ut mihi scribit, parata,

Murena, consoli designati. Come è dunque stato che vinse il parere di Catone? perchè (dice) in più parole e più luminose aveva raccolto il negozio medesimo. Quanto poi a me, egli quivi mi loda che io abbia fatta la relazione del fatto, non iscopertolo; che abbia esortato; finalmente perchè prima detto il mio parere innanzi di consultare quello d'altri. Le quali tutte cose avendo Catone lodate a cielo, e giudicato esser da registrare, però tutti accordatisi al suo parere [3]. Or quivi egli si crede farmi un panegirico, per avere nominatomi *ottimo console* [4]: laddove qual inimico ha mai più meschinamente parlato? Ma circa le altre cose che risposta ti diede egli? ti prega, senza più, che circa il senatoconsulto tu voglia correggere. Or che avrebbe fatto egli di meno, essendo stato ammonito da Ranio? [5] ma, come dissi di sopra, faccia egli.

2 Nel fatto degli orti, da che ti piace, e tu dà mano a qualcosa. Ben sai stato delle cose mie. Ora se Faberio [6] non ci guasta, la cosa è nostra: ma eziandio senza di lui, io credo aver tanto in mano da riuscirne. Certo sono in vendita gli orti di Druso [7], e forse anche quelli di Lamia e di Cassio. Ma meglio a bocca.

3 Quanto a Terenzia, non posso scrivere più il caso che tu ti faccia. Il dovere ci stia a cuor sopra tutto: chè se nulla ci dica male, io amo meglio dolermi di lei che di me.

4 Ad Ovia di C. Lollio si vuol procurare centomila sesterzi. Erote dice che senza di me non può farlo: credo perchè sia da dare e ricevere alcuna delle cose stimate [8]. Deh! l'avesse egli detto a te! poichè se la cosa è tanto manesca, quanto egli mi scrive, e se dice

nec in eo ipso mentitur; per te confici potuit. Id cognoscas, et conficias velim.

5 Quod me in forum vocas [15]; eo vocas, unde, etiam bonis meis rebus, fugiebam. Quid enim mihi cum foro, sine iudiciis, sine curia, in oculos incurrentibus iis, quos aequo animo videre non possum? Quod autem homines a me postulare scribis, ut Romae sim, neque mihi, ut absim, concedere, aut quatenus eos mihi concedere [16]: iam pridem scito esse, quum unum te pluris, quam omnes illos, putem; ne me quidem contemno; meoque iudicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. Neque tamen progredior longius, quam mihi doctissimi homines concedunt; quorum scripta omnia, quaecumque sunt in eam sententiam [17], non legi solum, quod ipsum erat fortis aegroti, accipere medicinam; sed in mea etiam scripta transtuli, quod certe afflicti et fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in istam turbam vocare, ne recidam.

DXXXIX. (Ad Att. XII, 7)

Argumentum. Quid cum Cicerone filio coram egerit, exponit.

il vero, potevi tu cavarne le mani: vorrei dunque che tu ti informassi e conchiudessi.

5 Tu mi chiami nel foro: sappi, tu mi chiami in tal luogo donde io, anche nel mio tempo felice, mi scantonava. Imperocchè or che ho a far io di foro senza giudizi nè curia? dandomi sempre negli occhi persone che io non posso patir di vedere? Quanto poi a quel che mi scrivi, che la gente mi vuole in Roma, nè mi concede di starne fuori, ovvero che mel concedono fino a tal tempo; sappi, egli è un pezzo che io stimo te solo più che loro tutti; e non vo' anche disprezzar me medesimo, volendo assai meglio seguire il giudizio mio proprio, che di tutti gli altri. Nè per questo io mi dilungo più che mi sia conceduto dalle persone dottissime, i cui scritti, quanti egli sono fatti in questo proposito, non pure ho letto (ed era questo medesimo cosa da malato ben forte, il prendere la medicina), ma e gli ho trasportati eziandio ne' miei scritti; il che non è stato cosa da animo vinto e abbattuto. Da questi rimedi, deh! non volermi chiamare in questi trambusti, che forse non ricadessi.

DXXXIX. (Ad Att. XII, 7)

Argomento. Espone il suo colloquio col figlio Cicerone.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense, ut videtur, Mart.

CICERO ATTICO S.

Quae desideras, omnia scripsi in codicillis, eosque Eroti dedi, breviter, sed etiam plura quam quaeris; in iis, de Cicerone [1]; cuius quidem cogitationis initium tu mihi attulisti. Locutus sum cum eo [2] liberalissime: quod ex ipso velim, si modo tibi erit commodum, sciscitere. Sed quid differo? Exposui, te ex me detulisse [3], ecquid vellet, ecquid requireret: velle Hispaniam, requirere liberalitatem. De liberalitate, dixi, quantum Publilius [4], quantum flamen Lentulus filio [5]. De Hispania, duo attuli: primum idem, quod tibi, me vereri vituperationem; non satis esse si haec arma [6] reliquissemus? etiam contraria? [7] deinde fore, ut angeretur, quum a fratre [8] familiaritate et omni gratia vinceretur. Velim [9] magis liberalitate uti mea, quam sua libertate; sed tamen permisi. Tibi enim intellexeram non nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo: teque [10], ut idem facias, rogo. Magna res et simplex est manere [11]; illud anceps. Verum videbimus. De Balbo [12], et in codicillis scripseram, et ita cogito, simul ac redierit. Sin ille tardius, ego tamen triduum [13]. Et, quod praeterii, Dolabella etiam mecum [14].

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo, come pare.

CICERONE AD ATTICO S.

Di ciò che volevi ho già notato nelle tavolette [1] ogni cosa, e datele ad Erote. Scrissi breve, e tuttavia detto più che tu non cercavi; e fra l'altre cose, di Cicerone, a pensar del quale tu m'hai aperta la via. Io gli ho parlato con tutto candore; e vorrei, se ne hai tempo da ciò, che tu tel facessi dire a lui medesimo. Ma perchè questo indugio? Mi sono a lui aperto, come di mia commissione tu l'avevi richiesto, se egli nulla volesse, o nulla dimandasse; ed egli rispose, di volere la Spagna, e dimandare larghezza. Quanto alla larghezza, gli ho risposto: Quanta ne fa Publilio, quanta il flamine Lentulo al figliuol suo. — Quanto alla Spagna, gli allegai due punti: il primo (nè più nè meno che dissi a te), che io temeva lui doverne portar biasimo. Non bastar dunque che noi abbandonammo questo partito, se non pigliavamo anche il contrario? [2] Appresso, che egli ne saria tribolato, veggendosi di intrinsichezza e di favore vantaggiato dal fratello [3]. Io vorrei che egli si contentasse meglio della liberalità mia, che della sua libertà; tuttavia il lasciai fare: da che avea veduto che troppo non dispiaceva a te. Io andrò ben rugumando circa questo affare; e tu altresì, te ne prego. Il restare assai giova, ed è cosa piana; l'andare, dubbiosa. Ma vedremo. Di Balbo ed avea scritto nelle tavolette, e così penso di fare, come egli sia ritornato; che se egli badi ancora, ed io certo tre altri dì; e meco (mi s'era sdimentico) eziandio Dolabella.

DXL.

(Ad Att. XII, 22)

Argumentum. 1 Rogat, ut negotium, quod ad Terentiam attinebat, suscipiat; 2 quaestionem de Clodia proponit; 3 de hortis fano Tulliae extruendo emendis iterum rogat.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 De Terentia [1], quod mihi omne onus imponis, non cognosco tuam in me indulgentiam. Ista enim sunt ipsa vulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. Moderare igitur, quaeso, ut potes. Neque enim a te plus, quam potes, postulo: potes autem, quid veri sit, perspicere tu unus.

2 De Rutilia [2], quoniam videris dubitare, scribes ad me, quum scies, sed quamprimum: et [3] num Clodia, D. Bruto [4] consulari, filio suo, mortuo, vixerit. Id de Marcello [5], aut certe de Postumia sciri potest; illud [6] autem de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro [7].

3 De hortis, etiam atque etiam te rogo. Omnibus meis, eorumque, quos scio mihi non defuturos, facultatibus (sed potero meis) enitendum mihi est. Sunt etiam, quae vendere facile possim. Sed, ut non vendam, eique usuram pendam, a

DXL. (Ad Att. XII, 22)

Argomento. 1 Lo prega di incaricarsi dell'affare che risguardava Terenzia; 2 propone un quesito intorno a Clodia; 3 gli raccomanda ancora la compra degli orti per erigervi il monumento a Tullia.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Nella bisogna di Terenzia, lo scaricarti che fai di tutto il peso sopra di me, è cosa fuor della tua usata benignità verso di me: conciossiachè queste sono appunto quelle ferite che io non posso trascinare senza grandissimi gemiti. Arrècati dunque, di grazia, ad un partito di mezzo, se tu puoi; chè certo io non ti domando più che tu possa: or tu solo puoi vedere quel che sia ragionevole.

2 Circa il punto di Rutilia, posciachè tu mi pari in ponte, quando ne sarai chiaro, e tu me lo scrivi; ma più presto che puoi; ed anche se Clodia sia sopravvissuta a D. Bruto figliuol suo, stato consolo. Questo puoi tu sapere da Marcello, o almen da Postumia; quello da M. Cotta, o da Siro, o da Satiro.

3 Gli orti ti raccomando quanto più posso. Io ne vo' fare il possibile coll'aver mio e di certi altri, de' quali son certo che non mi falliranno (ma potrò bene col mio). Ed ho anche cose che leggermente potrei vendere. Tuttavia, qualora tu mi dia di spalla, posso fare senza nulla vendere, ma pagarne a quel mede-

quo emero, non plus annum [8], possum assequi, quod volo, si tu me adiuvas [9]. Paratissimi sunt Drusi: cupit enim vendere. Proximos puto Lamiae; sed abest. Tu tamen, si quid potes, odorare. Ne Silius quidem quicquam utitur [10], et iis usuris facillime sustentabitur [11]. Habe tuum negotium [12]; nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, sed quid velim, et cur velim, existima.

DXLI. (Ad Att. XII, 23)

Argumentum. 1 Cur Romam redire nolit, exponit; 2 de Terentia ut curet, rogat; 3 de Atticae valitudine; 4 de Liguris dolore ex obitu filii vel filiae; 5 de hortis emendis.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Putaram te aliquid novi; quod eiusmodi fuerat initium literarum; quamvis non curarem, quid in Hispania [1] fieret, tamen te scripturum: sed videlicet meis literis respondisti, ut de foro, et de curia [2]. Sed domus est [3], ut ais, forum. Quid ipsa domo mihi opus est, carenti foro? Occidimus, occidimus, Attice, iam pridem nos quidem; sed nunc fatemur, posteaquam unum [4], quo tenebamur, amisimus. Itaque solitudines sequor: et ta-

simo dal qual comperassi, il merito non più di un anno. Quei di Druso sarebbono tutto il caso; chè egli vuol venderli. Simili mi paiono que' di Lamia; ma egli è fuori. Ma tu stammi all'erta, se nulla te ne viene. Anche Silio non se ne giova punto; e senza una fatica del mondo potrebbesi colle usure tener a bada. Fa conto che l'affare sia tuo; e non porre mente a quello che porti lo stato mio (di che non mi curo), ma alla mia voglia, ed alla ragion che ne ho.

DXLI. (Ad Att. XII, 23)

Argomento. 1 Espone il perchè non voglia andare a Roma; 2 gli raccomanda l'affare con Terenzia; 3 della malattia di Attica; 4 del dolore di Ligo per la morte del figlio o della figlia; 5 della compera degli orti.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io mi aspettava da te qualcosa di nuovo, avendo tu fatto alla lettera questo principio: Quantunque de' fatti della Spagna nulla t'importi, io voglio tuttavia scriverti. — Ma veggo io bene: tu rispondesti alla mia lettera come per conto del foro e della curia [1]. Se non che la casa, tu dì, mi scuserà foro. — Or che mi fa a me essa casa, non avend' io foro? Siam diserti, siam diserti, o Attico: quanto a me, bene da un pezzo [2]; ma io, il confesso al presente, dopo perduta sola quella cosa che ci teneva in piè. Il perchè io amo di esser solo; e tuttavia se da checchessia io

men, si qua me res isto [5] adduxerit, enitar, si quo modo potero (potero autem), ut praeter te [6] nemo dolorem meum sentiat: si ullo modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam illa causa [7] est non veniendi. Meministi, quid ex te Aledius [8] quaesierit [9]; quin etiam nunc molesti sunt [10]; quid existimas, si venero?

2 De Terentia ita cura, ut scribis, meque hac ad maximas aegritudines accessione nunc maxima [11] libera. Et, ut scias me ita dolere, ut non iaceam, quibus consulibus Carneades [12], et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali. Haec [13] nunc quaero, quae causa [14] fuerit? de Oropo, opinor; sed certum nescio: et, si ita est, quae controversiae? [15] praeterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit Athenis, qui praefuerit hortis? [16] qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illustres? quae te etiam ex Apollodori [17] puto posse invenire.

3 De Attica, molestum; sed quoniam leviter [18], recte esse confido.

4 De Gamala [19] dubium mihi non erat. Vnde enim tam felix Ligus pater? Nam quid de me dicam, cui ut [20] omnia contingant, quae volo, levari non possum?

5 De Drusi hortis, quanti licuisse tu scribis; id ego quoque audieram, et, ut opinor, heri ad te scripseram; sed quanti quanti, bene emitur

sia tirato costà, farò di tutto, se avrò come poter farlo (potrò sì), che nessun, da te in fuori, si addia del mio dolore; e se potrà essere in qualche modo, nè eziandio tu medesimo. Ma e del non venire ho io anche quest'altra ragione. Tu ti ricordi bene quello di che Aledio [3] ti dimandò; anzi tuttavia seguono a infastidirci: pensa tu, se io venissi!

2 Quanto a Terenzia, fa tu come scrivi; e mi libera da questa gravissima giunta delle altre mie gravissime angustie. Ora, acciocchè tu vegga che io sono sì addolorato, ma non prostrato, sotto quai consoli Carneade con quella sua legazione [4] venisse a Roma, è notato ne' tuoi Annali. Ora vo' saper queste cose: qual ne fosse la cagione; credo per la città di Oropo; ma non ho la cosa sicura; e, se ella è pure così: quali controversie ci fossero [5]; in oltre: qual nominato Epicureo fosse in Atene in quel tempo [6] sopra degli orti; ed anche: quali, altresì in Atene, illustri *repubblicanti*. Le quali notizie io credo che tu possa raccogliere da' libri di Apollodoro [7].

3 Il fatto di Attica mi dà noia; ma essendo cosa leggera, ne spero bene.

4 Di Gamala, io non m'aspettava altro [8]: chè come potea Ligo esser padre sì fortunato? imperocchè di me che dirò io, il quale (avendomi anche tutte le fortune del mondo) non posso trovare conforto?

5 Circa gli orti di Druso, avea ben io sentito che erano incantati per tanto quanto tu mi scrivi: e già te lo scrissi ieri, mi pare: ma costino anche un oc-

quod necesse est. Mihi, quoquo modo tu existimas (scio enim ego ipse, quid de me existimem), levatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti [21]. Ad Sicam scripsi, quod utitur L. Cotta. Si nihil conficeretur de Transtiberinis, habet in Ostiensi Cotta celeberrimo loco, sed pusillum loci [22]; ad hanc rem [23] tamen plus etiam satis. Id velim cogites. Nec tamen ista pretia hortorum pertimueris. Nec mihi iam argento, nec veste opus est, nec quibusquam amoenis locis: hoc opus est. Video etiam, a quibus adiuvari possim. Sed loquere cum Silio. Nihil enim est melius [24]. Mandavi etiam Sicae. Rescripsit, constitutum [25] se cum eo habere. Scribat igitur ad me, quid egerit; et tu videbis [26].

DXLII. (Ad Att. XII, 24)

Argumentum. 1 De Silii et Oviae negotio; 2 de Ciceronis filii itinere in Graeciam; 3 de Publilii profectione in Africam; 4 de quaestionibus historicis quibusdam; 5 de Cispianis et Praecianis negotiis, et Atticae valitudine.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 Bene fecit A. Silius, qui transegerit [1]. Neque enim ei deesse volebam, et, quid possem, timebam. De Ovia [2], confice, ut scribis.

chio, ci sono costretto, e basta. Or questo (pensala tu come vuoi, ch'io so bene anch'io che pensare di me) è un cotale alleviarmi, se non del dolore, certo di un debito troppo giusto 9. Ho scritto a Sica, come a domestico di L. Cotta. Caso che nulla si concludesse di que' d'oltra Tevere, ne ha Cotta nell'Ostiense, luogo frequentatissimo. Ma il luogo è piccolo; tuttavia al caso nostro n'avrem d'avanzo. Pensa qui, e non ti lasciare aver paura di cotesto costar di orti. A me non fa punto bisogno di argento, nè di vesti, nè di luoghi ameni, qua' ch'egli sieno: di questo ho bisogno. Anche veggo io bene chi potrebbe darmi di spalla. Ma parla con Silio: di meglio non potresti avere. Ho dato commissione anche a Sica; il qual mi rispose d'avere fermato con essolui 10. Mi scriva dunque dell'operato; e fa tu.

DXLII. (A Att. XII, 24)

Argomento. 1 Dell'affare di Silio e di Ovia; 2 del viaggio del figliuolo Cicerone in Grecia; 3 della partita di Publilio per l'Africa; 4 di alcuni quesiti storici; 5 degli affari di Cispio e di Precio, e della salute di Attica.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ben fece a venire ad accordo A. Silio: imperocchè io non gli voleva mancare, e di me non sapea che promettermi. Quant'è ad Ovia, conchiudi pure sì come scrivi.

2 De Cicerone [3], tempus esse iam videtur. Sed quaero, quod illi opus erit Athenis, permutarine possit, an ipsi ferendum sit [4]; de totaque re, quemadmodum, et quando placeat, velim consideres.

3 Publilius [5] iturusne sit in Africam, et quando, ex Aledio scire poteris: quaeras et ad me scribas, velim.

4 Et, ut ad meas ineptias [6] redeam, velim me certiorem facias, P. Crassus, Venuleiae filius, vivone P. Crasso consulari, patre suo, mortuus sit, ut ego meminisse videor, an post. Item quaero de Regillo, Lepidi [7] filio, rectene meminerim, patre vivo mortuum.

5 Cispiana [8] explicabis, itemque Praeciana. De Attica, optime [9]. Ei salutem dices, et Piliae.

DXLIII. (Ad Att. XII, 25)

Argumentum. De Silii hortis emendis, sed ita ut numerato potius quam aestimatione.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

Scripsit ad me diligenter Sica de Silio [1], seque ad te rem detulisse: quod tu idem scribis. Mihi et res et conditio placet, sed ita, ut numerato

2 Per conto di Cicerone, mi pare essere oggimai tempo; ma non so se pel danaro necessario sia più comodo trovarlo a cambio in Atene, o egli stesso portarlo; e generalmente vorrei che tu pensassi del come e del quando ti paia il meglio.

3 Se Publilio [1] sia per passare in Africa, ed a qual tempo, puoi saperlo da Aledio. Cercane e scrivimi.

4 E per rifarmi sopra le mie ciance [2], fammi assapere, di grazia, se P. Crasso, figliuolo di Venuleia, sia morto vivendo P. Crasso suo padre, stato consolo, come mi pare di ricordarmi, o appresso sua morte. E così vo' sapere di Regillo figliuol di Lepido, se la memoria mi dica il vero, che e' morisse in vita del padre.

5 Saldami la partita con Cispio e con Precio. Ottimamente di Attica; salutalami con Pilia.

DXLIII. (Ad Att. XII, 25)

Argomento. Della compera degli orti di Silio, ma da pagarsi a pronti contanti, piuttosto che con possessioni.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

Sica mi scrisse per filo e per segno di Silio; e come egli ti notificò l'affare, e s'accorda con la tua lettera. La cosa e le condizioni mi piacciono: sì veramente,

malim [2], quam aestimatione. Voluptarias enim possessiones nolet Silius. Vectigalibus autem ut his possum esse contentus, quae habeo, sic vix minoribus [3]. Vnde ergo numerato? [4] H-S DC exprimes ab Hermogene, quum praesertim necesse erit; et domi video esse H-S DC. Reliquae pecuniae vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repraesentabimus. Erit etiam aliquid alicunde. Sed totam rem tu gubernabis. Drusianis vero hos hortis [5] multo antepono: neque sunt umquam comparati [6]. Mihi crede, una me causa movet, in qua scio me τετυφῶσθαι. Sed, ut facis, obsequere huic errori meo. Nam quod scribis ἐγγήραμα [7], actum iam de isto est: alia magis quaero.

DXLIV. (Ad Att. XII, 26)

Argumentum. Sicam ad se venturum; Atticus quod non veniat se ignoscere; Niciam ad se venire nolle.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, circ. XII Kal. Apr.

CICERO ATTICO S.

Sica, ut scribit, etiam si nihil confecerit cum A. Silio, tamen se scribit X Kalendas esse venturum. Tuis occupationibus ignosco, eaeque mihi sunt notae. De voluntate tua, ut simul simus, vel studio potius et cupiditate, non dubito. De Ni-

che io vorrei meglio a danar contanti, che a beni stimata: imperocchè Silio non vorrà fondi da delizia. Or come delle rendite che ho, mi posso chiamar contento, così potrei a mala pena di meno. Donde caverem dunque il danar contante? seimila sesterzi tu spremerai da Ermogene, massime quando saremo allo stretto. Anche in casa trovo essere sesterzi seimila. Del resto pagheremo a un bisogno il merito a Silio, in quello che daremo alla mano di quel di Faberio, o di qualche suo debitore; e qualche cosa caveremo ondechessia. Ma tu dirigerai tutta la faccenda. Ben ti dico che questi orti io li metto a gran pezza sopra quelli di Druso: nè certo furono mai da metter con questi. Credimi: sola una cosa mi rende sì caldo [1]; nel che so io bene *di pizzicare d'uom vano*. Ma, come fai, vammi a' versi di questa mia pecca: imperocchè *quel conforto della vecchiaia* [2], di che mi scrivi, è bello e svanito: e' c'è altro che più mi fruga.

DXLIV. (Ad Att. XII, 26)

Argomento. Spera che Sica verrà a trovarlo; comporta che Attico non venga; non ama che Nicia venga a sè.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, a' 21 circa di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

Mi scrive Sica, che eziandio se egli nulla abbia conchiuso con A. Silio, tuttavia verrà a' 22. Mille ragioni ti do, per conto delle tue occupazioni, che mi sono ben note. Della voglia che tu hai di trovarci insieme, o piuttosto dello studio e dell'ardore, non dubito pun-

cia [1] quod scribis, si ita me haberem, ut eius humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere. Sed mihi solitudo et recessus provincia est [2]. Quod quia facile ferebat Sica, eo magis illum desidero. Praeterea nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. Cur ego illi molestus velim [3], quum mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi grata est. Vnam rem [4] ad me scripsisti, de qua decrevi nihil tibi rescribere. Spero enim me a te impetrasse, ut privares me ista molestia. Piliae et Atticae salutem.

DXLV.

(Ad Att. XII, 27)

Argumentum. 1 De Silii hortis emendis; de Cottae villa; 2 de Ciceronis filii profectione; 3 de Bruti adventu.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, X Kal., ut videtur, Apr.

CICERO ATTICO S.

1 De Siliano negotio, etsi mihi non est ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cogniturum. Cottae [1] (quod negas te nosse) ultra Silianam villam est, quam puto tibi notam esse: villula sordida, et valde pusilla; nihil agri; ad aliam rem [2] loci nihil; satis ad eam, quam quaero. Sequor celebritatem. Sed, si perficitur de hor-

to. Quanto a ciò che mi scrivi di Nicia [1], se io mi sentissi in tal tempera da poter godermi la sua cortesia, egli sarebbe di quelli co' quali meglio vorrei essere; ma la solitudine e lo starmi di cesso è ora la mia provincia. Ora perchè Sica è acconcio a questo genere di vita, pertanto lui meglio desidero. Oltr' a ciò, tu sai gracilità, tenerezza e maniera di vivere di Sica. Come posso io amare d'essere grave a lui, non potendo lui essere giocondo a me? e nondimeno m'è caro il suo desiderio. A sola una cosa delle scrittemi son fermo di nulla rispondere; sperando io d'aver impetrato da te che tu dovessi liberarmi da questa noia [2]. Ad Attica ed a Pilia mille saluti.

DXLV. (Ad Att. XII, 27)

Argomento. 1 Degli orti di Silio che vorrebbe acquistare, e della villa di Cotta; 2 della partenza del figliuolo Cicerone, 3 e della venuta di Bruto.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, a' 23, come pare, di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Circa l'affare di Silio, sebbene le condizioni non mi son nuove, tuttavia penso di dover essere oggi d'ogni cosa informato da Sica. Se tu non conosci la casa di Cotta, sappi, essa è di là da quella di Silio; ben lo sai, credo io: egli è una casetta povera e piccola, senza un palmo di terra; ad altro uso non servirebbe punto; a quel che voglio io, n'ho assai [2]: io cerco luogo frequentato. Ma se degli orti di Silio si

tis Silii, hoc est, si perficis (est enim totum positum in te), nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus.

2 De Cicerone, ut scribis, ita faciam; ipsi permittam de tempore [3]: numorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis.

3 Ex Aledio [4], quod scribis, si quid inveneris, scribes. Et ego ex tuis animadverto literis, et profecto tu ex meis, nihil habere nos, quod scribamus; eadem quotidie, quae iam iamque ipsa contrita sunt: tamen facere non possum, quin quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto [5] tamen, si quid habebis. Scire enim iam puto, ubi Pansam exspectet. Si, ut consuetudo est, in prima provincia [6], circiter Kal. affuturus videtur. Vellem tardius. Valde enim urbem fugio multas ob causas. Itaque id ipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem; quod quidem video facile esse. Sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliae et Atticae [7] salutem.

DXLVI. (Ad Att. XII, 28)

Argumentum. 1, 2 De Silii et Terentiae negotio; 3 de solitudine sua et moerore: 4 de Triarii negotio; 5 de Castriciano; 6 de Publilii itinere; 7 denique Lentulum puerum Attici curae commendat.

fa qualcosa, cioè se tu fai (da che tutto il negozio dimora in te), non avremo a spendere in Cotta un pensiero.

2 Di Cicerone farò come scrivi: circa il tempo, faccia egli a sua posta. Quanto danaro fia bisogno d'avere a cambio, vedra'lo tu.

3 Se nulla potrai rinvergar da Aledio, me ne scriverai, come scrivi. Intanto io ritraggo dalle tue lettere, e similmente tu dalle mie, come ci falla materia da scrivere. Ogni dì siamo a quelle medesime; e queste altresì oggimai sono logore. Nondimeno non posso pretermettere che non ti scriva qualcosa ogni dì, per aver delle tue. Tuttavia di Bruto, se nulla ti venga saputo, scrivi: mentre credo di sapere oggimai là dove egli s'aspetti Pansa; se egli, secondo l'usato, nella prima provincia, e' dovrebbe esser qui al primo del mese. Doh! tirasse egli innanzi! chè io fuggo da Roma al possibile, per più ragioni: e per questo medesimo non so se io m'abbia a trovare con lui qualche scusa; e ben veggo non avrò troppo a cercarla. Ma abbiam da pensarvi del tempo assai. Salutami Pilia ed Attica.

DXLVI. (Ad Att. XII, 28)

Argomento. 1, 2 Dell'affare di Silio e di Terenzia; 3 della sua solitudine e del suo dolore; 4 dell'affare con Triario; 5 con Castricio; 6 del viaggio di Publilio; 7 finalmente raccomanda il fanciullo Lentulo alla premura di Attico.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, post X Kal. Apr.

CICERO ATTICO S.

1 De Silio nihilo plura cognovi ex praesente Sica, quam ex literis eius. Scripserat enim diligenter. Si igitur tu illum [1] conveneris, scribes ad me, si quid videbitur.

2 De quo putas ad me missum esse [2]; sit missum, necne, nescio; dictum quidem mihi certe nihil est. Tu igitur, ut coepisti: et, si quid ita conficies (quod equidem non arbitror fieri posse), ut illi probetur, Ciceronem [3], si tibi placebit, adhibebis. Eius aliquid interest, videri illius causa voluisse [4]; mea quidem nihil, nisi id [5], quod tu scis; quod ego magni aestimo.

3 Quod me ad consuetudinem [6] revocas; fuit meum quidem iam pridem rem publicam lugere; quod faciebam, sed mitius. Erat enim, ubi acquiescerem [7]. Nunc plane nec ego victum, nec vitam illam colere possum; nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo. Quod me ipse per literas [8] consolatus sum, non poenitet me, quantum profecerim. Moerorem minui; dolorem [9] nec potui, nec, si possem, vellem.

4 De Triario [10], bene interpretaris voluntatem meam. Tu vero nihil, nisi ut illi volent. Amo

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, dopo il 23 di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ho veduto Sica, dal quale non potei, circa l'affar di Silio, cavar nulla più che io avessi fatto dalle sue lettere, avendomi lui scritto per filo e per segno ogni cosa. Il perchè, potendo tu esser con lui, mi scriverai quello che ti sia dato innanzi.

2 Circa l'affare pel quale tu credi essere stato mandato a me, se mandato o no, non so io: certo dettomi niente. Adunque tu a fornir la bisogna; e se tu avrai nulla conchiuso che le piaccia (il che io credo impossibile), e tu, parendoti ben fatto, ci chiamerai Cicerone. A lei mette qualcosa di bene il mostrare di aver operato per lo bene di lui; a me certo nulla, salvo per conto di ciò che tu sai; che a me vale un mondo [1].

3 Tu mi richiami al mio usato; ma certo a me s'apparteneva, è un pezzo, il piagnere la Repubblica: e l'ho fatto, ma più temperatamente, avendo io dove trovarmi riposo. Ora non posso io al tutto continuar più nè quel vitto nè quella vita; nel che io non mi credo dover nulla curarmi di quello che altri ne giudichi: la mia coscienza mi val troppo più che il dire di tutto il mondo. Quanto all'aver io consolato me stesso scrivendo, non mi trovo scontento del bene che ne ho ritratto: mi sono scemato malinconia [2]; dolore nè ho potuto, nè (potendo) l'avrei voluto.

4 Intorno a Triario [3], tu bene interpreti la mia intenzione; ma tu niente altro che quello che e' si vor-

illum mortuum; tutor sum liberis; totam domum diligo.

5 De Castriciano [11] negotio, si Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet, eamque ei solvi, ut nunc solvitur [12]; certe nihil est commodius. Sin autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non mihi videtur esse aequum [13]. Rogas enim me, ut tibi scribam, quid mihi videatur. Nolo enim negotii Quintum fratrem quicquam habere; quod videor mihi intellexisse, tibi idem videri.

6 Publilius [14], si aequinoctium exspectat, ut scribis Aledium dicere, navigaturus videtur. Mihi autem dixerat per Siciliam. Vtrum, et quando, velim scire.

7 Et velim aliquando, quum erit tuum commodum, Lentulum [15] puerum visas, eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. Piliae, et Atticae [16] salutem.

DXLVII. (Ad Att. XII, 29)

Argumentum. 1 De Silio ut scribat, rogat; 2 cur hoc tempore cum Bruto convenire nolit, ostendit; 3 petit, ut negotium de hortis explicet.

ranno. Io amo lui morto; son tutore de' figliuoli; mi porto in cuore tutta la famiglia.

5 Circa l'affar di Castricio, se egli, in luogo degli schiavi, vorrà ricever danaro, da pagarglielo al modo di oggidì [4], certo niente più comodo. Ma se egli fu conchiuso che egli ne menasse essi schiavi, non mi par ragionevole (così dico, volendo tu sapere quello che me ne sembri): imperocchè non voglio che il fratel Quinto ci abbia punto di briga; il che mi pare aver conosciuto che tu medesimo approvi.

6 Se Publilio aspetta l'equinozio, come tu mi scrivi aver detto Aledio, mostra di doversi mettere in mare [5]; chè a me avea detto per la Sicilia. Or vorrei sapere se egli vada, e quando.

7 E vorrei anche che tu, con tuo comodo, vadi a trovar Lentulo il fanciullo [6] quandochessia, ed a lui degli schiavi assegni quelli che a te parrà meglio. Pilia e Attica saluterai.

DXLVII. (Ad Att. XII, 29)

Argomento. 1 Prega che gli scriva dell'affare di Silio; 2 spiega perchè non ami allora di abboccarsi con Bruto; 3 prega che sbrighi la faccenda degli orti.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Mart. exeunte.

CICERO ATTICO S.

1 Silius, ut scribis, hodie [1]. Cras igitur, vel potius quum poteris, scribes, si quid erit, quum videris.

2 Nec ego Brutum [2] vito, nec tamen ab eo levationem ullam exspecto; sed erant causae, cur hoc tempore istic esse nollem; quae si manebunt, quaerenda erit excusatio ad Brutum; et, ut nunc est, mansurae videntur.

3 De hortis, quaeso, explica. Caput [3] illud est, quod scis. Sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam opus sit [4]. Nec enim esse in turba possum, nec a vobis abesse. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. Et de hac re quid tui consilii sit, mihi persuasum est, et eo magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio et Balbo valde diligi. Cum iis communices, quanto opere, et quare velim hortos; sed id ita [5] posse, si expediatur illud Faberianum [6]; sintne igitur auctores [7] futuri, si qua etiam iactura facienda sit in repraesentando. Quoad possunt, adducito [8]; totum enim illud desperatum. Denique intelliges, ecquid inclinent ad hoc meum consilium adiuvandum. Si quid erit, magnum est adiumentum; sin minus, quacumque ratione contendamus. Vetus illud

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sul fine di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Dunque oggi sarai con Silio; e domani (o meglio quando potrai) avrò tue lettere, se vedutolo n'avrai che scrivere.

2 Io nè mi cesso da Bruto, nè però m'aspetto da lui nulla di conforto. Certo ci ha di buone ragioni che mi sconfortano da essere al presente in Roma. Durando queste, bisognerà trovare scusa da fare a Bruto; e, a quel che mi dà lo stato delle cose, mostra che voglian durare.

3 Quanto agli orti, cavane di grazia le mani. Il principal punto è quello che sai; e dopo questo, che anche io ho un cotal mio bisogno: chè nè posso star fra la gente, nè dilungarmi da voi. A questo mio consiglio non veggo nulla che sia più il caso di questo luogo. E circa questo affare son io ben sicuro del tuo consiglio; e tanto più perchè comprendo che tu se' meco del medesimo sentimento, esser io forte amato da Oppio e da Balbo. Tu dunque loro comunica la voglia che io ho, e perchè, d'avere quegli orti; e la cosa non potermi venir fatta se non conchiuso l'affar di Faberio [1]. Vedi dunque se eglino sieno per darci mano; ed anche, caso che nel numerar del danaro bisognasse aver qualche scapito, fino a quanto si possano condurre: da che non c'è speranza d'avere tutta la somma. Da ultimo vedrai di ritrarre, se egli sieno punto vôlti a darmi la mano. Se vedrai che qualcosa, tanto meglio; se no, ad ogni patto la voglio sgarare.

ἐγγήραμα [9], quemadmodum scripsisti, vel ἐντάφιον [10] putato. De illo Ostiensi [11] nihil est cogitandum. Si hoc non assequimur (a Lamia [12] non puto posse), Damasippi experiendum est [13].

DXLVIII. (Ad Att. XII, 29)

Argumentum. De Silii hortis et mancipiis Castricianis.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio exeunte.

CICERO ATTICO S.

Quaero, quid ad te scribam; sed nihil est. Eadem quotidie. Quod Lentulum [1] invisis, valde gratum. Pueros attribue ei quot, et quos videbitur. De Silii voluntate vendendi, et de eo [2] quanti, tu vereri videris, primum ne nolit, deinde ne tanti. Sica aliter; sed tibi assentior. Quare, ut ei placuit, scripsi ad Egnatium [3]. Quod Silius te cum Clodio [4] loqui vult, potes id mea voluntate facere; commodiusque est, quam, quod ille a me petit, me ipsum scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis [5], commodissimum esse credo, transigere Egnatium: quod scribis, te ita futurum putare. Cum Ovia [6], quaeso, vide ut conficiatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura exspecto.

Quel tuo antico *riposo della vecchiezza sarà* (fa tuo conto) *del morto* [2]. Di quel fondo di Ostia non è pur da pensarvi. Se non possiamo aver questo (da Lamia non ispero aver nulla), tenteremo con Damasippo.

DXLVIII. (Ad Att. XII, 29)

Argomento. Degli orti di Silio e degli schiavi di Castricio.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sul fine di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

Cerca, fruga; non trovo che scrivere. Siamo ogni dì alle medesime. Ho caro che tu visiti Lentulo; assegnagli que' servi, e quanti ti parrà bene. Circa la voglia che abbia Silio di vendere, e il quanto del prezzo, mostra che tu tema prima che egli non voglia; poi, che non per tanto. Sica la sente altramenti: ma io mi sto con te; di che io scrissi ad Egnazio, secondo il piacer suo. Poichè Silio vuol che tu ne parli a Clodio, e tu puoi farlo, volente me; e ciò tornerà meglio che lo scrivere io stesso a Clodio, come egli mi vi conforta. Circa gli schiavi di Castricio, che Egnazio stringa il contratto, lo credo il meglio del mondo; e tu medesimo ne giudichi come me. Con Ovia, vedi, ti prego, di spraticarmela. Da che, come scrivi, scrivesti di notte la lettera, quella di oggi dovrebb' essere più lunga.

DXLIX. (Ad Att. XII, 31)

Argumentum. De Drusi hortis fano Tulliae extruendo emendis.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Mart. exeunte.

CICERO ATTICO S.

Silium mutasse sententiam Sica mirabatur. Equidem magis miror, quod, quum in filium causam conferret, quae mihi non iniusta [1] videtur (habet enim qualem vult); ais te putare, si addiderimus aliud [2], a quo refugiat, quum ab ipso id fuerit destinatum, venditurum. Quaeris a me, quod summum pretium constituam, et quantum [3] anteire istos hortos Drusi: accessi numquam. Coponianam villam et veterem, et non magnam novi; silvam nobilem, fructum autem neutrius: quod tamen puto nos scire oportere. Sed mihi utrivis istorum tempore magis meo [4], quam ratione aestimandi sunt. Possim autem assequi, necne, tu velim cogites. Si enim Faberianum [5] venderem, explicare vel repraesentatione non dubitarem de Silianis [6], si modo adduceretur, ut venderet; si venales non haberet, transirem ad Drusum, vel tanti [7], quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno etiam adiumento nobis Hermogenes [8] potest esse in repraesentando At tu concede mihi, quae-

DXLIX. (Ad Att. XII, 31)

Argomento. Dell'acquisto degli orti di Druso per collocarvi il monumento di Tullia.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sul fine di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

Sica fa le maraviglie che Silio siasi mutato. In fede mia io mi maraviglio più, che (avendo lui la ragion di ciò voltata sopra il figliuolo; e non mi pare ingiusta, avendolo secondo il suo desiderio) tu mi dica di credere che laddove noi ne comperassimo un altro che non è di sua soddisfazione, egli cel venderebbe, avendo fermato l'animo di così fare. Tu vuoi sapere il maggior prezzo che io abbia deliberato di dare, e quanto creda questi orti valer più di quelli di Druso. Io non fui mai a vederli. La casa Coponiana so esser e vecchia e non grande; bel bosco; di nessuna rendita nè l'uno nè l'altro: e tuttavia mi par necessario saperlo. Ma, sia all'uno, sia all'altro, io debbo porre il prezzo; meglio secondo il presente mio bisogno, che secondo ragione. Ora se io mi vi possa mettere o no, pensavi tu. Imperocchè vendendo io il podere di Faberio, mi terrei certo di spacciarmi nella compera di quel di Silio, eziandio pagando alla mano: sì veramente che egli si lasciasse ire a vendere; non volendo, ed io passerei a Druso, stessemi anche tanto, quanto Egnazio ti disse che egli voleva. Anche nel pagamento in contanti ci può assai dar mano Ermogene. E tu

so, ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat: et tamen servio ita cupiditati et dolori meo, ut a te regi velim. Egnatius mihi scripsit. Is si quid tecum locutus erit (commodissime enim per eum agi potest), ad me scribe; et id agendum puto. Nam cum Silio non video confici posse. Piliae et Atticae salutem. Haec ad te mea manu. Vide, quaeso, quid agendum sit.

DL.

(Ad Att. XII, 32)

Argumentum. 1 De congressu cum Publilia eiusque matre et fratre vitando; 2 de pecunia Ciceronis filio peregrinationis causa attribuenda.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Mart. exeunte.

CICERO ATTICO S.

1 Publilia [1] ad me scripsit, matrem suam cum Publilio [2] ad me venturam; et se una, si ego paterer: orat multis et supplicibus verbis, ut liceat, et ut sibi rescribam. Res quam molesta sit, vides. Rescripsi, me etiam gravius esse affectum, quam tum, quum illi dixissem, me solum esse velle: quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. Putabam, si nihil rescripsissem, illam cum matre venturam: nunc non puto. Apparebat enim, illas literas non esse ipsius [3]. Illud autem, quod

lasciami (te ne prego) in quella disposizione che dee essere uno il quale ha voglia di comperare. Tuttavia io non mi lascio tanto menare alla mia voglia e al dolore, che io ricusi di essere governato da te. Egnazio m'ha scritto; il quale se nulla ti dirà (ed egli avrebbe la mano di Dio in questa pratica), e tu me lo scrivi. Or così credo da fare: da che con Silio non veggo avviamento di nulla. Salutami Pilia ed Attica. Tu hai la lettera di mia mano. Pensa bene, di grazia, come abbiamo a condurci.

DL.

(Ad Att. XII, 32)

Argomento. 1 Intorno allo schivare l'incontro di Publilia, della madre e del fratello di lei; 2 del danaro da fissarsi al figliuolo di Cicerone pel suo viaggio.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sul fine di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Mi scrisse Publilia [1], come sua madre avea detto di voler venire con Publilio [2] a me; ed essa con loro, se io ne fossi contento: mi prega con molte parole e calde, che io gliel conceda e che le risponda. Tu vedi fracidume. Risposi che io mi sentiva peggio in tempera d'allora, che a lei avea detto di volere esser solo: onde io non volea che in siffatto tempo ella venisse a me. A non risponderle, io mi tenea certo di vederla qui con la madre; non così al presente: da che si parea chiaro quella lettera non essere scritta da lei. Or io voglio cessare, quello che già m'aspetto, di

fore video, ipsum volo vitare, ne illae [4] ad me veniant. Et una est vitatio, ut ego nolim [5]. Sed necesse est. Te hoc nunc rogo, ut explores, ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate.

2 Ciceroni [6] velim hoc proponas (ita tamen, si tibi non iniquum videbitur), ut sumtus huius peregrinationis (quibus, si Romae esset, domumque conduceret, quod facere cogitabat [7], facile contentus futurus erat) accommodet ad mercedes Argileti et Aventini [8]: et quum ei proposueris, ipse velim reliqua moderere, quemadmodum ex iis mercedibus suppeditemus ei [9], quod opus sit. Praestabo [10], nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messalam, quos Athenis futuros audio, maiores sumtus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur [11]. Itaque velim videas, primum, conductores qui sint, et quanti [12]; deinde, ut sit, qui ad diem solvat; et, quid viatici [13], quid instrumenti satis sit. Iumento certe Athenis nihil opus est. Quibus autem in via utatur, domi sunt plura, quam opus erat: quod etiam tu animadvertis.

DLI.

(Ad Att. XII, 8)

Argumentum. 1 De Ciceronis filii itinere et comite. 2 Quaerit quid Celer retulerit Caesarem cum candidatis egisse.

aver qui quelle donne: e la via di cessarlo è pur una; e questa mi pesa: ma non veggo altro scampo. Adunque io ti prego al presente, che tu mi stii in orecchi, fino a qual giorno possa io rimaner qui, che elle non mi ci colgano. Tu farai con le buone, come tu scrivi.

2 Io vorrei che a Cicerone tu mettessi innanzi questa ragione (sì veramente che tu non la giudichi irragionevole): che egli ragguagli le spese di questo suo star fuori (delle quali sarebbe stato leggermente contento, standosi in Roma, e pigliando ad affitto, come pensava di fare, una casa) con gli affitti di Argileto [3] e di Aventino [4]. Fattagliene poi la proposta, vorrei che tu governassi il resto, del cavare di quegli affitti le spese da dargli per la sua vita. Io gli starò pagatore che nè Bibulo nè Acidino nè Messala [5] (i quali, come intendo, staranno altresì in Atene) non sono per fare maggiori spese di quello che dalle dette pigioni si caverà. Adunque vorrei, la prima cosa, che tu vedessi fittaiuoli che vorremo avere, e quanto d'affitto; appresso, di trovar chi paghi al suo termine; e che spesa che porti il viatico e il corredo. In Atene per fermo non farà bisogno di bestie; pel viaggio poi, in casa n'abbiam d'avanzo; il che tu medesimo hai veduto.

DLI.

(Ad Att. XII, 8)

Argomento. 1 Della partenza e del compagno di Cicerone figliuolo per Atene; 2 domanda quali notizie abbia Celere dato dell'operato da Cesare coi candidati.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Martio.

CICERO ATTICO S.

1 De Cicerone multis res placet [1]: comes est idoneus. Sed de prima pensione [2] ante videamus. Adest enim dies, et ille currit.

2 Scribe, quaeso, quid referat Celer egisse Caesarem cum candidatis, utrum ipse in Foenicularium, an in Martium campum [3] cogitet. Et sane scire velim, numquid necesse sit comitiis esse Romae. Nam et Piliae satisfaciendum [4] est, et utique Atticae.

DLII.

(Ad Att. XII, 33)

Argumentum. De hortis Transtiberinis emendis, et de valitudine Atticae.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

CICERO ATTICO S.

Ego, ut heri ad te scripsi [1], si et Silius is fuerit, quem tu putas, nec Drusus facilem se praebuerit, Damasippum [2] velim aggrediare. Is, opinor, ita partes fecit in ripa [3] nescio quotenorum iugerum, ut certa pretia constitueret; quae mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me solicitat Atticae no-

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S. [1]

1 Circa Cicerone, la cosa ha molti che l'approvano [2]: il compagno è ben a proposito. Ma innanzi tratto è da vedere della prima pensione [3]: da che il termine è sullo scocco, e 'l cotale va per la posta [4].

2 Fammi sapere, di grazia, quello che Celere ci conti aver fatto Cesare co' candidati; e se egli sia vôlto meglio al campo Feniculario, od al Marzio [5]. E vorrei ben sapere se pe' comizii a me bisogni essere in Roma: imperocchè io debbo servire Pilia, e sì anche Attica.

DLII. (Ad Att. XII, 33)

Argomento. Della compera degli orti al di là del Tevere, e della salute cagionevole di Attica.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

Secondo che ieri t'ho scritto, se tu trovi Silio qual te lo aspetti, e se Druso ti riesce duretto, fa di investir Damasippo. Egli ha fatto, in una riva [1] di non so quanti giugeri, alcuni compartimenti, ed a ciascun posto suo prezzo, che io non conosco. Mi scriverai dunque ogni cosa che tu abbi fatto. Forte mi tribola la malsanía della nostra Attica; ed anche non vorrei

strae valitudo: ut verear etiam, ne qua culpa sit. Sed et paedagogi 4 probitas, et medici assiduitas, et tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari vetat. Cura igitur. Plura enim non possum.

DLIII. (Ad Div. IX, 13)

Argumentum. Rogat, ut Suberino et Planio reditum in patriam a Caesare impetret, eosque ita excusat, ut ostendat, casu quodam et necessitate coactos Pompeii partes in Hispania secutos esse.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

CICERO DOLABELLAE S.

Caius Suberinus Calenus et meus est familiaris, et Leptae [1] nostri familiarissimi pernecessarius. Is quum vitandi belli [2] causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone [3] ante bellum, ut in ea provincia esset, in qua nemo nostrum, post Afranium superatum, bellum ullum fore putarat, incidit in ea ipsa mala, quae summo studio vitaverat. Oppressus est enim bello repentino: quod bellum commotum a Scapula [4], ita postea confirmatum est a Pompeio [5], ut nulla ratione [6] se ab illa miseria eripere posset. Eadem causa fere est M. Planii Heredis, qui est item Calenus [7], Leptae nostri familiarissimus. Hosce igitur ambos [8]

che ci sia intervenuto qualcosa di colpa: sebbene d'altra parte la lealtà del pedagogo [2], e l'assiduità del medico, e la diligenza di tutta la famiglia per ogni verso non me ne lasciano pigliar sospetto. Adunque abbile l'occhio: non posso più avanti.

DLIII.

(A Div. IX, 13)

Argomento. Prega Dolabella che ottenga da Cesare il ritorno di Suberino e Planio, de' quali prendendo le difese, fa osservare che si trovarono avvolti col partito di Pompeo nella Spagna più per fatalità, che per colpa loro.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE A DOLABELLA S.

Caio Suberino di Cale [1] ed è mio amico, ed intrinseco di Lepta [2] mio amicissimo. Costui, a cagion di cessare la guerra, essendosi, prima che si venisse alle armi, condotto con M. Varrone in Ispagna [3], per essere in così fatta provincia nella quale nessun di noi, dopo la rotta di Afranio, sospettava dover essere guerra, s'abbattè in que' guai medesimi da' quali egli era con sommo studio fuggito. Imperocchè ei fu quivi côlto da una guerra repentina; la quale avendo Scapula [4] suscitata, fu poi da Pompeo ribadita per modo, che non ci fu via nè verso da poter sottrarsi a quella calamità. Una condizion medesima sottosopra fu quella di M. Planio Erede, altresì di Cale, amicissimo del nostro Lepta. Adunque ambedue costoro io ti racco-

tibi sic commendo, ut maiore cura, studio, solicitudine animi commendare non possim. Volo ipsorum causa; meque in eo vehementer et amicitia movet, et humanitas. Lepta vero quum ita laboret, ut eius fortunae videantur in discrimen venire, non possum ego non aut proxime atque ille [9], aut etiam aeque laborare. Quapropter, etsi saepe expertus sum, quantum me amares [10]: tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maxime iudicaturum. Peto igitur a te, vel, si pateris [11], oro, ut homines miseros, et fortuna (quam vitare nemo potest) magis, quam culpa calamitosos, conserves incolumes: velisque per te, me hoc muneris, quum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, quocum mihi magna necessitudo est, tum Leptae, quem omnibus [12] antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. Res familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris [13]. Quapropter quando [14] his Caesar vitam sua liberalitate concessit, nec est, quod iis praeterea magnopere possit adimi: reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. In quo nihil est, praeter viam longam: quam iccirco non fugiunt, ut et vivant cum suis, et moriantur domi. Quod ut enitare contendasque, vel potius ut perficias (posse enim te, mihi persuasi), vehementer [15] te etiam atque etiam rogo.

mando con la cura, ardore e pena maggiore che io possa fare. Eglino mi son forte a cuore; ed a ciò mi muove, quanto esser possa, sì l'amicizia e sì la compassione. Quanto poi a Lepta, conciossiachè egli sia in termine che le sue fortune mostrano pericolare, io non posso non darmene travaglio il maggior dopo il suo, o anche non minore del suo. Per la qual cosa, sebbene a molte prove ho conosciuto quanto mi amassi, tuttavia tu dei esser sicuro che a questo io ne dovrò esser singolarmente chiarito. Ti domando adunque, ovvero (se mel concedi) ti prego, che a questi poveretti, e più per colpa della fortuna (da cui nessun può campare) che per loro peccato, isventurati, tu voglia mantenere lo stato, e sii contento che io possa per te fare cotanto bene sì ad essi miei amici, e sì al municipio di Cale, del qual io son grande amico, e sì a Lepta, che io ho di tutti carissimo. Io vorrei dirti una cosa la quale non fa troppo al caso; tuttavia a dirla non sarà male. Di questi due l'uno ha stato molto meschino; l'altro appena rasenta quello di cavaliere [5]. Per la qual cosa, da che Cesare per sua benignità ha donata loro la vita [6], nè resta gran fatto altro che loro possa esser tolto, se è vero che tu tanto mi ami quanto fai, impetrami loro il ritorno; il quale non porterà loro altro che assai delle miglia: e queste non pesano loro per questo, che e' possano viver co' suoi, e in casa loro morire. A questo ti metti a tutt'uomo, e ci adopera ogni sforzo, te ne prego con tutto l'ardore, o piuttosto dammi la cosa fatta; da che io mi tengo certo che tu puoi farlo.

DLIV. (Ad Div. XIII, 15)

Argumentum. Praecilium adolescentem, patre natum Caesaris amicissimo, commendat.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

M. T. CICERO C. CAESARI IMP. S. P. D.

Praecilium tibi commendo unice [1], tui necessarii, mei familiarissimi, viri optimi filium; quem quum adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum et amorem erga me singularem, mirifice diligo; tum patrem eius, re doctus [2], intellexi, et didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est [de illis [3]] maxime, qui irridere atque obiurgare me solitus est, quod me non tecum, praesertim quum abs te honorificentissime invitarer, coniungerem [4].

Ἀλλ' ἐμὸν οὔ ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν,
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα [5].

Audiebam enim nostros proceres [6] clamitantes:

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ.

Sed tamen iidem [7] me consolantur, et iam hominem perustum etiamnum gloria [8] volunt incendere, atque ita loquuntur:

DLIV. (A Div. XIII, 15)

Argomento. Raccomanda il giovine Precilio, figliuolo di padre amicissimo di Cesare.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE A C. CESARE [1] IMP S.

Con quanto ho d'affetto ti raccomando Precilio, figliuolo di quella perla d'uomo, tuo amico e mio intrinsichissimo; il qual giovane io amo quanto posso per la sua modestia, gentilezza, ed affetto di cuor singolare verso di me; come anche il padre di lui, il quale ho provato e sperimentato per opera sempremai tutto mio. Ecco: questi è colui che sopra tutti fu solito farsi beffe di me e mordermi, perchè io non mi fossi congiunto teco, massime avendone avuto da te orrevolissimi inviti. *Ma egli non mi ci ha mai potuto condurre* [2]*; come una cotal nuvola nera mi ricoperse;* perchè io mi sentia da' miei maggiorenti gridar dietro: *Statti forte, se vuoi da que' che verranno aver lode.* E tuttavia essi medesimi mi riconfortano; ed essend'io già mezzo logoro, vogliono tuttavia accendermi alla

> Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
> Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Sed minus [9] iam movent, ut vides. Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Εὐριπίδου:

> Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Quem versum senex Praecilius laudat egregie, et ait: posse eumdem et ἅμα πρόσσω, καὶ ὀπίσσω videre, et tamen nihilominus

> Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Sed, ut redeam ad id, unde coepi: vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quae est singularis, comprehenderis; et ad id, quod ipsorum Praeciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meae [10]. Genere novo [11] sum literarum ad te usus, ut intelligeres, non vulgarem esse commendationem.

DLV. (Ad Div. XIII, 16)

Argumentum. Apollonium, P. Crassi libertum, Caesari in Hispania contra Pompeii filios bellum gerenti, commendat.

gloria, dicendomi: *Ch' io non voglia standomi indarno e senza fama morire, ma con qualche gran fatto, da esser conto a' sopravvegnenti* [3]. Ma poco mi fanno oggimai, siccome tu vedi. Onde io dalle sbardellate ciance d'Omero mi rivolgo a' veri precetti di Euripide: *Io odio un sapiente che non è savio per sè;* il qual verso è dal vecchio Precilio levato in cielo, e soggiugne: Poter quest'uomo medesimo aver l'occhio *alle cose passate ed alle avvenire,* e tuttavia *operar sempre gloriosamente, e tutti gli altri lasciarsi addietro* [4]. Ma per rifarmi là onde mi son dipartito, tu mi farai il maggior piacere del mondo, facendo vezzi a questo giovane con la singolar tua gentilezza; e se alla inclinazione che tu hai di favorire questi Precilii per loro medesimi, vorrai apporre il colmo della raccomandazion mia. Io t'ho scritto una lettera di nuovo conio per farti conoscere che questa raccomandazione non è punto delle comuni.

DLV. (A Div. XIII, 16)

Argomento. Raccomanda a Cesare, che guerreggiava in Ispagna contro i figliuoli di Pompeo, Apollonio liberto di P. Crasso.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

M. T. CICERO C. CAESARI IMP. S. P. D.

P. Crassum [1] ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum: et de eo, quum ab ineunte eius aetate bene speravissem, tum per me [2] existimare coepi, iis iudiciis, quae de eo feceram, cognitis [3]. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, quum ille viveret, et magni faciebam et probabam. Erat enim et studiosus Crassi, et ad eius optima studia vehementer aptus. Itaque ab eo admodum diligebatur. Post mortem autem Crassi [4], eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod [5] eos a se observandos et colendos putabat, quos ille dilexisset, et quibus carus fuisset. Itaque et ad me in Ciliciam [6] venit, multisque in rebus mihi magno usui fuit et fides eius, et prudentia; et, ut opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio et fidelitate consequi potuit, non defuit. Quod quum speraret, te quoque ita existimare, in Hispaniam ad te, maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me auctore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus, non quin eam valituram apud te arbitrarer; sed neque mihi egere commendatione videbatur, qui et in bello tecum fuisset, et propter memoriam Crassi de

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE A C. CESARE IMP. S.

Io amai assaissimo, infra tutti i nobili giovanetti, P. Crasso [1]. E conciossiachè da' primi suoi anni io avessi preso buona speranza di lui, troppo più altamente ho cominciato a pregiarlo, per aver trovato vero il giudizio che io avea fatto di lui. Il costui liberto Apollonio io bene stimava e lodava fin d'allora che vivea il vecchio: imperocchè ed era affezionato a Crasso, e tutto fatto a' suoi nobilissimi studi; di che egli fortemente l'amava. Ora dopo la morte di Crasso egli m'è paruto per ciò più degno del mio favore e amicizia, che egli credette dover osservare e coltivar tutti quelli che egli avea amato, ed a cui stato caro. Adunque e venne a me in Cilicia, ed io ho preso in molte cose assai buon servigio della sua lealtà e prudenza; e penso altresì che nella guerra Alessandrina [2], in ogni cosa che egli potè, non venne a te meno della sua fedeltà ed affezione. Ora sperando egli che tu medesimo portassi questa opinione di lui, venne a te nella Spagna, precipuamente per deliberazione presa da sè, ma eziandio da me confortatovi. Io non gli volli promettere di raccomandarloti: non già che io credessi che ella appo te non dovesse valere; ma, prima, egli non mi pareva aver bisogno di raccomandazione, sì per essere lui stato con te nella guerra, e sì per essere per onore di Crasso uno de' tuoi; l'altro, volendo essere

tuis unus esset; et si uti commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium mei [7] de eo iudicii, quod et ipse magni aestimabat, et ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognovi, et studiis optimis deditum, idque a puero. Nam domi meae cum Diodoto Stoico, homine, meo iudicio, eruditissimo, multum a puero fuit. Nunc autem, incensus studio rerum tuarum, eas literis Graecis mandare cupit [8]. Posse arbitror: valet ingenio: habet usum: iam pridem in eo genere studii literarumque versatur: satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis meae testimonium; sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. Et tamen, quod negaveram, commendo tibi eum. Quicquid ei commodaveris, erit id [9] maiorem in modum gratum.

DLVI. (Ad Att. XII, 34, 35, pars I)

Argumentum. 1 Scribit se in Sicae suburbanum venturum; 2 de Silii hortis.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

CICERO ATTICO S.

1 Ego hic vel sine Sica [1] (Tironi enim melius est) facillime possem esse, ut in malis: sed,

raccomandato, egli avea da chi esserlo molti altri. Ed ecco testimonianza che io rendo volentieri del giudizio da me fatto di lui; il quale ed egli stimava assai, ed io avea sperimentato che tu ne facevi ben conto. Io dunque l'ho per uom dotto e dedito a' migliori studi, e ciò fin da piccolo (imperocchè egli fu assai in casa mia da fanciullo con Diodoto stoico, uomo, a mio parere, eruditissimo): ora, poi, egli è acceso d'amore de' fatti tuoi, e vorrebbe pubblicargli in greco; ed io lo credo da ciò: chè ha grande ingegno ed esercizio, ed assai impratichito, è un pezzo, in quella fatta di lettere e studio, e si muor di voglia di consecrare all'immortalità le tue lodi. Tu hai ora il fermo di quello che io penso; se non che tu, per la tua saviezza, ne farai giudizio troppo più agevolmente: tuttavia, contro quel ch'io avea proposto di non voler fare, tel raccomando. Checchè di bene tu faccia a lui, a me farai piacere il maggiore del mondo.

DLVI. (Ad Att. XII, 34, 35, parte I)

Argomento. 1 Scrive di essere in procinto di recarsi alla villa suburbana di Sica; 2 degli orti di Silio.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io mi starei qui assai bene, eziandio senza di Sica (da che Tirone sta meglio); dico secondo stato mi-

quum scribas, videndum mihi esse ne opprimar [2]; ex quo intelligam, te certum diem illius profectionis non habere: putavi esse commodius, me istuc venire; quod idem video tibi placere. Cras igitur in Sicae suburbano: inde, quemadmodum suades, puto me in Ficulensi [3] fore. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus. Tuam quidem et in agendis nostris rebus, et in consiliis ineundis mihique dandis, in ipsis literis [4], quas mittis, benivolentiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo.

2 Tu tamen [5], si quid cum Silio [6], vel illo ipso die, quo ad Sicam venturus ero, certiorem me velim facias, et maxime, cuius loci detractionem [7] fieri velit. Quod enim scribis, *extremi* [8]; vide, ne is ipse locus sit, cuius causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hirtii epistolam [9] tibi misi et recentem, et benivole scriptam.

DLVII. (Ad Div. IV, 5)

Argumentum. 1, 2, 3, 4 Servius Sulpicius Achaiae praefectus, audita Tulliae Ciceronis filiae morte (quae mense Februario huius anni post partum decesserat), moerentem patrem consolatur.

sero. Ma, scrivendomi tu che io ho a prendermi guardia di non esser carpito (e vuol dire che tu non sai il giorno proprio del costei partire), mi parve più a proposito di condurmi costà: e questo medesimo veggo che piace anche a te. Domani adunque nella villa suburbana di Sica [1]; e di là, come mi vi conforti, credo essere nel Ficolese [2]. Delle cose che mi scrivi, venendo io medesimo, tratteremo di presenza. Ma tu colla benevolenza, diligenza, saggezza che mi dimostri nelle pratiche che fai per me, ne' consigli che prendi e che mi dai, nelle stesse lettere che tu mi scrivi, mi fai crescere il cuor due palmi.

2 Tu però se hai conchiuso nulla con Silio, vorrei che me ne avvisassi, quando ben fosse quel medesimo giorno che conto di andare da Sica, e massimamente qual sia il fondo che intende di escludere dalla vendita. Perchè quel che scrivi *l'ultimo*, guarda bene che non sia quel fondo istesso per il quale appunto noi abbiamo pensato a fare l'intero negozio. Ti mando la lettera d'Irzio scritta di fresco e piena di benevolenza.

DLVII.

(A Div. IV, 5)

Argomento. 1, 2, 3, 4 Servio Sulpicio, prefetto dell'Acaia, avuta notizia della morte di Tullia figliuola di Cicerone (la quale era mancata ai vivi in febbraio in quest'anno, di parto), si adopera per consolare l'afflitto padre.

Scr. Athenis A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

SER. SVLPICIVS [1] M. T. CICERONI S. D.

1 Postea quam mihi renuntiatum [2] est de obitu Tulliae, filiae tuae, sane quam pro eo, ac debui, graviter molesteque tuli, communemque eam calamitatem existimavi. Qui, si istic affuissem, neque tibi defuissem, coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum [3] atque acerbum est; propterea quia, per quos ea confieri [4] debet, propinquos ac familiares, ipsi [5] pari molestia afficiuntur, neque sine lacrymis multis id conari possunt [6]; ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quam aliis posse suum officium praestare: tamen, quae in praesentia in mentem mihi venerunt [7], decrevi brevi ad te perscribere: non quo ea te fugere existimem [8]; sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias.

2 Quid est, quod tanto opere [9] te commoveat tuus dolor intestinus? Cogita, quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent; patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus [10] animus callere

Scritta da Atene l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

SER. SULPICIO A M. T. CICERONE S.

1 La novella recatami della morte di Tullia [1] figliuola tua, in fede mia, m'ha trafitto, secondo che dovea, d'acuto dolore, come ferita che io ho ricevuta con esso te. Or se io fossi stato costì, e non ti sarei fallito, e di presenza mostratoti il mio dolore. Quantunque assai misere e acerbe sono le sì fatte consolazioni: conciossiachè que' medesimi a' quali s'appartiene di darle (ciò sono parenti ed amici) sono anch'essi nella medesima nave, e non possono, senza molte lagrime, farsi forza per questo; di che mostra aver essi maggior bisogno d'essere consolati, che poter altrui prestare l'ufizio loro. Nondimeno mi son risoluto di scriverti brevemente [2] quelle cose che in questo termine mi sono occorse alla mente: non già che io credessi che tu non le avessi a sapere, ma perchè forse dal dolore impedito, tu non ci hai così posto mente.

2 Dimmi, come potè scuoterti sì fieramente il tuo affanno di cuore? Pensa come fino a qui malmenati fummo dalla fortuna, avendoci tolte quelle cose che uomo dee non meno aver care de' figliuoli: la patria, il lustro, la dignità, tutti gli onori. Dopo sola quella sciagura, che luogo potea anco restare al dolore? e quale animo abituato a così fatti mali non dee aver oggimai fatto callo, e tutt'altre cose non re-

iam debet, atque omnia minoris aestimare? An illius vicem, credo, doles? [11] Quoties in eam cogitationem necesse est et tu veneris [12], et nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare posset? quae res? quae spes? quod animi solatium? Vt cum aliquo adolescente [13] primario coniuncta aetatem gereret? [14] Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuventute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto [15] committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret [16], quos quum florentes videret, laetaretur? qui rem a parente traditam per se tenere possent? honores ordinatim petituri essent in re publica? in amicorum negotiis libertate [17] sua uterentur? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum esset [18], ademtum sit? At vero malum est liberos amittere. — Malum: nisi peius [19]. sit, haec sufferre et perpeti.

3 Quae res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex Asia rediens, quum ab Aegina Megaram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Aegina; ante Megara; dextra Piraeeus; sinistra Corinthus: quae oppida quodam tempore florentis-

putare da meno? Ma forse, credo, tu ti compiagni della colei morte. Oh quante volte hai dovuto tu fare, come è intervenuto a me medesimo spesso, questa ragione! cioè, questo tempo esser tale, che non ebbero pessimo conto coloro i quali poterono senza dolore mutar con la morte la vita. Or che ebbe colei tanto di bene da dover troppo allettarla ad amare la vita? che cosa? che speranza? che consolazione dell'animo? Forse per aver a passar la sua età maritata a qualche giovane di primo grado? [3] (Appunto! tu puoi [ben credo] eleggerti, della gioventù d'oggidì, un genero da tuo pari: alla cui fede tu credessi poter securamente commettere i tuoi figliuoli). Forse per partorir essa figliuoli de' quali (veggendoli in fiore) dovesse essere consolata? i quali potessero per sè mantenere le sostanze lasciate lor dal padre? i quali aspirassero agli onori, l'un dopo l'altro nella Repubblica? e che nelle bisogne degli amici avessero a dimostrarsi magnifichi? Or di tutte queste cose qual è quella che non ci sia stata prima tolta che data? Ma tu dirai: Qual dolore è a perdere i figliuoli! — Vero, se non fosse troppo maggiore il dover tollerare e patire i mali presenti.

3 Una cosa ti vo' ricordare, che diede a me non mediocre consolazione, se forse ella potesse alleviar la tua pena. Navigando io, nel mio ritorno dall'Asia, dall'Egina verso Megara, mi son messo a notare con gli occhi i paesi attorno di qua e di là. Io avea dalle spalle Egina 4, di fronte Megara; da destra il Pireo, da manca Corinto; città che furono già fiorentissime,

sima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos iacent. Coepi egomet mecum sic cogitare: Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, quum uno loco tot oppidum [20] cadavera proiecta iaceant? Visne tu te, Servi, cohibere, et meminisse, hominem te esse natum? Crede mihi: cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo uno tempore tot viri clarissimi [21] interierunt; de imperio praeterea tanta deminutio facta est; omnes provinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae animula si iactura facta est, tanto opere commoveris? quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat.

4 Etiam tu ab hisce rebus [22] animum ac cogitationem tuam avoca, atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt: illam, quamdiu ei opus fuerit, vixisse; una cum re publica fuisse [23]; te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem vidisse; adolescentibus primariis nuptam fuisse; omnibus bonis prope perfunctam esse; quum res publica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine [24] queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueris [25] prae-

ora sono rovine e catapecchie a vedere. Cominciai far meco questa ragione: Togli qua: noi omiciattoli ci sdegnamo perchè di noi alcuno sia morto od ucciso, che pur ci siamo per poco; quando di tante città giacciono in un luogo solo i cadaveri stesi per terra, vorrai tu, Servio, restringere le tue voglie, e ricordarti che tu se' nato uomo? Questo pensiero, vo' che mi creda, mi riebbe non poco. Questo medesimo vorre' io (se ti par bene) che tu ti recassi alla mente. Testè in un medesimo tempo morirono tanti chiarissimi personaggi; oltre a ciò, egli è avvenuto nell' impero uno scemo sì grande; tutte le provincie rimasero scrollate: e tu della perdita della viterella di sola una femminetta ti lasci turbare sì fattamente; la quale, eziandio se al presente non fosse morta, certo sarebbe pochi anni appresso, essendo nata uomo.

4 Distógli l'animo e 'l pensiero da sì fatte cose [5], e quelle richiámati piuttosto in memoria che sieno da un tuo pari: che la figliuola visse un tempo ragionevole, nel tempo della Repubblica; che vide suo padre pretore, console, augure; che fu moglie de' più orrevoli giovani, e goduto per poco di ogni prosperità, e morta con la stessa Repubblica. Dimmi, di che potete voi, o tu o ella, dolervi per questo conto della fortuna? Da ultimo, non voler dimenticarti che tu se' Cicerone, quel desso che solevi altrui dar precetti e

cipere et dare consilium: neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt; sed potius, quae aliis tute [26] praecipere soles, ea tute tibi subiice, atque apud animum propone. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te exspectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere [27]. Quod si quis etiam inferis sensus est [28]; qui illius in te amor fuit, pietasque in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae; da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore moerent; da patriae, ut, si qua in re opus sit, opera et consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit: noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. Quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem adipisci [29]: fac aliquando intelligamus, adversam quoque te aeque posse ferre, neque id maius, quam debeat, tibi onus videri; ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deesse. Quod ad me attinet, quum te tranquilliorem animo esse cognoro [30], de

consigli; e non imitare i cattivi medici, i quali nelle altrui malattie si professano dottorati in medicina, e non sanno curar se medesimi; ma tu stesso que' ordinamenti che tu se' solito dare agli altri, tu stesso porgili a te medesimo, e rappresentali alla tua mente. Non è dolor così forte che la lunghezza del tempo non diminuisca e non mitighi: or sarebbe una vergogna a te l'aspettare sì fatto tempo, e non prevenirlo con la tua sapienza. Ma se appo la morte rimane alcun sentimento [6], il colei amore verso di te, la pietà verso i suoi tutti, fa che al certo le duole quel che tu fai. Deh! consérvati a lei già morta, e agli altri amici e domestici afflitti del tuo dolore; consérvati alla patria, che, bisognando, possa giovarsi della tua opera e del consiglio. Finalmente, da che noi siamo divenuti a tale, che ci bisogna eziandio servire a questo rispetto, non dar cagione a nessuno di sospettare che tu non la figliuola, ma pianga il caso della Repubblica, e le vittorie di chicchessia. Mi vergogno di essere in questo proposito teco più lungo, che non mostrarmi sfiduciato della tua saggezza. Onde messati innanzi sola una cosa, farò fine alla lettera. Noi t'abbiamo alquante volte veduto virtuosamente reggere ridente la fortuna, e acquistatone assai di gloria [7]: fanne oggimai vedere che tu sai altresì reggere la contraria; nè a questo male dar maggior peso che egli si abbia, per non far credere che, con tutte le virtù, questa sola ti manchi. Quanto a me, saputo che tu sii tornato ad

iis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat, certiorem faciam. Vale.

DLVIII. (Ad Div. V, 13)

Argumentum. Consolationi respondet, qua se mire levatum esse fatetur, ut forti animo sit, etsi de republica desperet.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

M. T. CICERO L. LVCCEIO Q. F. S. D.

Quamquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est: declarat enim summam benivolentiam coniunctam pari prudentia [1]: tamen illum fructum ex iis literis vel maximum cepi, quod te praeclare res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. Quam quidem laudem sapientiae statuo esse maximam, non aliunde pendere [2], nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes. Quae cogitatio, quum mihi non omnino excidisset [3] (etenim penitus insederat), vi tamen tempestatum et concursu [4] calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulsa: cui te opitulari et video, et id fecisse etiam proximis literis [5], multumque profecisse sentio. Itaque hoc saepius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror: nihil mihi

animo più tranquillo, ti ragguaglierò di quello che qui si faccia, e dello stato della provincia. A Dio.

DLVIII. (A Div. V, 13)

Argomento. Risponde alla lettera consolatoria di Lucceio, da cui confessa d'aver tratto gran conforto e di sentirsi incoraggiato, benchè disperi della Repubblica.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE A L. LUCCEIO FIGL. DI QUINTO S.

Quantunque d'infinito piacer mi sia stata la consolazione senza più che mi diedero le tue lettere [1], per dimostrarmi che fecero la somma tua benvoglienza congiunta ad eguale saggezza; tuttavia anche il frutto delle medesime m'è tornato (ti so dire) grandissimo, avendo conosciuto come tu altamente tien' sotto i piedi le cose umane, e stai contro i colpi della fortuna eccellentemente fornito ed armato. Ora io dico, questo essere il fiore della sapienza: non dipendere da altri che da te stesso; nè dell' esser felice, o misero, aver le ragioni in pendente dalle cose fuori di te. Questo pensiero non m'era in vero caduto affatto dell'animo (chè io avea bene addentro piantato il chiodo); tuttavia per la forza delle tempeste e per l'adunamento delle gragnuole s' era alquanto conquassato e scrollato: ma veggo che tu a ciò mi porgi aiuto, anzi che tu me l'hai porto nella tua ultima lettera, e me ne sento assai riavuto. Per la qual cosa io credo doverti ripetere, e non per accennare, ma dichiarare, che nulla

esse potuisse tuis literis gratius. Ad consolandum autem quum illa valent, quae eleganter copioseque collegisti, tum nihil plus, quam quod firmitudinem gravitatemque animi tui perspexi: quam non imitari turpissimum existimo. Itaque hoc etiam fortiorem me puto, quam te ipsum, praeceptorem fortitudinis; quod tu mihi videre spem nonnullam habere, haec aliquando futura meliora. Casus enim gladiatorii [6], similitudinesque eae, tum rationes in ea disputatione a te collectae, vetabant [7] me rei publicae penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorem te esse, quum aliquid speres [8]: alterum mirum, spe ulla teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non deletum exstinctumque esse fateare? Circumspice omnia membra rei publicae, quae notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum debilitatumve sit. Quae persequerer, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore: quamquam tuis monitis praeceptisque omnis est abiiciendus dolor. Ergo et domestica feremus [9], ut censes; et publica paullo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui praecipis. Te enim spes aliqua consolatur, ut scribis; nos autem erimus etiam in omnium desperatione [10] fortes, ut tu tamen idem et hortaris et praecipis. Das enim mihi iucundas recordationes conscientiae nostrae, rerumque earum, quas, te in primis auctore, ges-

potè essermi più caro delle tue lettere. Ora a dover consolarmi fanno ben quelle cose che tu acconciamente e levandole dal mazzo copiosamente hai raccolte; ma niente più dell' aver io conosciuto la saldezza e gravità dell' animo tuo, la qual a non imitare, troppo mi sarebbe vergogna. Per lo che io mi tengo anche più forte di te, che di fortezza mi sei maestro, per questa ragione, che tu mi pari in qualche speranza del rivolgersi quando che sia in meglio lo stato presente [2]: da che con quello che a' gladiatori [3] interviene, e con quelle tue similitudini, e sì con le ragioni da te raccolte, tu vuoi dirmi ch' io non abbandoni affatto la speranza della Repubblica. Onde di queste due cose è ben maravigliosa questa, che tu sii più forte; ma l' altra è più, che tu ritenga ancora un minuzzolo di speranza. Imperocchè che cosa vedi tu in tal termine, che non debba confessarla rovinata e spenta del tutto? Sguarda pure all' intorno tutte le membra della Repubblica, che ti sono notissime: non ne troverai al certo un solo che non sia fiaccato e rifinito; ed io vorrei notartele per singula, se o io le vedessi meglio di te, o potessi ricordarmene senza dolore: quantunque, a' tuoi ammonimenti e precetti, ogni dolore si vuol gittar via. Adunque ci porteremo, come tu giudichi, i guai di casa, e i pubblici forse, con un po' più fortezza che tu medesimo me ne dai precetto: imperocchè tu sei, come scrivi, consolato di qualche speranza; io mi terrò forte eziandio nella totale disperazione, secondo che tuttavia tu medesimo e mi conforti e mi stringi. Imperocchè tu mi porgi conforto di molto piacere, la memoria di que' fatti che (dandomi tu singolarmente la mano) io adoperai: imperocchè io ho ren-

simus. Praestitimus enim patriae non minus certe, quam debuimus; plus profecto, quam est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatum [11]. Ignosces mihi de me ipso aliquid praedicanti. Quarum enim tu rerum cogitatione nos levare aegritudine [12] voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis et angoribus abducam; transferamque animum ad ea [13], quibus secundae res ornantur, adversae adiuvantur; tecumque et ero tantum, quantum patietur utriusque aetas et valitudo; et, si esse una minus poterimus, quam volumus [14], animorum tamen coniunctione, iisdem studiis ita fruemur, ut numquam non una [15] esse videamur.

DLIX. (Ad Div. VI, 2)

Argumentum. Excusat quod rarius scripserit; Torquatumque, aditu ad urbem nondum impetrato, dolentem consolatur ex spe meliorum temporum, propter quam non sit quod timeat, saltem ex communi omnium conditione, ideoque aequius ferenda.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

M. T. CICERO A. TORQVATO S. D.

Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere, quam solebam; sed aut gravitate

duto alla patria certo non meno del mio dovere, ma più in verità di quello che dell'animo o del consiglio di chicchessia non fu mai richiesto. Mi perdonerai queste lodi che io fo di me stesso: posciachè se tu col farmi pensare di queste cose volesti alleggiare la mia tristezza col rammemorarmele, io me ne sento racconsolato. Adunque, secondo che mi ammonisci, farò il possibile di cavarmi da questi affanni ed angustie 4; e mi recherò ad applicarmi a quelle cose che sono ornamento della lieta fortuna e soccorso della sinistra; e farò sì d'esser teco quanto porti l'età e la salute di ambedue noi; e sì, non potendo essere insieme quanto vorremmo, stando però congiunti di animo, e dilettandoci ne' medesimi studi, sarà un medesimo come essere sempre mai insieme.

DLIX. (A Div. VI, 2)

Argomento. Si scusa con Torquato del raro scrivere, e lo conforta dolente pel divieto fattogli da Cesare di tornare a Roma, colla speranza di migliori tempi, la quale fa sì che non debba temere, o almeno col mostrargli la condizione di tutti, per cui più facilmente egli può tollerare la sua.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE AD A. TORQUATO S.

Non ti lasciar credere, te ne prego, che per essermi scordato di te, più di rado ti scriva del solito; ma o

valitudinis, qua tamen iam paullum videor levari, aut quod absim [1] ab urbe, ut, qui ad te proficiscantur, scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum summa benivolentia tenere, tuasque omnes res [2] non minori mihi curae, quam meas esse. Quod maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non est, pro malis temporum, quod moleste feras. Necesse est enim aut armis urgeri rem publicam sempiternis, aut, his positis, recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt; nec eos, a quibus reciperis [3], vereri debes; nec eos, quos adiuvisti. Si armis aut conditione positis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis [4], civitas respiraverit: et dignitate frui tibi, et fortunis licebit. Sin omnino interierint omnia, fueritque [5] is exitus, quem vir prudentissimus, M. Antonius [6], iam tum timebat, quum tantum instare malorum suspicabatur; misera est illa quidem consolatio, tali praesertim civi et viro, sed tamen necessaria, nihil esse praecipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat [7] universis. Quae vis insit in his paucis verbis [8] (plura enim committenda epistolae non erant), si attendes [9] (quod facis), profecto etiam sine meis literis intelliges, te aliquid habere, quod speres; nihil, quod aut hoc [10], aut aliquo rei publicae statu

per incomodi di salute (nella qual tuttavia mi sembra venire acquistando qualcosa), o per esser fuori di Roma: onde non posso sapere chi venga a te. Per lo che voglio che tu sii certo che io conservo bene memoria di te con grande amore, e che le tue cose non mi sono meno a cuore delle mie proprie. Perchè la tua causa [1] abbia fino a qui avuto altro successo da quello che si desiderava o credeva, non è, credimi (secondo tempo presente), da dartene troppa pena: conciossiachè al tutto non può fallire, o che la Repubblica sia sempre tribolata di guerre, o che, cessate queste, respiri quandochessia, o che al tutto ne venga a niente. Ora, continuando le guerre, tu nulla hai da temere nè da quelli che già ti ricevono, nè quelli a cui dato aiuto. Se, o poste giù l'armi per patteggiamento, o per istracco gittate via, la città respiri, e tu potrai goderti la tua dignità e le fortune: se del tutto n' andremo in fondo, e la cosa riesca a ciò, che quell'uom prudentissimo, Antonio [2], temeva già fin d'allora, quando vedeva in aria quell'orribil procella; misero è veramente questo conforto, massime ad un tuo pari di personaggio e di cittadino, ed è nondimeno il solo che resta: niun dee dolersi in proprio dagli altri per cosa che tocca tutti. Se tu ponga ben mente (e so che lo fai) alla forza che è raccolta in queste poche parole, di certo tu, anche senza mie lettere, hai da sperare qualcosa; niente poi da temere, o nel presente, o in altro stato della Repubblica; caso che andiamo in fon-

timeas; omnia si interierint, quum superstitem te esse rei publicae, ne si liceat quidem, velis, ferendam esse fortunam [11], praesertim quae absit a culpa. Sed haec hactenus. Tu velim scribas ad me, quid agas, et ubi futurus sis: ut, aut quo scribam, aut quo veniam [12], scire possim.

DLX. (Ad Att. XII, 35, extr.)

Argumentum. De fano Tulliae extruendo.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

CICERO ATTICO S.

Antequam a te proxime discessi [1], numquam mihi venit in mentem, quo plus [2] insumtum in monumentum esset, quam nescio quid, quod lege [3] conceditur, tantumdem populo dandum esse: quod non magno opere [4] moveret, nisi, nescio quomodo, ἀλόγως fortasse, nollem illud ullo nomine, nisi fani [5], appellari. Quod si volumus, vereor, ne assequi non possimus, nisi mutato loco [6]. Hoc quale sit, quaeso, considera. Nam etsi minus urgeor, meque ipse propemodum collegi; tamen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

do, tu non vorresti, eziandio se potessi, sopravvivere alla Repubblica: e però essere da aver pazienza, massime non avendoci colpa. Ma basti fin qua. Tu scrivimi quello che tu ti faccia, e dove vuoi essere, acciocchè io possa sapere là dove io ti scriva, o venga io medesimo [3].

DLX. (Ad Att. XII, 35, parte II)

Argomento. Del tempio che pensa di erigere a Tullia.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

Prima del partire ch'io testè feci da te, non m'era venuto mai in mente che quanto più di spesa che fosse fatta nel monumento sopra il conceduto (e quanto, nol so) dalla legge [1], altrettanto era da dare al popolo; la qual cosa non mi moverebbe gran fatto, se non fosse che io, non so come (forse è una mia sciocchezza), io nol vorrei chiamato altro che tempio. Il che volendo io, dubito che non ci venga ottenuto se non cangiando luogo [2]. Or quale? deh! pensaci bene. Imperocchè, quantunque l'angustia è scemata, e sono per essermi riavuto, ho tuttavia bisogno del tuo consiglio. Adunque ti prego col maggior calore più di quello che tu vuoi o patisci d'essere da me pregato, che questo pensiero tu voglia afferrarlo con tutto il cuore.

DLXI. (Ad Att. XII, 36)

Argumentum. 1 Cur in monumento Tulliae sepulcri similitudinem effugere velit, ostendit; 2 Brutum obiurgari vult, quod in Cumano esse noluerit; 3 Cluatium architectum exacui vult.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Aprili.

CICERO ATTICO S.

1 Fanum fieri volo; neque hoc mihi erui [1] potest: sepulcri similitudinem effugere non tam propter poenam legis studeo, quam ut maxime assequar ἀποθέωσιν. Quod poteram, si in ipsa villa [2] facerem: sed, ut saepe locuti sumus, commutationes dominorum reformido. In agro ubicumque fecero, mihi videor assequi posse, ut posteritas habeat religionem. Hae meae tibi ineptiae (fateor enim) ferendae sunt. Non [3] habeo, ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te. Si tibi res, si locus, si institutum [4] placet, lege, quaeso, legem [5], mihique eam mitte. Si quid in mentem veniet, quo modo eam effugere possimus, utemur.

2 Ad Brutum si quid scribes, nisi alienum putabis, obiurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixit [6]. Cogitanti enim mihi, nihil tam videtur potuisse facere rustice.

DLXI. (Ad Att. XII, 36)

Argomento. 1 Manifesta per qual cagione non voglia che il monumento a Tullia si assomigli ad un sepolcro; 2 fa far lagnanze a Bruto perchè non sia venuto alla villa Cumana; 3 ed eccitamenti a Cluazio perchè dia il disegno del tempio.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Un tempio voglio io; e non mi può esser cavato di testa. Una vista di sepolcro io amo di schifare, non tanto per la multa della legge, quanto per venire alla consecrazione, che è il tutto; il che mi veniva fatto, fabbricandolo nella medesima villa: ma, secondo che spesso abbiam ragionato, mi fa gran paura il mutar de' padroni [1]. Facendolo alla campagna, sia qui, sia quivi, mi pare esser sicuro della devozione de' posteri. Queste mie fanciullaggini (che ben lo confesso) voglio che tu le sopporti: io non ho, nè eziandio me medesimo, a chi io mi apra con tanta sicurtà, con quanta fo a te. Se la cosa, se il luogo, se il proponimento ti piace, leggi, di grazia, la legge, e mandalami. Se ci verrà a mano spediente da poterla cansare, lo piglieremo.

2 Se tu scriverai a Bruto, e non ti sembri da non lo fare, dágli una risciacquata del non aver voluto essere nel Cumano per la cagion che ti disse: da che pensando io alla cosa, mi pare che egli non potè operare più villanamente.

3 Et, si tibi placebit sic agere de fano, ut coepimus, velim cohortere et exacuas Cluatium [7]: nam, etiamsi alio loco placebit, illius nobis opera consilioque utendum puto. Tu ad villam [8] fortasse cras.

DLXII. (Ad Att. XII, 37)

Argumentum. 1, 2 De literis Attici et Bruti acceptis; 3 de loco ad fanum Tulliae extruendum deligendo; 4 de Terentiae negotio; 5 de Hirtii literis; 6 de Caninii naufragio; 7 iterum de fano Tulliae.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Maio.

CICERO ATTICO S.

1 A te heri duas epistolas accepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die tabellario [1]; accepique ab Aegypta liberto eodem die, Piliam et Atticam plane belle se habere. Hae literae mihi redditae sunt tertio decimo die [2].

2 Quod mihi Bruti literas [3], gratum. Ad me quoque misit. Eam ipsam ad te epistolam misi, et ad eam exemplum mearum literarum.

3 De fano, si nihil mihi hortorum invenis (qui quidem tibi inveniendi sunt, si me tanti facis, quanti certe facis), valde probo rationem tuam de Tusculano. Quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es; tamen, nisi magnae curae tibi es-

3 Anche se l'opera del tempio, come io l'ho intavolata, ti entra, vorrei che tu vi confortassi e riscaldassi Cluazio: imperocchè, quando eziandio ne piacesse un altro luogo, credo che vi farà luogo l'opera ed il consiglio di lui. Tu domani forse alla villa [2].

DLXII. (Ad Att. XII, 37)

Argomento. 1, 2 Della ricevuta delle lettere di Attico e di Bruto; 3 della scelta del luogo per innalzarvi il monumento a Tullia; 4 dell'affare con Terenzia; 5 della lettera di Irzio; 6 del naufragio di Caninio; 7 ancora del monumento a Tullia.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ebbi da te ieri due lettere: l'una del dì innanzi per mano di Ilaro, l'altra del dì medesimo per la posta. E nel dì medesimo seppi da Egitta liberto, come Pilia ed Attica stavano bene. Queste lettere mi furono consegnate dopo tredici dì.

2 Ben facesti di mandarmi la lettera di Bruto, ed egli scrisse anche a me. Leggi essa sua lettera, e la copia della mia risposta.

3 Quanto al tempio, caso che tu non mi trovi orto (e tu dei trovarmelo, se tanto ti sono a cuore, quanto il sono di fatti), egli è tutto il caso il tuo spediente del Tusculano. Quantunque tu sii tutto occhi, come tu sei, al trovare le cose, tuttavia, se non ti fosse stato assai a

set, ut ego consequerer id, quod magno opere vellem, numquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuisset. Sed, nescio quo pacto, celebritatem requiro. Itaque hortos mihi conficias [4], necesse est. Maxima est in Scapulae [5] celebritas; propinquitas [6] praeterea, ubi sis, ne totum diem in villam [7]. Quare, antequam discedis, Othonem, si Romae est, convenias pervelim. Si nihil erit (etsi tu meam stultitiam consuesti ferre, eo tamen progrediar, uti stomachere [8]: Drusus enim certe vendere vult), si ergo aliud non erit, mea erit culpa [9], nisi emero: qua in re ne labar [10], quaeso, provide. Providendi autem una ratio est, si quid de Scapulanis possumus. Et velim me certiorem facias, quam diu in suburbano sis futurus.

4 Apud Terentiam [11] gratia opus est nobis tua, tuaque auctoritate. Sed facies, ut videbitur. Scio enim, si quid mea intersit, tibi maiori curae solere esse, quam mihi.

5 Hirtius ad me scripsit, Sex. Pompeium Corduba exisse, et fugisse in Hispaniam citeriorem; Cnaeum [12] fugisse, nescio quo: neque enim curo. Nihil praeterea novi. Literas Narbone dedit XIIII Kal. Maias.

6 Tu mihi de Caninii naufragio quasi dubia [13] misisti. Scribas igitur [14], si quid erit certius.

7 Quod me a moestitia avocas, multum leva-

cuore di farmi avere ciò di che sono sì caldo, non ti sarebbe potuto dar innanzi sì bel partito. Ma, non so io come, io cerco luoghi di frequenza. Adunque egli è forza che tu mi trovi degli orti. Quelli di Scapula sono de' più frequentati; ed oltre a ciò, stando noi qui, gli abbiamo sugli occhi, senza aver a spendere tutto un giorno per essere alla villa. Adunque, prima che tu parta, avrei carissimo che tu ti affrontassi con Otone, se egli è in Roma. Se nulla ne possa fare (sebben tu sii abituato a sopportare la mia stoltezza, io te ne dirò tante, che ti sdegnerai [1]: giacchè certo Druso ha voglia di vendere); se null'altro, dico, darà fuori, non ne avrò io la colpa del non averlo comprato. Nella qual cosa sta a te di vedere che io non ponga piè in fallo [2]. Ora il modo di questo vedere dimora pur qui, se nulla si possa avere di que' di Scapula. Ed amerei di sapere, per quanto ancora tu vuogli essere nella villa suburbana.

4 Con Terenzia mi bisogna il tuo favore e l'autorità; ma fa tu, da che so io bene che di qualunque mio bene tu suoli darti maggior pensiero che non fo io medesimo.

5 Irzio mi scrisse, Sesto Pompeo esser uscito di Cordova [3], e fuggito nella Spagna di sotto; e Gneo altresì, non so dove: chè non me ne importa. Nulla altro di nuovo. Le lettere han la data di Narbona a' 18 d'aprile.

6 Del naufragio di Caninio [4] tu mi fai la cosa dubbia. Se nulla ti verrà di più certo, e tu me lo scrivi.

7 Quanto al ritrarmi che fai dalla malinconia, grande

ris [15], si locum sano dederis. Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem veniunt. Sed loco valde opus est. Quare etiam Othonem [16] vide.

DLXIII. (Ad Att. XII, 38)

Argumentum. 1 De literis Attici frustra exspectatis; 2 de Q. fratris filii in patruum malitia; 3 se minus debilitatum animo esse, quam quidam putent; 4 de hortis emendis; 5 de Antisthenis libro, Κύρῳ.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Maio.

CICERO ATTICO S.

1 Non dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literarum. Sed homo nequam [1], qui tuum commodum non exspectarit, quum ob eam unam causam missus esset. Nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor, te esse in suburbano. At ego hic scribendo dies totos nihil equidem levor, sed tamen aberro [2].

2 Asinius Pollio ad me scripsit de impuro nostro cognato [3]. Quod Balbus minor nuper satis plane, Dolabella obscure [4], hic apertissime. Ferrem graviter, si novae aegrimoniae locus esset. Sed tamen ecquid impurius? O hominem cavendum! quamquam mihi quidem [5]. Sed tenendus dolor est. Tu, quoniam necesse nihil est [6], sic scribes aliquid, si vacabis.

alleviamento me ne daresti trovandomi luogo pel tempio. *Circa la consagrazione* cento cose mi vanno pel capo: ma nel luogo sta il punto; e però vedi d'aver anche Otone.

DLXIII. (Ad Att. XII, 38)

Argomento. 1 Delle lettere invano aspettate da Attico; 2 della malignità del figliuolo di Quinto fratello verso dello zio; 3 essere lui meno scoraggiato di quello che altri pensi; 4 della compera degli orti; 5 e del *Ciro* di Antistene.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Tu dovesti essere occupatissimo (sono certo), non avendomi scritto nulla: ma tristo a colui che non ti lasciò un tempo comodo, quando per solo questo fine era stato mandato. Io credo che, se altro non ti ritenne, tu sii tornato sotto Roma. Or io qui passo gli interi giorni scrivendo, senza ricrearmi: pur mi distraggo.

2 Mi scrisse Asinio Pollione di quella schiuma del nostro parente [1]; e dove Balbo il minore [2] il fece in modo da intenderlo, Dolabella in gergo, egli alla scoperta. Io ne avrei una ferita di morte, se in me potesse aver luogo nuovo dolore. E tuttavia, potea colui far più da birbone? O uom da guardarsene! sebbene, parlo di me [3]. Ma è da frenar il dolore. Ma tu, posciachè necessità non ci strigne, mi scriverai qualcosa, sì veramente che tu abbi ozio.

3 Quod putas oportere pervideri [7] iam animi mei firmitatem, graviusque quosdam scribis de me loqui [8], quam aut te scribere, aut Brutum: si, qui me fractum esse animo et debilitatum putant, sciant quid literarum, et cuius generis conficiam; credo, si modo homines sint, existiment me, sive ita levatus sim, ut animum vacuum ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse; sive hanc aberrationem a dolore delegerim, quae maxime liberalissima [9], doctoque homine dignissima, laudari me etiam oportere.

4 Sed, quum ego faciam omnia, quae facere possim ad me adiuvandum; tu effice id, quod video te non minus, quam me laborare. Hoc mihi debere videor [10], neque levari posse, nisi solvero, aut videro, me posse solvere, id est, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapulae, si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri [11] cogitant; nihil est scilicet emtori loci. Sin venibunt, quid fieri possit, videbimus. Nam ille locus Publicianus [12], qui est Trebonii et Cusinii, erat ad me allatus. Sed scis aream esse [13]. Nullo pacto probo. Clodiae [14] sane placent; sed non puto esse venales. De Drusi hortis, quamvis ab iis abhorreas, ut scribis, tamen eo confugiam, nisi quid inveneris. Aedificatio me non movet. Nihil enim aliud aedificabo, nisi id [15], quod etiam, si illos non habuero.

3 Quanto al tuo credere che a me si convenga mostrare fermezza d'animo, ed allo scrivermi che taluni mi mordono più addentro, che nè tu nè Bruto non mi scrivete [4]; se coloro che mi credono abbattuto dell'animo e vinto, sapessero che libri e di che qualità io mi stia scrivendo, ben credo (se però egli son uomini) che, o per essere io tanto riavutomi da potere occupare la mente scarica a scriver cose difficili [5], non mi crederebbono da riprendere; ovvero, per aver io eletto questo svagamento dal mio dolore, che è di tutti il più nobile e degnissimo di uomo erudito, mi giudicherebbono eziandio da lodare.

4 Ma conciossiachè io faccia per rincorarmi ogni possibile, e tu fa altresì quello di che io ti veggo darti non minor pena di me medesimo. Io mi reputo debitore di questa cosa; e non poter consolarmi se prima non paghi, o mi senta poter pagare: cioè trovi il luogo fatto come io lo voglio. Se gli eredi di Scapula pensano (secondo che tu mi scrivi Otone averti detto) di porre cotesti orti, fattone quattro parti, all'incanto [6], del comperarli non ne fie nulla. Ma se saran messi a vendere, vedremo che possa farsi. Veramente io avea saputo che quel luogo che fu di Trebonio e di Cusinio, era stato dal pubblico posto in vendita [7]; ma, come sai, egli è un'aia: a niun patto il vorrei. Ben mi piacciono que' di Clodia; ma non li credo da vendere. Or quanto agli orti di Druso, sebbene a te non van punto a sangue, come scrivi, tuttavia, non trovando tu meglio, a questo mi volgerò. La fabbrica non mi sconcia, da che io non ci fabbricherò punto altro che quello che io farò eziandio non avendoli.

5 Κῦρος δ, ε [16], mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi.

DLXIV. (Ad Att. XII, 39)

Argumentum Remittit Attico literas, nisi quid necesse fuerit scribere.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Maio.

CICERO ATTICO S.

Tabellarius ad me quum sine literis tuis venisset, existimavi tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripsisses ea ipsa, ad quae rescripsi hac epistola. Exspectaram tamen aliquid de literis Asinii Pollionis. Sed nimium [1] ex meo otio tuum specto. Quamquam tibi remitto [2], nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribere, nisi eris valde otiosus. De tabellariis facerem quod suades [3], si essent ullae necessariae literae, ut erant olim, quum brevioribus diebus, tamen quotidie respondebant tempori tabellarii [4], et erat aliquid, Silius, Drusus, alia quaedam. Nunc, nisi Otho exstitisset, quod scriberemus, non erat. Id ipsum dilatum est: tamen allevor, quum loquor tecum absens, et multo etiam magis, quum tuas literas lego. Sed quoniam et abes [5] (sic enim arbitror), et scribendi necessitas nulla est, conquiescent literae, nisi quid novi exstiterit.

5 *Il IV e V tomo del Ciro*[8] mi piace altresì, come le altre cose di Antistene, uomo anzi acuto che dotto.

DLXIV.

(Ad Att. XII, 39)

Argomento. Permette ad Attico di non iscrivergli, se non v'ha necessità.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Essendo a me venuto il corriere senza tue lettere, ho detto meco: Egli non mi scrisse, perchè m'avea già scritto ieri quelle cose medesime alle quali ho risposto con questa. — Tuttavia aspettava alcun che circa la lettera di Asinio Pollione. Se non che io mal fo ragion del tuo ozio dal mio. Ma io ti assolvo. Fuor da uno stretto bisogno, tu se' licenziato di non mi scrivere; salvo se tu non avessi punto che fare. Circa i corrieri, io mi governerei secondo che tu mi conforti, se fosse bisogno di scrivere come già fu, quando, essendo i giorni più corti, i corrieri non fallivano però mai giorno nè ora, ed aveano però faccenda: Silio, Druso, ed altre cose cotali. Ora, se non era Otone, ci falliva materia da scrivere. Ed anche questo medesimo è differito ad altro tempo. E nondimeno io mi ricreo, parlando, così in lontananza, con te, e vie meglio eziandio leggendo tue lettere. Ma perocchè tu (come credo) sei fuori, ed a scrivere non è che ci stringa, abbiano tregua le lettere, salvo il caso di novità.

DLXV. (Ad Div. IV, 6)

Argumentum. Respondet consolanti Sulpicio, gratum sibi eius officium fuisse, nec id exiguo doloris levamento; nemini vero, quam sibi, iustiores dolendi causas fuisse; maximam tamen sibi levationem ex reditu et consuetudine Sulpicii fore.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Maio.

M. T. CICERO SER. SVLPICIO S.

Ego vero [1], Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Quantum enim praesens [2] me adiuvare potueris et consolando, et prope aeque dolendo, facile ex eo intelligo, quod, literis tuis lectis [3], aliquantum acquievi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus [4] omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit, et quanti ipse me faceret, et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora scilicet [5] saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum,

DLXV. (A Div. IV, 6)

Argomento. Risponde alla lettera consolatoria di Sulpizio, che gli fu grato quel tratto d'amicizia, e di gran sollievo al suo dolore; che nessuno ebbe più di lui giusta cagione di affliggersi; che tuttavia gran conforto trarrebbe dal ritorno e dalla conversazione di Sulpizio.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, nel mese di Maggio.

M. T. CICERONE A SER. SULPIZIO S.

Oh [1] fosse pure avvenuto che, come scrivi, nella acerbissima mia sciagura fossi tu stato qui: imperocchè quanto di aiuto avesse dovuto darmi la tua presenza, e col consolarmi e col pigliarti quasi tutto il mio dolore, io leggermente il comprendo da ciò, che lette le tue lettere, alquanto mi son ricreato: avendomi scritto siffatte cose che e poteano alleviare la mia tristezza, e nel consolar me hai messo in opera il tuo proprio non mediocre dolore. Tuttavia il tuo Servio, con tutti gli ufizi che portava quel caso, mi fece vedere quanto io gli fossi caro, e quanto egli credesse di fare piacere a te, dimostrandomisi così affezionato; i cui offizi bene spesse volte più dolci, non mai però mi furono più profittevoli [2]. Ora non le tue sole parole, e la parte che tu quasi ti prendi della mia amarezza mi consolò, ma eziandio la tua autorità: da che giudico essermi una vergogna a non portare la mia sciagura con la fortezza che tu (uom di tanta sapienza) giudichi convenire. Nondimeno mi sento talor

et vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus [6], qui filium consularem, clarum virum, et magnis rebus gestis, amisit; et L. Paullus [7], qui duo septem diebus; et vester [8] Gallus, et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eos tum ipsorum dignitas consolaretur, tum ea [9], quam e re publica consequebantur. Mihi autem, amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras, quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratione impediebantur cogitationes meae; nihil in foro agere libebat [10]; adspicere curiam non poteram; existimabam, id quod erat, omnes me et industriae meae fructus, et fortunae perdidisse. Sed, quum cogitarem, haec mihi tecum, et cum quibusdam esse communia; et quum frangerem iam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter: habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnes curas doloresque deponerem. Nunc autem, hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quae consanuisse [11] videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a re publica moestum domus excipiebat, quae levaret, sic nunc domo moerens ad rem publicam confugere possum, ut in eius

venir meno, e a fatica reggo al dolore, essendomi mancati que' conforti i quali a quegli altri, il cui esempio mi pongo innanzi, in somigliante caso non sono falliti. Imperocchè e Q. Massimo [3], che perdette il figliuolo stato consolo, personaggio famoso, dopo illustri suoi fatti; e L. Paulo [4], che due in sette dì ne perdette; e 'l vostro Gallo [5] e M. Catone [6], a cui morì un figliuolo di sommo ingegno ed altrettanta virtù, erano in tal tempo, che la propria lor dignità, cui essi raccoglievano dalla Repubblica, dovea consolarli. Là dove io, spogliato di quegli onori che tu mi reciti, e che io m'era con infinito travaglio acquistati, non mi trovava rimaso altro conforto che quel solo che ora m'è tolto. Veramente io non era distratto da' servigi della Repubblica, nè dalle faccende che mi davan gli amici; non aveva nel foro niente che far mi piacesse; la curia non potea pure sguardare [7]; io faceva (siccome era in fatti) perduto ogni frutto della mia industria e della fortuna. Tuttavia, pensando come que' mali io aveva a comune con te e con alcuni altri, e facendo oggimai forza a me stesso, ed arrecandomi ad una tranquilla pazienza, avea però un rifugio nel quale trovava riposo, e nelle cui parole e dolci maniere io mi scaricava di tutte mie cure e dolori: dove al presente, per questa così dolorosa ferita, mi sono rincrudite eziandio quelle che già parevano rammarginate. Conciossiachè non più, come allora che tornando afflitto da' pubblici affari, trovava in casa di che consolarmi, trovo adesso dalle pene di casa alcun rifugio nella Re-

bonis acquiescam. Itaque et domo absum, et foro, quod nec eum dolorem, quem a re publica capio, domus iam consolari potest, nec domesticum res publica. Quo magis te exspecto, teque videre quam primum cupio. Maior mihi levatio afferri nulla potest, quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum: quamquam sperabam, tuum adventum [12] (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem quum multis de causis te exopto quam primum videre; tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius [13] voluntatem accommodandum, et prudentis, et liberalis, et, ut perspexisse videor, nec a me alieni, et tibi amicissimi [14]. Quod quum ita sit, magnae est tamen deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu [15] et beneficio quiescendi. Vale.

DLXVI. (Ad Div. IV, 12)

Argumentum. M. Marcelli caedem nuntiat.

Scr. Athenis A. V. C. DCCVIII, prid. Kal. Iunias.

SER. SVLPICIVS M. CICERONI S. D.

Etsi scio, non iucundissimum [1] nuntium me vobis allaturum: tamen, quoniam casus et natura in nobis [2] dominatur, visum est faciendum,

pubblica, che del suo ben essere mi consoli; il perchè non ho più nè casa nè foro, perchè nè delle amaritudini che mi dà la Repubblica mi solleva la casa, nè di quelle di casa essa Repubblica. Per la qual cosa sono in maggior espettazione e desiderio di quanto prima vederti: più caro conforto non mi puote esser dato dell'essere insieme, e del conferir tra noi due; sebbene io sperava (secondo che udia dire) che tu dovessi venir qua di corto. Or io e per molte cagioni ti desidero di vedere al più presto, e sì ancora per deliberare fra noi del come passar questo tempo, il quale ci conviene tutto mettere in mano alla voglia d'un solo uomo [8], e prudente e splendido, e, come mi sembra d'aver conosciuto, nè da me alienato, e tutto cosa tua. Ed avvegnachè le cose sieno sì come ho detto, troppo bisogna però pigliar partito del modo, non mica di operar nulla, ma di usare la sua concessione e 'l benefizio del non far nulla. A Dio.

DLXVI.

(A Div. IV, 12)

Argomento. Annunzia l'assassinio di M. Marcello.

Scritta da Atene l'anno DCCVIII, a' 31 di Maggio.

SER. SULPIZIO [1] A M. CICERONE S.

Quantunque io sappia di darvi una trista novella; tuttavia, conciossiachè le cose nostre sono governate dal caso e dalla natura [2], mi è paruto con-

quoquo modo res se haberet, vos certiores facere [3]. Ante diem X Kalendas Iunias, quum ab Epidauro [4] Piraeeum navi advectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum [5], conveni, eumque diem ibi consumsi, ut cum eo essem. Postero die, quum ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquamque iurisdictionem absolverem: ille, uti aiebat, supra Maleas [6] Italiam versus navigaturus erat. Postridie eius diei [7], quum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter horam decimam [8] noctis, P. Postumius, familiaris eius, ad me venit, et mihi nuntiavit, M. Marcellum, collegam nostrum [9], post cenae tempus, a P. Magio Chilone [10], familiare eius, pugione percussum esse, et duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite, secundum aurem; sperare tamen se [11] eum vivere posse; Magium se ipsum interfecisse [12]; postea se a Marcello ad me missum esse, qui haec nuntiaret, et rogaret, uti [13] cogerem medicos. Coëgi, et e vestigio eo sum profectus prima luce. Quum non longe a Piraeeo abessem, puer Acidini [14] obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum, paullo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine deterrimo [15] acerbissima morte est affectus; et cui inimici [16] propter dignitatem pepercerant, inventus est amicus, qui mortem [17] afferret. Ego tamen ad tabernacu-

veniente (come che la cosa sia stata) di farvela assapere. A' 23 di maggio, essendo io dall'Epidauro venuto per mare al Pireo, fui a visitarvi il collega nostro Marcello [3]; e tutto quel giorno soprastetti quivi per esser con lui. L'altro dì, uscito da lui con animo di passare da Atene in Beozia per sigillarvi il mio reggimento, egli mi disse di voler sopra capo Malio [4] navigare verso l'Italia. Il dì appresso, essendo io sul partire da Atene, intorno alle dieci della notte [5], fu da me il suo amico Postumio, dicendomi come il mio collega M. Marcello, dopo cenare, era stato ferito di pugnale da P. Magio Chilone [6] suo amico, ed avutone due ferite, l'una nel petto, l'altra nella testa lunghesso l'orecchia: sè tuttavia sperarne bene. Che Magio erasi ucciso da sè; e quindi Marcello averlo mandato con questa novella, pregandomi che io trovassi medici. Avutigli, di presente sull'albeggiare mi mossi per là. Non essendo a dieci passi dal Pireo, mi scontra il servo di Acidino [7] con tavoletta [8], scrittovi, Marcello poco prima dell'alba esser morto. Così quell'uomo chiarissimo cadde di morte acerbissima per mano d'un vilissimo; e laddove i suoi nemici, per la sua dignità, gli aveano avuto rispetto, si trovò un amico che lo uccidesse. Io nondimeno tirai innanzi fino al suo alloggiamento [9]; vi

lum eius perrexi. Inveni duos libertos, et pauculos servos. Reliquos aiebant profugisse, metu perterritos [18], quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre [19]; ibique pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri [20] dicerent; neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo [21] orbis terrarum gymnasio Academiae locum delegimus, ibique eum combussimus, posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quae nostra officia fuerunt [22], pro collegio et propinquitate, et vivo et mortuo omnia ei praestitimus. Vale. D. pr. Kal. Iun. Athenis.

DLXVII. (Ad Att. XII, 40)

Argumentum. 1 De Hirtii libro in Catonem; 2 de libro, quem ad Caesarem de republica ordinanda scribere cogitaverat; 3 de causis tristitiam suam adversus reprehensores excusantibus; 4 de hortis Scapulanis emendis; 5 denique se, quamdiu hic mansurus sit, nondum constituisse scribit.

trovai due liberti, ed un due o tre servi; gli altri diceano essere fuggiti della paura, pensando che il padron loro era stato ucciso sulla porta dell'alloggiamento. M'è stato forza farlo riportare in città nella lettiga medesima che c'era stato portato io, da' miei seggettieri; dove, secondo comodità che n'ebbi in Atene, gli feci fare un non ignobile funerale. Dagli Ateniesi non ho potuto ottenere che gli dessero luogo da seppellirlo in città [10], dicendolsi vietato dalla religione: e veramente egli non l'aveano prima d'ora conceduto a nessuno. Non potei aver altro da loro, se non di poterlo seppellire in quel ginnasio che meglio ci fosse piaciuto [11]; ed io ho eletto il ginnasio dell'Accademia, il più illustre luogo del mondo, e quivi arsolo. Appresso mi venne fatto che essi Ateniesi gli facessero fare, quivi medesimo, un monumento di marmo. Così que' servigi che a me s'appartenevano, sì pel collegio e sì per la parentela, a lui vivo e morto tutti gli abbiamo renduti. A Dio. Da Atene a' 31 di maggio.

DLXVII. (Ad Att. XII, 40)

Argomento. 1 Del libro di Irzio contra di Catone; 2 del Trattato intorno al governo della Repubblica che intendeva di dedicare a Cesare; 3 delle cause che coonestano la sua tristezza in faccia ai suoi detrattori; 4 della compera degli orti di Scapula; 5 scrive che non ha ancor fissato fin quando si fermerà qui.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Iunio.

CICERO ATTICO S.

1 Qualis futura sit Caesaris vituperatio [1] contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit [2], in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. Volo enim eum divulgari: quod quo facilius fiat, imperabis tuis.

2 Συμβουλευτικὸν [3] saepe conor; nihil reperio: et quidem mecum habeo et Ἀριστοτέλους, et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον [4]. Sed quid simile? Illi, et quae ipsis honesta essent, scribebant, et grata Alexandro. Ecquid tu eiusmodi reperis? Mihi quidem nihil in mentem venit.

3 Quod scribis te vereri, ne et gratia et auctoritas nostra hoc meo moerore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant, aut postulent, nescio. Ne doleam? qui potest? [5] Ne iaceam? quis unquam minus? Dum tua me domus levabat [6], quis a me exclusus? quis venit, qui offenderetur? Asturam sum a te profectus. Legere isti laeti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi [7]. Quam bene, nihil ad rem. Sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiecto animo facere posset. Triginta dies in hortis [8] fui. Quis

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Qual voglia riuscire il biasimar che fa Cesare quel medesimo ch'io lodo [1], io ne feci ragione dal libro mandatomi da Irzio, nel quale raccoglie le tecche di Catone, ma con levar me fino al cielo. Pertanto mandai il libro a Mosca, che il desse a' tuoi scrivani, volendo io ch'egli sia divulgato; il che perchè abbia effetto più comodo, tu ne darai ordine a' tuoi.

2 Io fo spesso ogni prova *di scrivere cose di Repubblica* [2]; ma nulla mi dà innanzi: e sì io ho qui ed *Aristotele*, e *Teopompo ad Alessandro*. Ma che somiglianza ci ha qui? quelli scriveano cose orrevoli a sè, e grate ad Alessandro. Ora di questa fatta trovi tu nulla? A me, ti so dire, nulla ne occorre.

3 Tu mi scrivi d'aver paura non forse questa mia tristezza mi scemi grazia ed autorità; ma che cosa accusino in me, o da me vogliano le persone, nol so: Forse che io non senta dolore? come farlo? Che non mi abbandoni? chi lo fece meno di me? Mentre io mi ricreava in casa tua, a chi ho io tenuto porta nè uscio? chi partì da me mal contento? Da te mi son condotto in Astura. Cotesti festevoli, che mordono me, non potrebbono leggere tante cose, quante io ne ho scritte (se bene o male, non fa al proposito). Ma io ho scritto però cose di tal natura, che nessuno avrebbe potuto farle essendo perduto d'animo. Io fui per un mese ne' miei orti: a chi sono io fallito o di accoglienza o di

aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilius otium ferant, quam ego laborem. Si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est [9]; cur non sim in his meis praediolis, quae sunt huius temporis [10]: quia frequentiam illam non facile ferrem. Ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias [11] habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. Quum Romam venero, nec vultu, nec oratione reprehendar. Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi. Constantia et firmitas nec animi, nec orationis requiretur.

4 De hortis Scapulanis [12] hoc videtur effici posse, aliud [13] tua gratia, aliud nostra, ut praeconi subiiciantur. Id nisi fit, excludemur. Sin ad tabulam [14] venimus, vincemus facultates Othonis [15] nostra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo scribis [16], non est in eo. Faberiana modo res [17] certa sit, tuque enitare, quod facis; quod volumus, consequemur.

5 Quod quaeris, quam diu hic [18]; paucos dies. Sed certum non habeo. Simul ac constituero, ad te scribam: et tu ad me, quam diu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te haec misi, de Pilia et Attica mihi quoque eadem, quae scribis, et scribuntur et nuntiantur.

cortesi ragionamenti? In questo tempo medesimo io leggo, io scrivo sì fatte cose, che i miei compagni ne sono più stanchi del non far nulla, che io del travagliare. Se altri vuol sapere perchè io non mi stia in Roma; perchè egli è le vacanze [3]: perchè io non mi stia in questi miei poderetti, che sono appunto da questo tempo; perchè quella frequenza mi noicrebbe. Io mi sto adunque là dove colui, che a Baia aveva delizie, era solito ogn'anno logorar questo tempo. Come io sia venuto a Roma, io non farò dire nè della mia ciera, nè delle parole. Quella mia ilarità, con la quale io soleva condire questo mal tempo, fâlla pure andata per sempre: la fermezza sì dell'animo e sì del parlare nessuno dovrà in me cercarla.

4 Quanto agli orti di Scapula 4, questo pare che ci possa (parte col tuo favore, parte col mio) venir fatto, che sieno posti in bocca del banditore. Se ciò non si ottiene, n'avremo lo sfratto. Ma se si venga all'incanto, io mi credo vincere colla mia voglia la ricchezza di Otone: imperocchè quanto a Lentulo, del quale mi scrivi, non me ne piglio pena; solamente la bisogna di Faberio stia salda, e tu ci lavori come fai, e abbiam vinto.

5 Tu mi domandi: Quanti giorni sarò io qui. — D'oggi in domani; ma nulla ho diffinito. Preso partito, lo saprai; e sappia io da te, per quanto tu voglia essere sotto Roma. Il giorno che ti scrissi questa, ricevo anch'io di Pilia e di Attica per lettere e messi le novelle medesime che mi dai tu.

DLXVIII. (Ad Div. V, 14)

Argumentum. Quaerit, cur Cicero tamdiu absit ab urbe. Laudat, si solitudinem quaerat, ut literis vacet; improbat, si se lacrymis ac tristitiae dedat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Iunio.

L. LVCCEIVS Q. F. S. D. M. T. CICERONI M. F.

Si vales, bene est; valeo, sicut soleo; paullulo tamen etiam [1] deterius, quam soleo. Te requisivi saepius, ut viderem. Romae quia postea non fuisti, quam discesseras [2], miratus sum; quod item nunc miror. Non habeo certum, quae te res hinc maxime retrahat. Si solitudine delectare, quum scribas, et aliquid agas eorum, quorum consuesti [3], gaudeo; neque reprehendo tuum consilium. Nam nihil isto potest esse iucundius, non modo miseris his temporibus et luctuosis, sed etiam tranquillis et optatis: praesertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requietem quaerat [4] ex magnis occupationibus, vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, ipsum [5] laudibus illustret. Sin autem, sicut hic dum eras [6], lacrimis ac tristitiae te tradidisti: doleo, quia doles et angere; non possum [7] te non, si concedis, quod sentimus, ut liberius dicamus, accusare.

DLXVIII. (A Div. V, 14)

Argomento. Chiede perchè Cicerone si rimanga tanto tempo fuori di Roma: se cerca solitudine per attendere agli studi, gli dà lode; se per abbandonarsi alla tristezza, al pianto, biasimo.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Giugno.

L. LUCCEIO [1] F. DI QUINTO A M. T. CICERONE F. DI MARCO.

Se tu se' sano, ben con Dio; io sono altresì, secondo l'usato, e tuttavia un pochetto anche meno del solito. Io mi sono assai delle volte messo in cerca di te, volendo vederti; e mi sono maravigliato che dal dì che tu se' uscito da me, non fosti più in Roma, e tuttavia maravigliomi [2]. Che cosa sia quello che in ispezieltà ti tien lontano di qua, non so determinarlo. Se egli è il piacere della solitudine, scrivendo e facendo checchessia di ciò che ti eri adusato [3], ne ho piacere, e non te ne so condannare: da che non è cosa più dilettevole di questa, non pure in questi miseri e lagrimevoli tempi, ma nè eziandio ne' quieti e meglio desiderati; massimamente per rispetto all'animo tuo, che allassato ora procaccia riposo dalle grandi occupazioni; ovvero per riguardo alla tua erudizione, che sempre ama uscire in opere che altrui dilettino, ed a te accattino splendore di lodi. Ma se, al modo che essendo tu qui, ti sei abbandonato alle lagrime ed alla malinconia, mi duole del dolore e dell'angustia che ti dai; non posso (se mi concedi di dire aperto quello

Quid enim? tu solus aperta non videbis, qui propter acumen occultissima perspicis? tu non intelliges, te querelis quotidianis nihil proficere? non intelliges, duplicari solicitudines, quas elevare [8] te tua prudentia postulat? Quod si non possumus aliquid proficere suadendo, gratia contendimus et rogando, si quid nostra causa vis, ut istis te molestiis laxes, et ad convictum nostrum redeas, et ad consuetudinem [9] vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam. Cupio non obtundere te, si non delectare nostro studio [10]; cupio deterrere, ne permaneas in incepto. Nunc duae [11] res istae contrariae me conturbant: ex quibus, aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes; aut in altera non offendas [12]. Vale.

DLXIX. (Ad Div. V, 15)

Argumentum. Respondet superiori epistolae, lugere se non tam filiae obitum, quam rei publicae tempora, ob quae ab urbe absit, in qua nihil iucundum, odiosa omnia. In studiis exiguam medicinam superesse.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, mense Iunio.

M. CICERO L. LVCCEIO Q. F. S.

Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas a te proxime accepi; non ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus et

che sento) non accusartene. E che? se' tu il solo uomo che non vegga le cose manifeste, quando per la sottigliezza del tuo occhio iscuopri eziandio le più segrete? Non vedrai tu che per lo tuo dolerti di ogni dì, nulla fai? non intenderai che a doppio ti cresci la pena, la quale era della tua sapienza di levare da te? Ma se per conforti nulla possiamo ottenere, ti farò forza coll'affetto e colle preghiere, che tu (se punto mi ami) ti riscuota da queste amaritudini, e ti riconduca a viver con noi, ed o all'usanza di tutti noi, o alla propria di solo te. Io non vorrei infastidirti, se il mio affetto non ti è caro; io vorrei ritrarti dal non piantar così il chiodo. Ecco due cose opposte che mi conturbano: delle quali vorrei che o nell'una tu, potendo, facesti a mio modo; o dell'altra, che tu non l'abbi per male. A Dio.

DLXIX. (A Div. V, 15)

Argomento. Risponde alla precedente di Lucceio, dicendo ch' e' piange non tanto la perdita della figlia, quanto i tempi della Repubblica, pei quali si sta fuori di Roma vuota affatto di giocondità e piena d'odii; che qualche medicina si trova ancora nello studio.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, nel mese di Giugno.

M. CICERONE A L. LUCCEIO F. DI QUINTO S.

La tua lettera testè avuta mi dimostra da tutte parti il tuo amore [1]; il quale non m'è già nuovo, e tuttavia grato e caro, e direi anche giocondo, se non fosse

optatus.. dicerem iucundus [1], nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Neque ob eam unam causam, quam tu suspicaris, et in qua me, lenissimis et amantissimis verbis utens, re graviter accusas: sed quod, illius tanti vulneris [2] quae remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enim? ad amicosne confugiam? Quam multi sunt? habuimus enim fere communes; quorum alii occiderunt [3]; alii, nescio quo pacto, obduruerunt. Tecum vivere possem; equidem et maxime vellem [4]: vetustas, amor, consuetudo, studia paria; quod vinclum quasi est nostrae coniunctionis [5]. Possumusne igitur esse una? nec mehercule [6] intelligo, quid impediat; sed certe adhuc non fuimus, quum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano [7]. Nam quid dicam in urbe? in qua, quum forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed, casu nescio quo, in ea tempora nostra aetas incidit, ut, quum maxime florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat esse perfugium, spoliato et domesticis et forensibus ornamentis atque solatiis? Literae, credo, quibus utor assidue: quid enim aliud facere possum? Sed, nescio quomodo, ipsae illae [8] excludere me a portu et perfugio videntur, et quasi exprobrare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio [9] miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua do-

che questo vocabolo io l'ho perduto per sempre. E ciò non per sola quella cagione di che tu sospetti [2], e della quale tu con parole mollissime sì ed amantissime, ma in fatto rigidamente m' accusi; ma sì perchè di quelle cose che di quella mia sì grave ferita dovean essere medicina, non ho più nessuna. E che? avrò io ricorso agli amici? sono egli molti? da che gli avemmo per poco comuni: ed ecco altri son morti, ed altri, non so io come, hanno già fatto callo [3]. Io ben potrei viver con te, e sarebbe il mio maggior desiderio: amore (e questo da' primi anni), dimestichezza, i medesimi studi: che di legame o di altro manca a dover essere fra noi una cosa? Possiam dunque noi essere insieme? in verità non so io medesimo qual cosa cel debba togliere; e tuttavia fino ad ora non siamo anche stati, ed eravamo vicini, o nel Tusculano [4], o nel Pozzuolano. E or che avrei a dire di Roma? nella quale essendo il foro a tutti aperto, non è a cercar vicinanza. Ma egli è avvenuto, non so per qual caso, io son caduto a vivere in tal tempo, che laddove meglio che in altro io dovea esser glorioso, eziandio di vivere mi vergognava. Conciossiachè qual refugio mi poteva restare, sentendomi spogliato di tutti i rincalzi e conforti sì da casa mia, e sì dal foro? [5] Credo le lettere, nelle quali io sono continuo: e or che altro ne potrei io fare? Ma, non so io come, esse medesime pare che mi schiudano dal porto ove io volea rifuggirmi, e che quasi mi facciano arrossire di menare una vita la quale non porta altro che un logorar gli anni miserissimamente. Or essendo noi qui, tu ti maravigli che io mi tenga fuori da quella città

mus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiae? Itaque sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab his medicinam perpetuam, sed ut exiguam doloris oblivionem petam. Quod si id egissemus ego, atque tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter quotidianos metus, omne tempus una fuissemus; neque me valitudo tua offenderet, neque te moeror meus. Quod, quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim est [10] utrique nostrum aptius? Propediem te igitur videbo.

DLXX. (Ad Att. XII, 41)

Argumentum. 1 Scribit, se in Tusculanum aut Romam venturum; 2 iterum enixe rogat Atticum, ut de hortis conficiat, ubi fanum Tulliae extrui possit; 3 quid ei de Hirtii epistola videatur, quaerit.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, VII Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Nihil erat, quod scriberem: scire tamen volebam, ubi esses; si abes, aut afuturus es, quando rediturus esses. Facies igitur me certiorem. Et, quod tu scire volebas, ego quando ex hoc loco: postridie Idus Lanuvii constitui manere; inde postridie [1] in Tusculano, aut Romae. Vtrum sim facturus, eo ipso die scies.

nella quale nè dalla casa posso aver punto piacere, e tutto m'è sommamente in odio, il tempo, le persone, il foro, la curia? Il perchè mi tengo con le lettere, nelle quali spendo tutto il mio tempo [6]; non a speranza d'averne una medicina costante, ma un qualche piccolo assopimento del mio dolore. Ora se noi, io e tu, avessimo preso il partito del quale, per le paure di ogni dì, non ci cadea in mente nè anche un pensiero, noi saremmo sempremai stati insieme; nè ora a me darebbe travaglio la tua indisposizione, nè a te la mia malinconia. Ma quello che non s'è fatto, al possibile si farà. E che altro è di meglio a ciascheduno di noi? Adunque dall'un dì all'altro starò a vederti.

DLXX.

(*Ad* Att. XII, 41)

Argomento. 1 Scrive che anderà nel Tusculo', o a Roma; 2 insiste ancora perchè Attico gli comperi gli orti, ove possa innalzare il tempio a Tullia; 3 gli domanda che gli paia della lettera di Irzio.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, il 7 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io non ho cosa da scriverti; e voglio saper tuttavia dove ora tu sii: e se tu se' fuori, o sei per essere; il quando tu pensi tornare. Fara'melo dunque sapere. E, quello che vuoi saper tu, quando io mi muti di qua: il dì dopo le idi ho deliberato passarlo in Lanuvio; di là il giorno seguente essere o nel Tusculano, od in Roma; delle quali due cose, qual ch'io mi faccia, lo saprai il dì medesimo.

2 Scis, quam sit φιλαίτιον συμφορὰ [2]. Minime in te quidem; sed tamen avide sum affectus de fano: quod nisi, non dico, effectum erit, sed fieri videro, audebo hoc dicere (et tu, ut soles, accipies), incursabit in te dolor meus, non iure ille quidem; sed tamen feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mea fers, ac tulisti. Omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conferas. Si quaeris, quid optem; primum Scapulae [3], deinde Clodiae; postea, si Silius nolet, Drusus aget iniuste, Cusinii et Trebonii. Puto Terentium esse dominum [4], Rebilum fuisse certo scio. Sin autem tibi Tusculanum placet, ut significasti quibusdam literis [5], tibi assentiar. Hoc quidem utique perficies, si me levari vis; quem iam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo; sed facis summo amore, et victus fortasse vitio meo. Sed tamen, si me levari vis, haec est summa levatio; vel, si verum scire vis, una.

3 Hirtii epistolam [6] si legeris, quae mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone; facies me, quid tibi visum sit, si tibi erit commodum, certiorem. Redeo ad fanum. Nisi hac aestate absolutum erit, quam vides integram restare, scelere me liberatum non putabo.

2 Tu sai quanto la *miseria* sia *lamentosa:* non intendo dire di te. Quanto a me, io per conto del tempio io mi consumo; e se io non lo vegga, non dirò fatto, ma cominciato fare (m'assicuro di dire anche questo; e tu ricevilo come sei solito), aspéttati d'avere addosso a te il mio dolore: e so bene, senza ragione; ma questo medesimo ch'io scrivo tu mel comporta, come fai di tutte le cose mie, ed hai fatto. Di grazia, raccogli tutte le tue consolazioni in questa una cosa. Se tu vuoi sapere il maggior desiderio: prima, l'orto di Scapula; poi quel di Clodia; appresso, caso che Silio non voglia, e che Druso neghi il dovere, gli orti di Cusinio e di Trebonio. Credo esserne padrone Terenzio: certo so esserne stato Rebilo. Se poi il Tusculano ti piace meglio, come in certe tue lettere m'hai dimostro, ed io verrò dalla tua. A buon conto tu mi caverai le mani da questo punto, se vuoi vedermi consolato: quantunque tu me ne mordi un po' più duramente che non porta l'usanza tua; ma il fai però col sommo dell'amore, e forse anche tiratovi dal mio fracidume. Ma sia che vuole, se tu vuoi vedermi consolato, non dei uscire di questa consolazione, che è la maggiore; e a volerne sapere il vero, la sola.

3 Se tu hai letto la lettera di Irzio (la quale è, pare a me, *il modello* de' carichi scritti da Cesare contro Catone), mi farai a tuo agio sapere quale ti sia paruta. Torno al tempio; il quale se non sia fornito in questa state, la quale, come vedi, ci riman bella ed intera, io non potrò avere scarica la mia coscienza.

DLXXI. (Ad Att. XIII, 26)

Argumentum. 1 De loco ad fanum Tulliae extruendum quaerendo; 2 de consilio profectionis; 3 de epistola ad Caesarem scripta.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, VI Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 De Virgilii parte [1] valde probo. Sic ages igitur. Et quidem id erit primum; proximum Clodiae [2]. Quod si neutrum, metuo, ne turbem [3], et irruam in Drusum [4]. Intemperans sum in eius rei cupiditate, quam nosti. Itaque revolvor identidem in Tusculanum [5]. Quidvis enim potius, quam ut non hac aestate absolvatur [6].

2 Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius esse possim, quam Asturae. Sed quia, qui mecum sunt (credo, quod moestitiam meam non ferunt), domum properant; etsi poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. Quo autem? Lanuvium? Conor equidem in Tusculanum [7]. Sed faciam te statim certiorem. Tu literas conficies [8].

3 Equidem credibile non est, quantum scribam die; quin etiam noctibus. Nihil enim somni [9]. Heri etiam effeci epistolam ad Caesarem. Tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si forte

DLXXI. (Ad Att. XIII, 26)

Argomento. 1 Della ricerca di un luogo per erigervi il tempio; 2 della risoluzione di partirsi da Astura; 3 della lettera scritta a Cesare.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, l' 8 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO [1] S.

1 Circa la parte che dice Virgilio [2], nulla meglio. Batti dunque costì, e ciò per lo primo; l'altra, in quello di Clodia. Ma se l'uno e l'altro ci falla, io non vorrei andarmi sul lastrico [3], gittandomi in mano a Druso. La mia voglia di quel che sai, mi fa uscire de' termini. E però io a mano a mano mi vo' rivolgendo nel Tusculano: imperocchè io mi starei a qualunque patto, piuttosto che non a vederlo finito infra l'estate presente.

2 Io non ho luogo che, nel caso mio, a starvi mi sia più comodo di Astura: ma perocchè quelli che ho meco (credo, per non poter sopportare il mio mal umore) si affrettano di tornar a casa, sebbene io potea rimaner qui, me ne partirò come t'ho scritto, per non dar vista d'essere stato piantato. Ma per dove? a Lanuvio? veramente io fo ogni cosa per passare nel Tusculano: ma lo saprai. E tu a far lettere [4].

3 In fede mia, mal si può credere lo scriver che io fo di giorno, anzi tutte le notti: da che nulla è del dormire. Anche ho fatta ieri una lettera a Cesare, da che era di tuo piacere. Lo scriverla non fu punto

opus esse putares. Vt quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere. Sed id quidem, ut tibi videbitur. Mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuvio, nisi forte Romam [10]. Sed cras scies.

DLXXII. (Ad Att. XII, 42)

Argumentum. 1 De literis Atticis nullum diem desideratis; 2 de hortis emendis; 3 de itinere suo, de Attici in urbem reditu.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, V Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Nullum a te desideravi diem literarum. Videbam enim quae scribis [1]; et tamen suspicabar, vel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. A. d. VI Idus vero et abesse te putabam, et plane videbam nihil te habere. Ego tamen ad te fere quotidie mittam. Malo enim frustra, quam te non habere, cui des; si quid forte sit, quod putes me scire oportere. Itaque accepi VI Idus literas tuas inanes. Quid enim habebas, quod scriberes? Mihi tamen illud, quicquid erat, non molestum fuit, nihil aliud scire me, novi nisi te [2] nihil habere.

2 Scripsisti tamen nescio quid de Clodia. Vbi ergo ea est? aut quando ventura? Placet mihi res sic, ut secundum Othonem [3] nihil magis. Sed

male, se forse tu giudicassi da farne qualcosa. Certo per al presente non veggo del mandarla nessun bisogno: ma eziandio ciò al tuo piacere. Te ne manderò peraltro la copia, forse da Lanuvio; se già non venissi io a Roma. Ma doman lo saprai.

DLXXII. (Ad Att. XII, 42)

Argomento. 1 Delle lettere di Attico non aspettate mai; 2 della compera degli orti; 3 della sua partenza e del ritorno di Attico in città.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, a' 9 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io non aspettai ier nè oggi tue lettere, veggendo bene quello che scrivi; e tuttavia sospettava, o piuttosto conosceva, che tu non avevi che scrivere: ma agli otto io credeva che tu fossi fuori, e al tutto vedeva che tu non avevi di che. E nondimeno io ti vo' mandare alcuno forse ogni dì: imperocchè amo meglio di farlo a vôto, di quello che lasciarti mancare a cui tu consegnarne, caso che tu avessi cosa che ti occorresse di farmi sapere. Adunque agli otto ho ricevuto una tua digiuna, da che non avesti materia. Tuttavia, fosse un, fosse l'altro, non mi dolse di saper null'altro, se non che tu non avevi alcuna novità.

2 E tuttavia mi toccasti non so che di Clodia. Or dov' è ella dunque? o quando l'aspetti tu? La cosa mi piace per forma che da Otone in fuori nulla meglio.

neque hanc vendituram puto. Delectatur enim, et copiosa est: et illud alterum [4] quam sit difficile, te non fugit. Sed, obsecro, enitamur, ut aliquid ad id, quod cupio [5], excogitemus.

3 Ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum [6]; inde fortasse Arpinum. Quum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem, monere te, ut id ipsum, quod facis [7], faceres. Putabam enim, commodius te idem istud [8] domi agere posse, interpellatione sublata.

DLXXIII. (Ad Att. XII, 43)

Argumentum 1 De itinere suo; 2 de hortis vel Clodiae vel Trebonii emendis.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, V Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Ego postridie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuvii manere constitui; inde aut Romae, aut in Tusculano. Scies ante [1] utrumque.

2 Quod siles, recte mihi illam rem fore levamento [2], bene facis; quum id esset, mihi crede, perinde, ut existimare tu non posses [3]. Res indicat, quanto opere id cupiam, quum tibi audeam confiteri; quem id [4] non ita valde probare arbitrer. Sed ferendus tibi in hoc meus error. Fe-

Ma io non credo che nè costei voglia vendere: imperocchè il luogo le è caro, ed ha del ben di Dio; e quanto quella cotal altra cosa sia malagevole, io non te l'ho a dire. Nondimeno diamci attorno, di grazia, a trovar qualche stiva a ciò che desidero.

3 Io fo ragione di movermi di qua domani, ma o pel Tusculano, o a casa; e di là forse ad Arpino. Deliberato che io ne sia, te lo scriverò. Quel medesimo che tu ora fai, era venuto in mente anche a me di consigliartelo; credendo che tu potessi fare più comodamente questo medesimo in casa, lasciando detto che tu non ci eri.

DLXXIII. (Ad Att. XII, 43)

Argomento. 1 Della sua partenza; 2 della compera degli orti o di Clodia o di Trebonio.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, il 9 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io son fermo di rimanermi, secondo che t'ho scritto già, in Lanuvio il dì 14; quindi a Roma, o nel Tusculano. Ma prima saprai l'uno e l'altro.

2 Ben fai di tacere saviamente quanto alleviamento m'apporterebbe quella tal cosa [1]: conciossiachè la verità è tale (mi credi) che tu medesimo non la potresti stimare quanta è. Il fatto mostra quanto io mi consumi di aver la cosa, quando non mi vergogno di confessarlo a te, che pur so che tu non l'approvi gran fatto. Ma tu dei sopportare in questo fatto il mio er-

rendus? immo vero etiam adiuvandus. De Othone, diffido [5], fortasse quia cupio. Sed tamen maior etiam res est, quam facultates nostrae, praesertim adversario et cupido, et locuplete, et herede. Proximum est, ut velim Clodiae [6]. Sed si ista minus confici possunt, effice quidvis. Ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti [7], obstrictum puto. Videbis etiam Trebonianos [8]: etsi absunt domini. Sed, ut ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne aestas effluat [9]: quod certe non est committendum.

DLXXIV. (Ad Att. XII, 44)

Argumentum. 1 De Hirtii libro; 2 de negotio hortorum emendorum; 3 de adventu suo in Tusculanum; 4 quid Philotimus de Pompeio admoverit.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, IV Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Et Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me scripsisse, facile patior (fecit enim humane), et te eius epistolam ad me non misisse [1], multo facilius. Tu enim etiam humanius. Illius librum [2], quem ad me misit de Catone, propterea volo divulgari a tuis, ut ex istorum [3] vituperatione sit illius maior laudatio.

2 Quod per Mustelam agis [4], habes hominem

rore. Sopportare? Frate, bene sta! anzi darmi la mano. Circa Otone, sono sfidato: forse perchè bramo la cosa. Ma e' c'è altro: che egli è peso non dalle mie braccia, massime avendo a tener petto ad un voglioso, e ricco, ed erede. Non mi resta altro che volgermi a Clodia: ma se eziandio questo non ci possa venir ottenuto, fa tu. Io mi fo più stretta coscienza di ciò, che nessuno si fece mai d'alcun voto. Farai anche di essere con que' di casa Trebonio; sebbene i padroni son fuori. Ma, come ieri ti scrissi, penserai anche del Tusculano, che non ci scappi la state; il che al certo non è da patire.

DLXXIV. (Ad Att. XII, 44)

Argomento. 1 Del libro d'Irzio; 2 della compera degli orti; 3 della sua gita al Tusculano; 4 che cosa sul conto di Pompeo narrò Filotimo.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, il 10 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ed anche mi piglio per bene che Irzio ti abbia scritto di me qualcosa *entrando nell' affezion mia* (chè certo fece cortesemente[1]), e per troppo meglio che tu non m'abbi mandato la lettera sua (chè tu eziandio facesti più cortesemente). Il costui libro intorno a Catone da lui mandatomi, io amo veder divulgato per questo, che dal vituperarlo che faranno costoro egli verrà in maggior fama.

2 Ben fai di servirti di Mustela nell' affar mio; egli

valde idoneum, meique sane studiosum iam inde a Pontiano [5]. Perfice igitur aliquid. Quid autem aliud, nisi ut aditus sit emtori? quod per quemvis heredem [6] potest effici. Sed Mustelam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihi vero et locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, et praeterea ἐγγήραμα. Nam illa Silii et Drusi non satis οἰκοδεσποτικὰ [7] mihi videntur. Quid enim sedere totos dies in villa ista? Igitur malim primum Othonis [8], deinde Clodiae. Si nihil fiet, aut Druso ludus est suggerendus [9], aut utendum Tusculano. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti [10]. Sed, quaeso, confice, et te vacuum redde nobis.

3 Ego hinc, ut scripsi antea, postridie Idus Lanuvium, deinde postridie in Tusculano. Contudi enim animum, et fortasse vici, si modo permansero [11]. Scies igitur fortasse cras, summum [12] perendie.

4 Sed quid est, quaeso? Philotimus nec Carteiae [13] Pompeium teneri (qua de re literarum ad Clodium Patavinum missarum exemplum mihi Oppius et Balbus miserant, se id factum arbitrari), bellumque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse Fulviaster [14]. Sed tamen, si quid habes [15]. Volo etiam de naufragio Caniniano [16] scire, quid sit.

è appunto il caso: chè è a me affezionato fin dall'opera mia con Ponziano [2]. Cavane dunque qualcosa. Ed or che altro? salvo che comprator ci abbia luogo? [3] ciò potrebbesi ben ottenere per opera di qualunque erede: ma pregandone tu Mustela, puoi fare la cosa fatta. Ora per questo modo tu m'avresti fornito del luogo che meglio fa al mio disegno; ed oltre a ciò, *il riposo della vecchiezza.* Conciossiachè que' di Silio e di Druso non mi sembrano troppo *da padre di famiglia:* imperocchè che baloccar tutto dì in cotesta casa? Adunque prima tastami Otone, poi Clodia; se nulla se ne cavi, o egli è da ordire qualche trappola a Druso, o contentarci del Tusculano. Ben fatto a chiuderti in casa! ma oggimai cavane le mani, e rendimiti bello e scarico.

3 Io, come t'ho scritto prima, andrò a Lanuvio il dì 14, e l'altro dì sarò nel Tusculano: imperocchè l'animo ha fatto callo, e forse vinta la prova: solamente a durarla. Dunque forse domani saprai il fermo, o al più tardi posdomani.

4 Ma che è ciò? dimmi. Filotimo mi conta che Pompeo nè anche è ritenuto in Carteia [4] (di che Oppio e Balbo mi mandarono copia della lettera scritta a Clodio Padovano, che faceva la cosa vera), e che ne seguirà guerra non piccola: ma egli è un Fulvio [5] che non se ne perde gocciolo. Tuttavia, se nulla hai a mano. E del naufragio di Caninio vo' sapere come sia il fatto.

DLXXV. (Ad Att. XII, 45)

Argumentum. 1 De libris a se nuper scriptis; 2 de Atticae et Attici valitudine; 3 cur in Tusculano esse velit; 4 de Caesaris statua in templo Quirini; 5 de Hirtii libro divulgando.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, III Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Ego hic duo magna συντάγματα [1] absolvi. Nullo enim alio modo a miseria quasi aberrare [2] possum. Tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas, quod fore ita video; tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modo ne his verbis.

2 De Attica, optime. Ἀκηδία [3] tua me movet: etsi scribis nihil esse.

3 In Tusculano eo commodius ero, quod et crebrius tuas literas accipiam, et te ipsum nonnumquam videbo. Nam cetera quidem [4] ἀνεκτότερα erant Asturae: nec haec, quae refricant, hic me magis angunt [5]. Etsi tamen, ubicumque sum, illa sunt mecum.

4 De Caesare vicino scripseram ad te, quia cognoram ex tuis literis. Eum σύνναον [6] Quirino malo, quam Saluti.

5 Tu vero pervulga Hirtium [7]. Id enim ipsum

DLXXV. (Ad Att. XII, 45)

Argomento. 1 De' libri da sè or ora composti; 2 della salute di Attica e di Attico; 3 perchè preferisca di recarsi al Tusculano; 4 della statua di Cesare nel tempio di Quirino, 5 della pubblicazione del libro d'Irzio.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, l' 11 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ho già belli e forniti due grossi *tomi:* non trovo altra via da quasi sviarmi dalla mia tristezza. Or tu, eziandio se nulla avessi da scrivere (e, ben veggo, sarà così), tuttavia scrivimi di grazia questo medesimo; cioè: non ebbi nulla da scrivere; sì veramente, che non con queste parole.

2 Quanto ad Attica, buon pro le faccia. Mi sconcia la tua *mattana* [1]; sebben tu mi scrivi ch' essa è nonnulla.

3 Nel Tusculano io mi starò meglio per questo, chè avrò più spesso tue lettere, e te medesimo vedrò pur qualche volta; chè del resto, in Astura *io mi passava men male:* nè già le cose che mi rinfrescano la doglia [2], qui mi tormentano più; quantunque in fatti, dove chè io mi sia, m' accompagnino.

4 T' ho scritto di Cesare vicino a te, per averlo saputo dalle tue lettere [3]. Io lo amo meglio nello stesso *tempio* con Quirino, che con la Salute.

5 Ma tu manda l' Irzio al palio: io ne avea fatta

putaram, quod scribis; ut, quum ingenium amici nostri [8] probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur.

DLXXVI. (Ad Att. XII, 46)

Argumentum. Scribit se Lanuvio in Tusculanum exiturum.

Scr. in Antiati A. V. C. DCCVIII, pr. Id. Iunias.

CICERO ATTICO S.

Vincam, opinor, animum, et Lanuvio pergam in Tusculanum [1]. Aut enim mihi in perpetuum fundo illo carendum est (nam dolor idem manebit, tantum mediocrius [2]); aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista maior admonitio [3], quam quibus assidue conficior et dies et noctes. Quid ergo? inquies: nihil literae? [4] — In hac quidem re, vereor ne etiam contra. Nam essem fortasse durior [5]. Isto [6] enim animo nihil agreste, nihil inhumanum est.

DLXXVII. (Ad Att. XII, 47)

Argumentum. De Clodianis hortis emendis, aliisque rebus breviter.

la ragion medesima che tu: cioè che nel tempo medesimo che sarebbe lodato l'ingegno dell'amico nostro, saria deriso *l'argomento* del vituperar Catone.

DLXXVI. (Ad Att. XII, 46)

Argomento. Scrive di passare da Lanuvio nel Tusculano.

Scritta nell'Anziate l'anno DCCVIII, il 12 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Vincerò (credo io) me medesimo, e da Lanuvio passerò nel Tusculano. Conciossiachè o io debbo far conto di non aver più quel podere (da che il dolore persevèrrà pure il medesimo, salvo che egli è un po' mitigato); ovvero non so differenza che sia dal condurmivi di presente, al farlo dopo dieci anni: imperocchè questo irritamento sarà maggiore di quelli che mi consumano dì e notte continuo. Or che è questo? dirai. Furon nulla le lettere? — Per questo conto io dubito che elle abbiano anzi operato in contrario; chè senz' esse io mi sentirei forse più rigido: dove le lettere non fanno lega colla rusticità dell'animo, nè con cosa aliena da gentilezza.

DLXXVII. (Ad Att. XII, 47)

Argomento. Della compera degli orti di Clodia, e brevemente di altre cose.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XVI Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

Tu igitur [1], ut scripsisti; nec id incommodo tuo. Vel binae enim poterunt literae [2]; occurram etiam, si necesse erit. Ergo id quidem, ut poteris. De Mustela [3], ut scribis: etsi magnum opus est. Eo magis delabor ad Clodiam [4]. Quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum est; de quo, nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus; et quidem, ut res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine, nec audere incerta [5]. Sed quando Clodia Romae futura est, et quia tanti rem aestimas, eo prorsus specto: non quin illud malim; sed et magna res est, et difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede [6]: etsi de cupiditate nemini concedam; ceteris rebus inferiores sumus. Sed haec coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo [7], idem et ego arbitrabar. Domum tuam pluris video futuram, vicino Caesare [8]. Tabellarium meum hodie exspectamus. Nos de Pilia et Attica certiores faciet.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 16 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Adunque verrai tu, come hai scritto: ma vedi, senza tuo incomodo; da che potranno correre eziandio due lettere. Io ti verrò anche all' incontro, a un bisogno: dunque eziandio in questo guarda al tuo comodo. Quanto a Mustela, mi sto a quello che scrivi: quantunque non sia una nespola [1]; di che io mi piego a Clodia più volentieri. Sebbene in ogni caso è da vedere circa la somma di Faberio; del qual non farà punto danno che tu ne parli con Balbo: come noi (stando così le cose) vogliam bene comprare, ma non esser possibile senza la detta somma; e non ce ne dà l'animo, stando l'opera in puntelli. Ma da che Clodia vuol essere in Roma, e tu ci hai fatto la stima per tanto, ed io al tutto ci volgo l'animo: non perchè l'altro non mi piacesse meglio, ma egli è troppo un gran fatto e duro l' aver a cimentarsi con un voglioso, con un ricco, con un erede. Veramente quanto a voglia, non la cedo a nessuno; ma quanto al resto, rimanghiamo di sotto. Ma meglio a bocca. Manda al palio il libro di Irzio, sì come fai. Circa Filotimo [2], io la pensava con te. La casa tua sarà rincarata, come veggo, avendo vicino Cesare [3]. Aspetto oggi il mio corriere, che mi dirà qualcosa di Pilia e di Attica.

DLXXVIII. (Ad Att. XII, 48)

Argumentum. Scribit, se Atticum in Tusculano exspectare.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XV Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

Domi te libenter esse facile credo. Sed velim scire, quid tibi restet, aut iamne confeceris [1]. Ego te in Tusculano exspecto, eoque magis, quod Tironi statim te venturum scripsisti, et addidisti, te putare opus esse. Sentiebam omnino, quantum mihi praesens prodesses; sed multo magis post discessum tuum [2] sentio. Quamobrem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus [3], aut tu ad me, quod licebit.

DLXXIX. (Ad Att. XII, 49)

Argumentum. 1 De Pseudo-Marii mandatis et literis; 2 de Curtii petitione consulatus; 3 de Tironis valitudine; de epistola ad Caesarem, et hortis Scapulanis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Heri, non multo post, quam tu a me discessisti [puto [1]], quidam urbani, ut videbantur,

DLXXVIII. (Ad Att. XII, 48)

Argomento. Scrive di stare ad aspettare Attico nel Tusculano.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 17 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Che tu volentieri stii in casa, tel credo, si: ma vorrei sapere quanto ancora ti resti, o se n'hai già cavato le mani. T'aspetto nel Tusculano, e ciò tanto più, per aver tu scritto a Tirone di venir di presente, ed aggiuntovi, come ciò ti parea necessario. Io sentia bene per fermo quanto mi sarebbe utile la tua presenza; ma troppo più il sento dopo essere tu partito. Adunque, come ti scrissi, o io tutto a te, o tu a me, al possibile.

DLXXIX. (Ad Att. XII, 49)

Argomento. 1 Della lettera e degli ordini dello Pseudo-Mario; 2 della domanda di Curzio al consolato; 3 della salute di Tirone; della lettera a Cesare e degli orti di Scapula.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 20 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ieri, non molto appresso la tua partita, alcuni (credo io) di Roma, secondo che mostravano [1], mi con-

ad me mandata et literas attulerunt a C. Mario, C. F., C. N. [2] Multis verbis agere mecum per cognationem [3], quae mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem [4], per eloquentiam L. Crassi, avi sui, ut se defenderem [5]; causamque suam mihi perscripsit. Rescripsi, patrono illi nihil opus esse, quoniam Caesaris, propinqui eius, omnis potestas esset, viri optimi, et hominis liberalissimi; me tamen ei fauturum.

2. O tempora! fore, quum dubitet Curtius consulatum petere? [6] Sed haec hactenus.

3. De Tirone [7], mihi curae est. Sed iam sciam, quid agat. Heri enim misi, qui videret: cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Caesarem [8] tibi misi. Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

DLXXX.

(Ad Att. XII, 50)

Argumentum. Petit ab Attico, ut se mox revisat.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XI Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

Vt me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit. Quare quum poteris, id est, quum Sexti [1] auctioni operam dederis, revises nos. Vel unus dies mihi erit utilis; quid dicam, gratus? Ipse

segnarono con raccomandazioni una lettera di C. Mario, figliuolo di Caio, e nipote di Caio [2]. Egli mi si raccomanda senza fine, per la parentela nostra, per lo titolo di Mario da me posto ad un mio libro [3], per la eloquenza di L. Crasso suo avo, che io volessi prendere la sua difesa; e minutamente mi informò della sua causa. Gli risposi, a lui non far bisogno avvocato, essendo ogni cosa in mano di Cesare suo parente, ottima persona ed uom cortesissimo; che tuttavia io sarei per lui.

2 O tempi! che un Curzio [4] dovesse stare fra 'l sì e 'l no del dimandare il consolato! Ma basti.

3 Quanto a Tirone, l'ho ben a cuore; ma saprò io bene quello che egli faccia, avendo ieri mandato a saper di lui quel medesimo che ti porterà questa lettera. Leggi la lettera a Cesare. Scrivimi, di grazia, qual giorno sia stato posto alla vendita degli orti.

DLXXX. (Ad Att. XII, 50)

Argomento. Prega Attico che venga presto a ritrovarlo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 21 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Secondo che m'avea ricreato la tua venuta, secondo mi addolorò il tuo partire. Di che, come prima potrai, cioè dopo aver atteso all'incanto di Sesto, ci verrai a rivedere. Fosse anche solo un giorno, mi varrà dieci, non che averne piacere. Verrei io medesimo a

Romam venirem, ut una essemus, si satis consilium quadam de re [2] haberem.

DLXXXI. (Ad Att. XII, 51)

Argumentum. 1 De Tironis reditu aliorumque adventu; 2 de auctione hortorum; 3 de epistola ad Caesarem mittenda; 4 de Caerelliae nomine expediendo.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XI Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Tironem habeo citius, quam verebar. Venit etiam Nicias [1]; et Valerium hodie audiebam esse venturum. Quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses [2]. Sed exspecto te, a Peducaeo [3] utique. Tu autem significas aliquid etiam ante. Verum id quidem, ut poteris.

2 De Virgilio [4], ut scribis. Hoc tamen velim scire, quando auctio [5].

3 Epistolam ad Caesarem mitti, video tibi placere. Quid quaeris? mihi quoque hoc [6] idem maxime placuit, et eo magis, quod nihil est in ea, nisi optimi civis; sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ praecipiunt. Sed scis, ita nobis esse visum, ut isti [7] ante legerent. Tu igitur id curabis. Sed, nisi plane iis intelliges placere, mittenda non est. Id autem utrum illi

Roma, per esser teco, se di una certa cosa io fossi ben risoluto.

DLXXXI. (Ad Att. XII, 51)

Argomento. 1 Del ritorno di Tirone e dell'arrivo di alcuni altri; 2 dell'incanto degli orti; 3 della lettera da spedirsi a Cesare; 4 del pagamento da farsi a Cerellia.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 21 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Tirone è venuto più presto ch'io non m'aspettava. Venne anche Nicia, et odo che debba venire anche Valerio. Quantunque e' siano molti, io sarò tuttavia più solo, che se ci fossi solo tu. Ma aspetto te; sciolto da Peducco [1], s'intende: sebben tu m'accenni di venire anche prima [2]. Fa tu come ti verrà meglio.

2 Quanto a Virgilio [3], sono con te; sì vorrei sapere il dì dell'incanto.

3 Veggo che tu hai l'animo al mandar la lettera a Cesare. Che dirai tu? che a me medesimo la cosa andò a sangue? e tanto meglio, che essa niente ha che non convenga ad ottimo cittadino; ottimo dico, secondo tempo, al quale tutti *gli uomini di Repubblica* insegnano di servire. Tu sai però, come io giudico convenire che questi di costì la leggano innanzi; e però sai quello che abbi a fare. Ma se tu non vegga esserci il ripieno dell'animo loro, egli non è da mandargliela.

sentiant, anne simulent [8], tu intelliges. Mihi simulatio [9] pro repudiatione fuerit. Τοῦτο δὲ μηλώσῃ.

4 De Caerellia [10] quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: debere [11], non esse dignitatis meae, perscriptionem [12] tibi placere; hoc metuere, alterum in metu non ponere [13]. Sed et haec, et multa alia coram. Sustinenda tamen, si tibi videbitur, solutio est nominis Caerelliani, dum et de Metone, et de Faberio [14] sciamus.

DLXXXII. (Ad Att. XII, 52)

Argumentum. 1 De Tullii Montani negotio; 2 de epistola ad Caesarem, et de hortis emendis; 3 de Lentuli Spintheris divortio; 4 de libris philosophicis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, X Kal Quint.

CICERO ATTICO S.

1 L. Tullium Montanum nosti, qui cum Cicerone [1] profectus est. Ab eius sororis viro literas accepi, Montanum Planco debere, quod praes pro Flaminio sit, H-S xxv [2]: de ea re nescio quid te a Montano rogatum. Sane velim, sive Plancus est rogandus, sive qua re potes illum [3] iuvare, iuves: pertinet ad nostrum officium. Si res tibi forte notior est, quam mihi; aut si Plancum rogandum putas: scribas ad me velim; ut, quid rei sit, et quid rogandum, sciam.

Ora se la cosa entri loro, o ne dieno vista, tu ben lo vedrai: che laddove essi ne dessero vista, io lo avrei per un no. *Ma di ciò fa pur tu.*

4 Quanto all'affar di Cerellia [4], Tirone mi contò il piacer tuo: non essere della dignità mia esserle debitore; e che io gliela facessi pagare [5]; che della prima cosa tu temevi, dell'altra non avevi sospetto [6]. Ma di ciò, e molte altre cose, a bocca. Ma e' pare a me (se anche a te) che questo pagamento da fare a Cerellia sia bene differirlo finchè di Metone [7] e di Faberio non sappia il fermo.

DLXXXII. (Ad Att. XII, 52)

Argomento. 1 Dell'affare di Tullio Montano; 2 della lettera a Cesare, e della compera degli orti; 3 del divorzio di Lentulo Spintere; 4 dei libri filosofici che sta scrivendo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 22 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Tu conosci L. Tullio Montano che n'è andato con Cicerone. Mi scrisse il marito di sua sorella, Montano essere debitore a Planco, per malleveria per lui fatta a Flaminio, di venticinquemila sesterzi; e che intorno a questa cosa medesima Montano ti pregò di non so che [1]. Ora, o tu credi da pregar Planco, ovvero tu gli puoi far bene per altro modo, ti prego che tu lo faccia: egli è questo del dover mio. Ma se tu hai forse la cosa più chiara che non l'ho io, ovvero se tu credi essere da pregar Planco, fa di scriverlomi, acciocchè io sappia il fermo della cosa, e di che Planco sia da pregare.

2 De epistola ad Caesarem quid egeris, exspecto. De Silio [4], non ita sane laboro. Tu mi aut Scapulanos, aut Clodianos [5] efficias, necesse est. Sed nescio, quid videris dubitare de Clodia; utrum, quando veniat [6], an sintne venales?

3 Sed quid est, quod audio, Spintherem [7] fecisse divortium?

4 De lingua Latina securi es animi [8], dices, qui talia [9] conscribis. Ἀπόγραφα sunt; minore labore fiunt: verba tantum affero [10]; quibus abundo.

DLXXXIII. (Ad Att. XII, 53)

Argumentum. Scribit, se literas Attici exspectare, et petit, ut epistolas ad Marcianum et ad Montanum una cum Epiroticis perferendas curet.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, X Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

Ego, etsi nihil habeo, quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiscum sunt Nicias et Valerius. Hodie tuas literas exspectabamus matutinas. Erunt fortasse alterae postmeridianae [1], nisi te Epiroticae literae [2] impedient: quas ego non interpello. Misi ad te epistolas ad Marcianum et ad Montanum. Eas in eumdem fasciculum [3] velim addas, nisi forte iam dedisti.

2 Aspetto di sapere che cosa tu abbi fatto della lettera a Cesare. Per conto di Silio non mi do troppa pena. Al tutto è bisogno che tu mi cavi le mani circa gli orti o di Scapula, o di Clodia. Ma di Clodia tu mi par' in dubbio: or che è? forse circa il giorno del suo venire? ovvero se ella li voglia vendere?

3 Ma or che odo io? Spintere ha rimandata la moglie? [2]

4 Quanto alla lingua latina, mi dirai: Tu dormi fra due guanciali, avendo posto mano a scrivere di tali cose [3]. — Sappi, egli è *un copiare* [4]; che porta men di fatica: io ci metto sole parole, delle quali sono bene fornito.

DLXXXIII. (Ad Att. XII, 53)

Argomento. Scrive di stare aspettando lettere di Attico; e lo prega di mandare col plico di lui in Epiro anche le sue lettere a Marciano e a Montano.

Scritta nel Tusculano l' anno DCCVIII, il 22 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

Sebben non ho che scrivere, ti scrivo tuttavia, parendomi teco parlare. Io ho qui Nicia e Valerio. Aspetto oggi tue lettere della mattina; e forse ne avrò appresso mezzodì, se già le epirotiche non ti guastano; le quali io non intendo sconciare. Ti mando le lettere a Marciano ed a Montano; cacciale nel piego medesimo, se non l'hai già messo alla posta.

DLXXXIV. (Ad Att. XIII, 1)

Argumentum. 1 De literis ad Ciceronem filium et Tullios ab Attico missis; 2 de hortorum emendorum negotio; 3 de epistola ad Caesarem, de Nicia et Peducaeo.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, IX Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Ad Ciceronem [1] ita scripsisti, ut neque [2] severius, neque temperatius [3] scribi potuerit; nec magis, quam quemadmodum ego maxime vellem. Prudentissime etiam ad Tullios [4]. Quare aut ista proficient, aut aliud agamus [5].

2 De pecunia vero, video a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam: quod si efficis [6], a te hortos habebo. Nec vero ullum genus possessionis est, quod malim, maxime scilicet ob eam causam [7], quae suscepta est; cuius festinationem mihi tollis, quoniam de aestate [8] polliceris, vel potius recipis: deinde etiam ad καταβίωσιν moestitiamque minuendam nihil mihi reperiri potest aptius; cuius rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim. Sed me ipse revoco. Non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. Itaque istuc iam pro facto [9] habeo.

3 Exspecto, quid istis [10] placeat de epistola

DLXXXIV. (Ad Att. XIII, 1)

Argomento. 1 Delle lettere scritte da Attico al figliuolo Cicerone e ai Tullii; 2 dell'affare della compera degli orti; 3 della lettera a Cesare, di Nicia e di Peduceo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 23 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 A Cicerone tu hai scritto per forma che nè con severità nè con moderazione maggiore si potea scrivere ad uomo del mondo, nè più secondo che io meglio desiderava [1]; eziandio ai Tullii col sommo della prudenza. Adunque, o queste faranno profitto, o noi ci volgeremo ad altro.

2 Intorno al danaro, veggo che tu ti dai attorno, o piuttosto che ti se' dato. Se tu mi fornisci di questo, conoscerò gli orti da te. Ora non c'è podere che io meglio ami, soprattutto (s'intende) per la cagione che è intavolata, per conto della quale tu mi liberi dal sollicitarla, promettendomi, o piuttosto obbligandomiti che in questa estate. Oltre a che, non potrebbe eziandio ritrovarsi altro argomento più a proposito *al rimanente della mia vita*, ed al menomarmi malinconia. Ora la voglia che io ne ho mi strascina talora a volertene far pressa; ma mi ritengo: non dubitando io che tu non sii più caldo di me in ogni cosa che tu vegga da me esser forte desiderata [2]. Adunque io fo la cosa già fatta.

3 Aspetto di sentire come entri a cotestoro la cosa

ad Caesarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peducaeum nostrum vehementer diligo. Nam et quanti patrem feci, totum in hunc [11]; et ipsum per se [12] aeque amo, atque illum amavi; te vero plurimum, qui hoc ab utroque nostrum fieri velis. Si hortos inspexeris, et si de epistola [13] certiorem me feceris; dederis mihi, quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid. Numquam enim deerit [14].

DLXXXV. (Ad Att. XIII, 2)

Argumentum. 1 De literis Attici et negotiis ei mandatis; 2 de Ariarathis adventu; 3 de auctione Peducaei; 4 de Dionysii literis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, IX Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Gratior mihi celeritas tua, quam ipsa res [1]. Quid enim indignius? Sed iam ad ista obduruimus, et humanitatem [2] omnem exuimus. Tuas literas hodie exspectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? verumtamen [3]. Oppio et Balbo epistolas deferri iubebis, et tamen Pisonem sicubi de auro [4]. Faberius si venerit, videbis ut tantum attribuatur [5], si modo attribuetur, quantum debetur. Accipies ab Erote [6].

della lettera a Cesare. Nicia ti vuol tutto il bene che dee, e gongola della memoria che tu hai di lui. Io poi Peduceo mi tengo nel cuore. Imperocchè tutto l'amore che io ho mai portato a suo padre, hollo raccolto in lui; lui amo io, per lui in proprio altrettanto che lui; te troppo più, il quale hai caro che ciò si faccia da ambedue noi. Se tu farai la veduta degli orti, e mi dirai della lettera, m'avrai dato di che scriverti; se no, ed io scriverò tuttavia. Manca materia!

DLXXXV. (Ad Att. XIII, 2)

Argomento. 1 Delle lettere di Attico e degli affari affidatigli; 2 della venuta di Ariarate; 3 dell'incanto di Peduceo; 4 delle lettere di Dionisio.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 23 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Più m'è cara la tua prestezza, che il fatto medesimo; del quale che puote esser più tristo? [1] se non che a dir così fatte cose abbiam già fatto callo, ed ogni senso d'uomo gittato via [2]. Aspetto oggi tue lettere; e non già per averne novità: imperocchè quale? tuttavia . . . . Darai ricapito alle lettere a Balbo e ad Oppio; anche Pisone, per conto dell'oro [3]: se qui, o quivi. Venuto che sia Faberio, farai che sia pagato (se però pagherà) quanto è il debito; te ne puoi informare da Erote.

2 Ariarathes, Ariobarzani [7] filius, Romam venit. Vult, opinor, regnum aliquod emere a Caesare. Nam, quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. Omnino eum Sestius noster parochis publicis [8] occupavit; quod quidem facile patior. Verumtamen, quod mihi, summo beneficio meo, magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me deversetur. Ad eam rem quum mitterem Alexandrum, has ei dedi literas.

3 Cras igitur auctio Peducaei [9]. Quum poteris ergo [10]: etsi impediet fortasse Faberius; sed tamen, quum licebit.

4 Dionysius noster [11] graviter queritur, et tamen iure, a discipulis [12] abesse tam diu. Multis verbis scripsit ad me, credo item ad te. Mihi quidem videtur etiam diutius afuturus: ac nollem. Valde enim hominem desidero.

DLXXXVI. (Ad Att. XIII, 3)

Argumentum. 1 De nominibus ad hortos emendos expediendis; 2 de Bruti adventu.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VIII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 A te literas exspectabam; nondum scilicet [1]. Nam has mane rescribebam. Ego vero ista no-

2 Ariarate [4], figliuolo di Ariobarzane, è venuto a Roma, per comperar (credo io) qualche regno da Cesare: da che, quanto al suo aver d'oggidì, egli non ha del suo dove mettere un piede. Il nostro Sestio, non ha dubbio, fu primo a fornirlo della pubblica provvigione [5]; il che non mi dispiace. Tuttavia, per esser io amico de' fratelli di lui, a cagione di grandissimo bene fatto loro [6], l'invito io per lettere, che voglia pigliar albergo in casa mia; pel quale effetto mandando io Alessandro, gli ho consegnato questa lettera.

3 Domani adunque si farà l'incanto di Peduceo: adunque quando potrai: sebben forse Faberio guasterà; tuttavia quando potrai.

4 Il nostro Dionigio [7] si duol forte (ed ha ragione) d'essere tanto tempo tenuto lontano dagli scolari. A me ne ha scritto a dilungo, e così credo anche a te. Or io penso che egli dovrà anche più star fuori; il che mi pesa, avendo io gran desiderio d'averlo qui.

DLXXXVI. (Ad Att. XIII, 3)

Argomento. 1 Della voltura di danaro da farsi per comprare gli orti; 2 della venuta di Bruto.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 24 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Aspetto tue lettere; ma egli non è anche ora: rispondendoti io con questa di mattina. Io accetto co-

mina [2] sic probo, ut nihil aliud me moveat, nisi quod tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: qui si ipse negotium meum gererem, nihil gererem, nisi consilio tuo [3]. Sed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua semper uteris, quam quod dubites de nominibus istis. Etenim Caelium non probas [4]: plura non vis. Vtrumque laudo. His igitur utendum est. Praes aliquando factus esses [5], et in his quidem tabulis. A me igitur omnia [6]. Quod dies longior est [7] (teneamus modo quod volumus), puto fore istam etiam a praecone diem, certe ab heredibus. De Crispo et Mustela videbis [8]: et velim scire, quae sit pars duorum.

2 De Bruti adventu [9] eram factus certior. Attulerat enim ab eo Aegypta libertus literas. Misi ad te epistolam, quia commode [10] scripta erat

DLXXXVII. (Ad Att. XIII, 27)

Argumentum. 1 De epistola ad Caesarem omittenda; 2 de hortis Scapulanis; 3 de Erote ad Atticum misso.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VIII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 De epistola ad Caesarem [1], nobis vero semper rectissime placuit, ut isti [2] ante legerent. Aliter enim fuissemus et in hos inofficiosi, et in

teste dêtte così di largo, che null'altro mi sconcia se non il dubbio che tu me ne mostri tu. Imperocchè io non piglio in bene che tu ti rimetta a me: quando io, in causa mia propria, niente farei che consigliato da te. Se non che io veggo bene che tu il fai più per tenerezza (come fai sempre), che per dubbio che tu abbia di coteste dêtte. Chè ecco di Celio non ti fidi troppo [1]; e non vuoi ch'io proceda più avanti: e così sia dell'uno e dell'altro. Staremo adunque con questi. Senza questi, tu avresti dovuto farmi malleveria pur finalmente [2]. Farò dunque io di tutto. E poscia che il termine del giorno è più là, io spero che questo medesimo sarà posto dal banditore, o certo dagli eredi. Quanto a Crispo ed a Mustela, ci penserai; e vorrei sapere qual parte tocchi ad essi due.

2 Della venuta di Bruto sapeva io bene: da che Egitta liberto [3] m'avea portate sue lettere. Ti mando la lettera, essendo scritta con bel garbo [4].

DLXXXVII. (Ad Att. XIII, 27)

Argomento. 1 Tralascia di spedire la lettera a Cesare; 2 degli orti di Scapula, 3 della missione di Erote ad Attico.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 24 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Circa la lettera a Cesare [1], la cosa è qui: che io ebbi troppa ragione di volere che cotesti l'avessero prima letta; chè nol facendo, avremmo fatto scortesia

nosmetipsos, si illum offensuri fuimus, paene periculosi. Isti autem ingenue [3], mihique gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt; illud vero vel optime, quod ita multa [4] mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit [4]: quamquam de Parthico bello [5] quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabar? Quod enim aliud argumentum epistolae nostrae, nisi κολακία, fuit? An, si ea, quae optima putaram, suadere voluissem, oratio mihi defuisset? Totis igitur literis nihil opus est. Vbi enim ἐπίτευγμα magnum nullum fieri possit, ἀπότευγμα vel non magnum molestum futurum sit, quid opus est παρακινδυνεύειν? praesertim quum illud occurrat, illum, quum antea nihil scripserim [6], existimaturum, me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse [7]. Atque etiam vereor, ne putet, me hoc quasi Catonis μείλιγμα [8] esse voluisse. Quid quaeris? valde me poenitebat: nec mihi in hac quidem re quicquam magis ut vellem accidere potuit, quam quod σπουδὴ nostra non est probata. Incidissemus etiam in illos [9], in eis in cognatum tuum.

2 Sed redeo ad hortos. Plane illuc te ire, nisi tuo magno commodo, nolo. Nihil enim urget. Quicquid erit, operam in Faberio [10] ponamus. De die tamen auctionis, si quid scies.

3 Eum [11], qui e Cumano venerat, quod et plane valere Atticam nuntiabat, et literas se habere aiebat, statim ad te misi.

a cotestoro, e fatto in noi medesimi opera pericolosa, potendosene egli offendere. Ora costoro hanno fatto rettamente; ed io ho gradito che non mi tenessero occulto il lor sentimento: quello poi che compì l'opera, è stato, che tante sono le cose che e' vogliono veder mutate, che io non veggo ragione da rifare la lettera. Quantunque nell'opera della guerra Partica [2], doveva io tirare ad altro, che al piacere di lui? da che qual altro fine avea la lettera, che *dell'andargli a' versi?* È certo, se io avessi voluto scrivergli quello che io aveva per lo migliore, credi tu che mi mancassero le parole? Adunque non fa bisogno di lettere: imperocchè dove non *può cavarsene qualche tratto* magnifico, qualunque sbaglio anche piccolo può riuscire incomodo. Che bisogno *di metterci a risico?* massimamente che il cuor mi dice, lui poter pensare che io (non avendogli prima d'ora mai scritto) aspettassi di farlo a guerra finita. Ed anche temo non forse egli s'immagini aver io voluto con questo *medicar* quasi la cosa del mio Catone. Che ne vuoi tu? io me n'era pentito: e in questo fatto non mi potea incontrar cosa di più mio piacere di questa, che quel mio *zelo* non fosse approvato. Chè certo noi saremmo dati fra l'ugne de' cotali, e fra gli altri del tuo parente [3].

2 Ma mi rifo agli orti. Al tutto io non vo' che tu ti conduca colà, se non a tuo grande agio: da che niente fa pressa. Sia che vuole, stiamo attorno a Faberio; e tuttavia se tu saprai del dì dell'incanto.

3 Essendo venuto un cotal del Cumano, e dettomi, Attica del tutto star bene, e dicendomi d'aver lettere, tel mando subito.

DLXXXVIII. (Ad Att. XIII, 28)

Argumentum. 1 Exspectat quid de hortis Attico visum sit; 2 de epistola ad Caesarem omittenda; 3 de Niciae discessu.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Hortos quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, cras scilicet [1]. De Faberio autem, quum venerit.

2 De epistola ad Caesarem, iurato mihi crede, non possum [2]; nec me turpitudo [3] deterret, etsi maxime debebat. Quam enim turpis est assentatio, quum vivere ipsum turpe sit nobis? Sed, ut coepi, non me hoc turpe deterret. Ac vellem quidem [4] (essem enim, qui esse debebam); sed in mentem nihil venit. Nam, quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones [5], vides quibus in rebus versentur: adolescentem incensum cupiditate verissimae gloriae, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam valeret, cohortantur: ad decus non deest oratio. Ego quid possum? Tamen nescio quid e quercu [6] exsculpseram, quod videretur simile simulacri. In eo quia nonnulla erant paullo meliora, quam ea, quae fiunt et facta sunt, re-

DLXXXVIII. (Ad Att. XIII, 28)

Argomento. 1 Aspetta il parere di Attico sugli orti; 2 del suo parere che non si spedisca la lettera a Cesare; 3 della partenza di Nicia.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 25 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Poscia che oggi tu sarai a vedere gli orti, domani il tuo parere. Quanto a Faberio, riserbiamci alla sua venuta.

2 Circa la lettera a Cesare, credimi (tel dico sopra l'anima mia), non posso; e non è già che la vergogna me ne sconforti, quantunque troppo si converrebbe: conciossiachè che vergogna vuol essere il piaggiare, quando esso vivere è a noi vergogna? Ma, come io diceva, non è già la vergogna (così fosse pure! chè io sarei quale dovrei essere); ma ragione non mi dà innanzi. Imperocchè, quanto a' conforti che eloquenti e dotte persone danno ad Alessandro, tu vedi bene materia che egli hanno. Essi riscaldano un giovane il quale struggesi dell' ardore di una giustissima gloria, e dimanda a loro qualche consiglio ad opere di gloria immortale. All' onore i conforti non mancano. Io che ne posso io? E nondimeno io avea d'una quercia digrossato un non so che, il quale pareva avere qual cosa di statua [1]. Ora perchè in quell' abbozzo c' era qualcosa di meglio di ciò che si fa ora e fu fatto,

prehenduntur: quod me minime poenitet. Si enim pervenissent [7] istae literae, mihi crede, nos poeniteret. Quid? tu non vides ipsum illum Aristoteli discipulum [8], summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? Quid? tu hunc de pompa [9], Quirini contubernalem [10], his nostris moderatis epistolis laetaturum putas? Ille vero potius non scripta desideret [11], quam scripta non probet. Postremo, ut volet. Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam, *πρόβλημα Ἀρχιμήδειον* [12]. Multo mehercule magis nunc opto casum illum [13], quem tum timebam, vel quem libebit.

3 Nisi quid te aliud impediet, mihi optato [14] veneris. Nicias a Dolabella magno opere arcessitus (legi enim literas), etsi invito me, tamen eodem me auctore profectus est. Hoc manu mea [15].

DLXXXIX. (Ad Att. XIII, 29).

Argumentum. 1 Niciae de Iuvencio Talna iudicium refert; 2 de hortis emendis quid fieri velit, exponit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. VII Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Quum quasi alias res quaererem de philologis e Nicia [1], incidimus in Talnam [2]. Ille de in-

per questo la cosa va male; il che non mi duole: imperocchè, se la lettera fosse andata al suo destino, credimi, me ne dorrebbe. E che? non vedi tu come quel medesimo scolar d'Aristotele, di sommo ingegno e di somma modestia, come fu gridato re, diventò superbo [2], crudele, sfrenato? Che? pensi tu che costui dopo la processione [3], collocato con Quirino nel tempio [4], avesse dovuto godersi questa moderata mia lettera? Ti dico che egli ama meglio che non si scriva, di quello che legger cose che non gli aggradiscano. Ma faccia egli. Egli n'è andato quello che mi tenea in pena, e che t'ho proposto come *problema di Archimede* [5]. Io desidero più al presente (te lo prometto) quel caso, di quello che allora il temessi; e così qualunque altro.

3 Se altro non ti guasta, tu verrai a me desiderato. Nicia, chiamato focosamente da Dolabella (ho letto la lettera), sebbene di mala mia voglia, pure stimolato da me medesimo, se n'andò. Ciò di mia mano.

DLXXXIX. (Ad Att. XIII, 29)

Argomento. 1 Riporta il parere di Nicia intorno a Giovenzio Talna; 2 ed espone il suo sulla compera degli orti.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 25 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Dimandando io Nicia di una e d'altra cosa intorno agli studiosi delle lettere [1], cademmo sul ragio-

genio nihil nimis: modestum et frugi [3]. Sed hoc [4] mihi non placuit. Se scire aiebat, ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam sane, et multarum nuptiarum; non esse probatum [5] mulieribus, quod ita reperirent, rem non maiorem [6] DCCC. Hoc putavi te scire oportere [7].

2 De hortis [8] ex tuis literis cognovi, et Chrysippo. In villa [9], cuius insulsitatem bene noram, video nihil, aut pauca mutata. Balnearia tamen laudat [10] maiora; de minoribus ait hiberna effici posse. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco. Ad id autem, quod volumus, *ἀφίδρυμα*, nihil aptius videtur, quam lucus [11], quem ego noram: sed celebritatem nullam tum habebat; nunc audio maximam. Nihil est, quod ego malim. In hoc *τὸν τῦφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον.* Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quaerere, quanti. Othonem vincas volo [12]. Nec tamen insaniturum illum puto. Nosse enim mihi hominem videor. Ita male autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille emtor non esse [13] videatur. Quid enim? pateretur? [14] Sed quid argumentor? si Faberianum explicas, emamus vel magno; sin minus, ne parvo quidem possumus. Clodiam igitur [15]: a qua ipsa ob eam causam sperare videor, quod et multo minoris sunt, et Dolabellae

gionare di Talna. Egli d'ingegno non gli diè troppo; sì uom modesto e massaio. Ma questo non mi aggradì. Mi dicea di sapere, lui aver testè dimandata Cornificia, figliuola di Quinto, donna di qualche tempo, stata di molti; che le donne non se ne contentavano, sapendo il suo avere non passare gli ottocentomila sesterzi [2]. Ho creduto bene di fartelo assapere.

2 Circa gli orti, veggo quello che tu mi scrivi, e Crisippo [3]. Nella casa che io sapea bene fatta a sproposito, veggo niente, o poco essere stato mutato. Loda per altro i bagni maggiori; de' minori dice potersene fare stanze da inverno. Resta dunque da farvi una camminata coperta, la quale a far simile a quella che ho nel Tusculano, mi starà in cotesto luogo forse la metà meno. Ora *a farvi il tempio* (che è quello che voglio), niente mi par più a proposito del bosco che sapea bene esserci: ma allora non aveva alcuna frequenza; ora grandissima, mi vien detto. E questo è il mio maggior desiderio. *Per Dio, dammi mano a questa mia ambizione* [4]. Non altro resta, se non che se Faberio mi salda quel suo debito, tu non cercare del prezzo. Voglio che tu stia sopra Otone. Nè già credo io che colui sia per uscir de' gangheri [5]: da che mi pare aver conosciuto la taglia dell'uomo. Or io sento dire, lui essere sì a mal partito, che non pare dover mettersi a comperare: imperocchè acconcerebbesi egli mai? Ma che vo' io storiando? Dammi pure Faberio, e poi compriamo: costasse un mondo. Senza questo, non potremmo nè anche per picciol costo. In tal caso, a Clodia: dalla qual medesima mi par facile averlo per questo, che egli vagliono molto meno; e 'l debito di

nomen [16] iam expeditum videtur, ut etiam repraesentatione [17] confidam. De hortis satis. Cras aut te, aut causam [18]: quam quidem futuram Faberianam. Sed, si poteris.

DXC. (Ad Att. XIII, 30)

Argumentum. 1 De Q. Ciceronis epistolis; 2 de auctione et negotio Faberiano; 3 denique quaerit qui decem legati Mummio fuerint.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VI Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Ciceronis [1] epistolam tibi remisi. O te ferreum [2], qui illius periculis non moveris! Me quoque accusat [3]. Eam tibi epistolam misissem. Nam illam alteram [4] de rebus gestis eodem exemplo puto.

2 In Cumanum hodie misi tabellarium: ei dedi tuas ad Vestorium, quas Pharnaci dederas. Commodum [5] ad te miseram Demeam, quum Eros ad me venit. Sed in eius epistola nihil erat novi, nisi auctionem biduum. Ab ea [6] igitur, ut scribis; et velim, confecto negotio Faberiano: quem [7] quidem negat Eros hodie. Cras mane putat. A te colendus est. Istae autem κολακεῖαι [non] [8] longe absunt a scelere. Te, ut spero, perendie [9].

3 Mihi, sicunde potes, erues, qui decem le-

Dolabella mi sembra d'averlo in mano: onde mi confido poter fare a denar contanti. Ma basti degli orti. Domani adunque aspetto o te, o tua scusa; la qual vuol essere l'affar di Faberio. Ma tutto a tuo agio.

DXC.

(Ad Att. XIII, 30)

Argomento. 1 Delle lettere di Quinto Cicerone; 2 dell'asta ed affare Faberiano; 3 domanda chi fossero i dieci legati in compagnia di Mummio.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 26 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ti rimando la lettera di Cicerone. Deh! uom di ferro che tu sei, il quale non iscuotono i suoi pericoli [1]. Egli accusa me altresì. Io ti avrei mandato quella lettera; da che quell'altra, che conta delle cose da sè operate, la credo dello stesso tenore.

2 Oggi mandai corriere nel Cumano; dandogli la tua a Vestorio, che tu avevi data a Farnace. In quella che io t'avea mandato Demea, ed Erote fu da me; ma la sua lettera non avea altro di nuovo, se non l'incanto infra due giorni. Adunque dopo questo, come mi scrivi; ed amerei ad affar finito con Faberio; il quale Erote dice, non oggi, ma crede domattina esser qui. Fagli vezzi adunque [2]: chè queste *piagenterie* non sono a pezza peccati [3]. Spero vederti posdomani.

3 Cavami (onde che ti venga fatto) quali sieno stati

gati [10] Mummio fuerint. Polybius non nominat. Ego memini Albinum consularem, et Sp. Mummium. Videor audisse ex Hortensio, Tuditanum [11]. Sed in Libonis annali XIIII annis post praetor est factus Tuditanus, quam consul Mummius: non sane quadrat [12]. Volo aliquem Olympiae, aut ubi visum, πολιτικὸν σύλλογον [13], more Dicaearchi, familiaris tui.

DXCI. (Ad Att. XIII, 31)

Argumentum. 1 De Attici adventu exspectato; 2 de Dicaearchi libris mittendis; 3 de epistola ad Caesarem omittenda; 4 de hortis Scapulanis emendis, 5 de Q. filii luxuria.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. V Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Quinto Kal. mane accepi a Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te exspectare deberem. Sed, ut opinor, idem ego, qui exspecto tuum adventum, morabor te [1]. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, ut non habeat aliquid morae. Quum poteris igitur, quoniam etiamdum abes [2].

2 Dicaearchi, quos scribis, libros sane velim mihi mittas: addas etiam καταβάσεως.

i dieci legati sotto Mummio [4]: Polibio non li nomina. E' mi ricorda di un Albino consolare [5] e di Sp. Mummio; parmi che Ortensio mi dicesse, di Tuditano. Ma nell'annale di Libone trovo Tuditano fatto pretore quattordici anni dopo il consolato di Mummio: certo non quadra. Io voglio, a modo che fa Dicearco [6] tuo amico, un qualcheduno di Olimpia [7], o dove meglio ti pare, per una *tornata di repubblicanti.*

DXCI. (Ad Att. XIII, 31)

Argomento. 1 Della venuta desiderata di Attico; 2 della spedizione dei libri di Dicearco; 3 della lettera da non mandarsi a Cesare; 4 della compera degli orti Scapolani; 5 del lusso di Quinto figliuolo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 27 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ricevetti la mattina de' 27 da Demea la tua lettera del dì innanzi, la quale mi ti faceva aspettare oggi o domani. Ma, a quello che io veggo, io medesimo che ti aspetto, ti fo soprastare: da che non credo la bisogna di Faberio dover essere così spacciativa (e fosse ella anche così), che non porti però qualche indugio. Adunque quando potrai; da che tu se' ancora in città.

2 Mandami, di grazia, i libri di Dicearco, de' quali mi scrivi: ed aggiugnivi anche quello *della Discesa* [1].

3 De epistola ad Caesarem, κέκρικα [3]. Atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se, nisi constitutis rebus, non iturum in Parthos; idem ego suadebam in illa epistola: sin; utrum [4] liberet, facere posse, auctore me. Hoc enim ille exspectat videlicet, neque est facturus quicquam, nisi de meo consilio [5]. Obsecro, abiiciamus ista, et semiliberi saltem simus; quod assequemur et tacendo, et latendo.

4 Sed et aggredere Othonem, ut scribis. Confice, mi Attice, istam rem. Nihil enim aliud reperio, ubi et in foro non sim, et tecum esse possim. Quanti autem [6], hoc mihi venit in mentem. C. Albanius proximus est vicinus: is cıɔ iugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, H-S cxv [7]. Omnia scilicet nunc minoris [8]. Sed accedit cupiditas; in qua, praeter Othonem [9], non puto nos ullum adversarium habituros. Sed eum ipsum tu poteris movere: facilius etiam, si Kanum [10] haberes.

5 O gulam insulsam! [11] pudet me patris. Rescribes, si quid voles.

DXCII. (Ad Att. XIII, 32)

Argumentum. 1 De negotio Faberiano conficiendo; 2 de Dicaearchi libris mittendis; 3 de libris suis Attico reddendis; 4 de quaestione Attico proposita de decem legatis.

3 Quanto alla lettera a Cesare, *ho fermato già il chiodo:* e vedi che quel medesimo che cotestoro dicono lui scrivere, che egli non andrebbe contro i Parti se non a cose messe a ordine, quel medesimo gli persuadeva io in quella lettera; se no, egli potea fare, sopra di me, qual s'è l'una delle due cose. Ora questo è appunto che egli aspetta, e niente vorrà fare se non di mio consiglio. Ma deh! lasciamo andare coteste cose, e facciam d'esser liberi almen per metà; il che noi avremo tacendo e stando celati.

4 Ma e affronta Otone, secondo che scrivi; cavane le mani, o mio Attico: imperocchè io non trovo altra stiva, per essere fuori del foro, e viver con te. Or quanto al prezzo, m'è occorso questo pensiero: C. Albanio m'è più vicino d'ogni altro; egli comperò da M. Pilio mille giugeri (se male non mi ricorda) per centoquindicimila sesterzi [2]. È vero, oggidì tutto val meno; ma e' c'è la giunta della voglia, nella quale, da Otone infuori, io non credo avere a combattere con nessun altro. Ma tu potrai dar un assalto a lui medesimo: e meglio ti verrebbe anche fatto, se tu avessi Cano [3].

5 O gola da barbagianni! Mi vergogno io per suo padre. [4] Rispondimi, se ti par bene.

DXCII.

(Ad Att. XIII, 32)

Argomento. 1 Del bisogno di finire la faccenda con Faberio; 2 della spedizione dei libri di Dicearco; 3 della restituzione de' suoi ad Attico; 4 della questione proposta ad Attico intorno a' dieci legati.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. V Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Alteram a te epistolam quum hodie accepissem, nolui te una mea contentum. Tu vero age, quod scribis, de Faberio. In eo enim totum est positum id, quod cogitamus: quae cogitatio [1] si non incidisset (mihi crede istuc, ut cetera), non laborarem. Quamobrem, ut facis (istuc enim addi nihil potest), urge, insta, perfice.

2 Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque [2] velim mittas, et καταβάσεως. Τριπολιτικὸν non invenio, et epistolam eius, quam ad Aristoxenum misit. Tres eos libros maxime nunc vellem: apti essent ad id, quod cogito [3].

3 Torquatus [4] Romae est. Misi [5], ut tibi daretur. Catulum et Lucullum [6], ut opinor, antea. His libris nova prooemia sunt addita, quibus eorum uterque laudatur. Eas literas [7] volo habeas: et sunt quaedam alia.

4 Et, quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti [8]; credo, quia διὰ σημείων [9] scripseram. De C. Tuditano enim quaerebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem: eum video in Libonis [10] praetorem, P. Popillio, P. Rupilio consulibus. Annis XIIII ante, quam praetor factus est, legatus esse potuisset? nisi admodum

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 27 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Avend'io da te ricevuto oggi due lettere, non volli lasciarti contento di sola una mia. Adunque, secondo che scrivi, lavora nell'affar di Faberio: poichè tutto il nostro disegno dimora qui [1]; il quale (credimi in questo, come fai delle altre cose) se non mi fosse caduto in mente, io non me ne darei la pena che io fo. Adunque segui tuo usato (da che a più fervor non ha luogo), sollecita, premi, cavane le mani.

2 Mandami, ti prego, i due libri di Dicearco, *dell'anima* e *della Discesa* [2]. Non trovo il *Tripolitico* [3], e la lettera di lui scritta ad Aristosseno [4]. Questi tre libri io mi consumo di avere; chè troppo m'acconcerebbono a quel che sto mulinando.

3 Il Torquato [5] è in Roma; e diedi ordine che ti fosse dato: hai già, io credo, il Cátulo e 'l Lucullo. A questi libri ho aggiunto nuove prefazioni, con lode dell'uno e dell'altro. Questi scritti voglio che tu gli abbia, e con essi alcuni altri.

4 Or quanto a quel che ti scrissi de' dieci legati, tu non hai afferrato bene la cosa, credo, per aver io scritto *per cifra* [6]. Io dimandava di C. Tuditano [7], il quale avea saputo da Ortensio essere stato de' dieci; ora io in Libone lo trovo pretore sotto i consoli P. Popilio e P. Rupilio [8]. Poteva egli essere stato legato quattordici anni prima d'essere stato pretore? [9] se già egli

sero quaestor [11] est factus; quod non arbitror. Video enim curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Postumium autem, cuius statuam in Isthmo meminisse te dicis, in iis sciebam [12] fuisse. Is autem est, qui cum Lucullo fuit [13]; quem tu mihi addidisti, sane ad illum σύλλογον personam idoneam. Videbis igitur, si poteris, ceteros; ut possimus πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.

DXCIII. (Ad Att. XIII, 33)

Argumentum. 1, 2 De rebus ad hortos emendos pertinentibus; 3 de Dicaearchi libris; 4 de quaestione, qui fuerint inter decem legatos ad Mummium missos; 5 de Varronis et Capitonis adventu; 6 de Bruto in re Ciceronis gerenda exonerato.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, circ. Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Negligentiam miram! [1] semelne putas mihi dixisse Balbum et Faberium, professionem relatam? [2] Quin etiam eorum [3] iussu miseram, qui profiteretur. Ita enim oportere dicebant. Professus est Philotimus libertus. Nosti, credo, librarium [4]. Sed scribes [5], et quidem confestim.

2 Ad Faberium, ut tibi placet, literas misi. Cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H. in Capitolio [6]. In Virgilio mihi nulla est δυσωπία. Nec

non fosse assai tardi stato questore [10]; il che non posso recarmi a credere, veggendo io che egli nella giusta età ebbe assai di leggeri i magistrati curuli: ora che Postumio [11] (la cui statua tu dici di ricordarti d'aver veduta nell'Istmo) io sapeva essere stato di loro; ed egli è colui che fu con Lucullo [12], il quale tu m'hai bene aggiunto, per assai conveniente personaggio, a quella *tornata* [13]. Vedrai dunque, con tuo agio, di cavarmi anche gli altri, acciocchè *io possa far gala de' personaggi.*

DXCIII. (Ad Att. XIII, 33)

Argomento. 1, 2 Delle cose pertinenti alla compera degli orti; 3 de' libri di Dicearco: 4 del quesito, chi fossero i dieci legati spediti a Mummio; 5 della venuta di Varrone e Capitone; 6 di Bruto disimpegnato nell'affare di Cicerone.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, circa i primi di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 O sbadataggine miracolosa! pensi tu avermi Balbo e Faberio detto pure una volta, la nota essere stata presentata? [1] anzi, di loro ordine, io avea già mandato a farne la presentagione (secondo che mi dicevano esser bisogno); il liberto Filotimo fece l'ufizio. Tu conosci, ben credo, lo scrivano. Scrivi dunque, e di presente.

2 Scrissi a Faberio, come ti piace. Si credo che oggi tu abbia concluso qualcosa con Balbo nel Campidoglio. Per conto di Virgilio [2], io non ho un rispetto

enim eius causa sane debeo [7]: et, si emero, quid erit, quod postulet? [8] Sed videbis, ne is, quum sit in Africa, ut Caelius [9]. De nomine, tu videbis cum Cispio [10]: sed, si Plancus destinat [11], tum habet res difficultatem [12]. Te ad me venire uterque nostrum cupit; sed ista res [13] nullo modo relinquenda est. Othonem [14] quod speras posse vinci, sane bene narras. De aestimatione, ut scribis, quum agere coeperimus [15]: etsi nihil scripsit [16], nisi de modo agri. Cum Pisone [17], si quid poteris.

3 Dicaearchi librum accepi; et [18] καταβάσεως exspecto.

4 Negotium dederis [19]; reperiet ex eo libro, in quo sunt senatusconsulta Cn. Cornelio, L. Mummio consulibus. De Tuditano autem, quod putas, εὔλογον est, tum [20] illum, quoniam fuit ad Corinthum (non enim temere dixit Hortensius), aut quaestorem, aut tribunum militum; idque potius fuisse credo. Tu de Antiocho scire poteris. Vide etiam [21] quo anno quaestor, aut tribunus militum fuerit. Si neutrum quadret [22], in praefectis, an in contubernalibus fuerit, modo fuerit in eo bello.

5 De Varrone loquebamur; lupus in fabula. Venit enim ad me, et quidem id temporis [23], ut retinendus esset. Sed ego ita egi, ut non scinderem penulam [24]. Memini enim tuum [25]: et multi erant, nosque imparati. Quid refert? Paullo post

al mondo, nè credo doverne avere [3]; e se io compro, di che vorrà egli dolersi? [4] Ma tu avrai l'occhio non forse (essendo costui nell'Africa) facesse di quelle di Celio [5]. Quanto alla partita, fa d'accontarti con Cispio. Ma se Planco ha fermo il chiodo, in tal caso avremo che rodere. Ben abbiamo, sì tu e sì io, gran voglia di essere insieme; ma non è al tutto da lasciar questa bisogna pendente. Buona novella mi dai, che tu speri, Otone poter esser vinto [6]. Quanto alla stima [7], secondo che tu scrivi, quando saremo al trattare: sebbene egli nulla scrisse, salvo del quanto del terreno. Con Pisone, secondo che potrai.

3 Ebbi il libro di Dicearco, ed aspetto quello *della Discesa.*

4 Mettine in faccenda chicchessia: troverà la cosa dal libro de' senaticonsulti sotto i consoli Gn. Cornelio e L. Mummio. Circa Tuditano, è probabile quel che tu pensi, lui (poscia che e' fu a Corinto, nè certo Ortensio parlò all'impazzata) essere stato allora questore, o tribun de' soldati; e questo credo io meglio. Ma tu potrai averne il fermo da Antioco. E vedimi anche l'anno che egli fu questore, o tribun de' soldati. Caso che nè l'un nè l'altro suggelli, tasta se egli fu de' prefetti, o delle camerate [8]: bastami che egli fosse in quella guerra.

5 Noi stavamo parlando di Varrone (cosa ricordata per via va), che ecco lui medesimo; e ti prometto, a tal ora che era da ritenerlo. Se non che io parlai in modo che non gli stracciai il gabbano (mi ricordava de' modi tuoi); ed eravamo in molti, e sprovveduti. Ma che monta? Poco stante, eccoti C. Capitone con

C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attigi penulam: tamen remanserunt; ceciditque belle. Sed casu sermo [26] a Capitone de urbe augenda. A ponte Mulvio [27] Tiberim duci secundum montes Vaticanos; campum Martium coaedificari; illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. Quid ais? inquam. At ego ad tabulam; ut, si recte possim, Scapulanos hortos [28]. Cave facias [29], inquit. Nam ista lex perferetur. Vult enim Caesar [30]. Audire me facile passus sum: fieri autem, moleste fero. Sed tu quid ais? Quamquam quid quaero? nosti diligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis. Non concedit Camillo. Facies me igitur certiorem de Idibus [31]. Ista enim me res adducebat. Eo adiunxeram ceteras; quas consequi tamen biduo aut triduo post facile potero. Te tamen in via [32] confici minime volo. Quin etiam Dionysio ignosco [33].

6 De Bruto quod scribis, feci ut ei liberum esset, quod ad me attineret. Scripsi enim ad eum heri [Idib. Mai.] [34], eius opera mihi nihil opus esse.

DXCIV. (Ad Att. XIII, 6)

Argumentum. 1 De acquaeductu et columnario; 2 de hereditate Herenniana; 3 de epistola ad Brutum; 4 de iudicatu cavendo; 5 de quaestione de decem legatis ad Mummium.

T. Carrinate. A cotesti io toccai appena il gabbano; tuttavia non si fecer pregare, e la cosa andò co' suoi piedi. Ma per caso Capitone riuscì a dire del crescere la città; che il Tevere si conducesse da Ponte Molle lunghesso a' monti Vaticani 9; e insieme vi si fabbricasse il campo Marzio: cioè che quel campo Vaticano riuscisse un campo Marzio. Che ragioni fai tu? risposi io; e mi condussi a dire della tavola, per sapere se io potessi sperar bene degli orti di Scapula. Ed egli: Nol far, vedi: posciachè sarà portata questa legge, volendo così Cesare. — Non mi dolse l' udire la cosa: sì mi pesa l' effetto. Ma che ne di' tu? quantunque, che dimando io? tu sai accuratezza di Capitone nell'andare a caccia di novità: egli non cede a Camillo. Adunque mi ragguaglierai del giorno quindici, da che questa ragione mi ci recava; colla giunta delle altre, alle quali però due o tre giorni dopo potrò leggermente dare effetto. Tuttavia non voglio che tu ti ammazzi nel viaggio: anzi io ne fo bello e scusato anche Dionisio.

3 Circa quel che mi scrivi di Bruto, ho messo la cosa in suo arbitrio circa quello che era di mia partenenza: avendogli scritto ieri (15 di giugno) che non mi facca punto bisogno dell'opera sua.

DXCIV. (Ad Att. XIII, 6)

Argomento. 1 Dell' acquedotto, e della tassa sulle colonne; 2 della eredità Erenniana; 3 della sua lettera a Bruto; 4 dell'esentarlo dall'ufficio di giudice; 5 del quesito intorno ai dieci legati spediti a Mummio.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, Non. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 De aquaeducto probe fecisti. Columnarium [1], vide, ne ullum debeamus. Quamquam mihi videor audisse a Camillo, commutatam esse legem.

2 Pisoni, quid est, quod honestius respondere possimus, quam solitudinem Catonis? [2] nec coheredibus solum Herennianis, sed etiam, ut scis (tu enim mecum egisti), de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) [3] in Achaia sumserat. Sed agit liberaliter, quoniam negat se quicquam facturum contra nostram voluntatem. Coram igitur, ut scribis, constituemus, quemadmodum rem explicemus. Quod reliquos coheredes convenisti, plane bene fecisti [4].

3 Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum; sed tamen salvum est, et ait Tiro, te habere oportere [5]: et, ut recordor, una cum illius obiurgatoria [6] tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi.

4 Iudiciali molestia [7] ut caream, videbis.

5 Tuditanum istum, proavum Hortensii, plane non noram; et filium [8], qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mummium fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. Saepe enim hic Spurius [9], qui nuper est mortuus [10], epistolas mihi

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 4 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quanto all'acquedotto, egregiamente; cir ca al co lonnario, guarda bene se nulla è a pagare [1]: quantunque mi par che Camillo dicesse, la legge essere stata cangiata.

2 A Pisone qual più onesta risposta possiam noi dare di questa: Catone non avere chi sia per lui? [2] nè solamente nel fatto de' coeredi d'Erennio, ma eziandio (come sai, essendo tu stato a trattar meco) del fanciullo Lucullo; il qual danaro il tutore di lui (e questo è altresì il caso nostro) avea pigliato nell'Acaia [3]. Ma egli la fa da uomo gentile, affermando di nulla voler far contro il voler mio. Adunque di presenza, secondo che scrivi, rimarremo in concordia del come conchiudere la bisogna. Ben facesti di abboccarti con gli altri coeredi.

3 Circa la mia lettera a Bruto, che tu dimandi, non ne ho copia; ma ella è però in salvo, e Tirone afferma che tu dei averla: anzi, come mi ricorda, insieme colla sua, nella quale mi rimorchiava, io ti ho mandato anche la mia risposta a lui.

4 Vedrai che io sia cavato della briga del giudicare [4].

5 Cotesto Tuditano, bisavolo di Ortensio, io non conoscea punto del mondo; e l'avea preso per lo figliuolo, che allora non poteva esser legato. Ben so io per fermo, Mummio essere stato a Corinto: da che questo Spurio, morto testè [5], mi leggeva sue lettere in versi

pronuntiabat versiculis facetis, ad familiares missas a Corintho. Sed non dubito, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Atque hoc etiam accepi, non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos, ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius, M. Lucullum et L. Murenam et ceteros coniunctissimos [11] ad L. Lucullum misimus. Illudque εὐλογώτατον, illum fratri in primis eius legatis [12] fuisse. Operam tuam multam! qui et haec cures, et mea expedias, et sis in tuis multo minus diligens, quam in meis.

DXCV. (Ad Att. XIII, 4)

Argumentum. 1 De quaestione, qui fuerint ad Mummium legati de ordinandis Achaiae rebus, expedita; 2 de nominibus suis expediendis; 3 de Bruti adventu.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. VIII Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Habeo munus a te elaboratum decem legatorum [1]: et quidem sic puto [2]. Nam filius anno post quaestor fuit, quam consul Mummius.

2 Sed quoniam saepius de nominibus [3] quaeris, quid placeat; ego quoque tibi saepius respondeo, placere. Si quid poteris cum Pisone [4], conficies. Aulus [5] enim videtur in officio futurus.

burleschi [6], scritte da Corinto agli amici. Or io non dubito lui essere stato legato del fratello, non però de' dieci. Ed ho anche inteso, i nostri vecchi non essere stati soliti a mandar per legati de' dieci persone parenti degli imperadori [7]; contro quello che abbiam fatto noi, per non sapere que' bellissimi instituti, o per isbadataggine, che a L. Lucullo mandammo M. Lucullo e L. Murena [8], suoi stretti congiunti. Ben è *troppo probabile* che quello sia andato al fratello per uno de' suoi primi legati. Ma tu hai ben lavorato di forza, chè ed attendi a queste brighe, e dai spaccio alle mie; anzi ne' fatti tuoi metti assai meno di studio, che ne' miei.

DXCV. (Ad Att. XIII, 4)

Argomento. 1 Dello scioglimento del quesito: chi fossero i dieci legati spediti a Mummio per riordinare l'Acaia; 2 del pagamento de' suoi debiti; 3 della venuta di Bruto.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima dell' 8 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ricevetti il lavoro de' dieci legati, da te bello e fornito [1]. Ben credo così essere: imperocchè il figliuolo [2] fu questore un anno dopo che Mummio fu console [3].

2 Ora, posciachè circa le partite tu mi dimandi sì spesso se mi piacciano, ed io altresì spesso rispondo: mi piacciono. — Se con Pisone tu trovi buon terreno, e tu cavane le mani: da che di Aulo non dubito che egli debba osservar la parola.

3 Velim ante possis [6]; si minus, utique simul simus, quum Brutus veniet in Tusculanum. Magni interest mea, una nos esse. Scies autem, qui dies is futurus sit, si puero [7] negotium dederis, ut quaerat.

DXCVI. (Ad Att. XIII, 5)

Argumentum. 1 De Spurio Mummio fratris legato; 2, 3 breviter de aliis rebus, in primis de nominibus expediendis.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. VII Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Sp. Mummium putaram in decem legatis fuisse [1]: sed videlicet εὔλογον, fratri fuisse [2]. Fuit enim ad Corinthum.

2 Misi tibi Torquatum [3]. Colloquere tu quidem cum Silio, ut scribis, et urge. Illam diem [4] negabat esse mense Maio, istam non negabat. Sed tu, ut omnia, istuc quoque ages diligenter. De Crispo et Mustela [5], scilicet, quum quid egeris.

3 Quoniam ad Bruti adventum fore te nobiscum polliceris, satis est; praesertim quum hi tibi dies in magno nostro negotio [6] consumantur.

3 Amerei che tu fossi qua prima. Non potendo, vedi che siamo insieme al venire di Bruto nel Tusculano. E' m'importa troppo che noi ci troviamo insieme. Or tu saprai in qual dì s'abbia a fare, qualora al servo tu ordini d'informarsene.

DXCVI. (Ad Att. XIII, 5)

Argomento. 1 Di Spurio Mummio fratello del legato; 2, 3 brevemente d'altre cose, e specialmente del pagamento de' debiti.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima del 9 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io aveva creduto Sp. Mummio essere stato uno de' dieci legati; ma è probabile, lui essere stato *legato* del fratello: da che egli fu certo a Corinto.

2 Ti mando il Torquato [1]. Ora tu ti abboccherai con Silio, siccome scrivi, e farai pressa. Egli affermava, quel giorno non cadere in maggio; nol negava però di questo. Ma tu, come suoli delle altre cose, ti porrai a questa con ogni diligenza. Quanto a Crispo e Mustela, quando saprò quello che tu abbi conchiuso.

3 Da che tu mi ti prometti di esser meco alla venuta di Bruto, basterà così; massime che questi giorni ti verranno logorati in quel mio affaraccio.

DXCVII. (Ad Div. VI, 21)

Argumentum. Consolatur Torannium Corcyrae exsulantem, de suisque rebus, praeter universae reipublicae interitum, nihil esse ei timendum confirmat.

Scr., ut videtur, in Tusculano, A. V. C. DCCVIII, mense Quint.

CICERO TORANNIO [1] S.

Etsi, quum haec ad te scribebam, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli [2], aut iam aliquid actum et confectum videbatur: tamen quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu [3] mihi fuisse assensorem, et me tibi, solosque nos vidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo, spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima; quae aut interitum allatura esset, si victus esses, aut, si vicisses, servitutem [4]. Itaque ego, quem tum fortes illi viri et sapientes, Domitii et Lentuli [5], timidum esse dicebant (eram plane: timebam enim, ne evenirent ea, quae acciderunt); idem nunc nihil timeo, et ad omnem eventum paratus sum. Quum aliquid videbatur caveri posse, tum id negligi dolebam. Nunc vero, eversis omnibus rebus, quum consilio profici [6] nihil possit, una ratio videtur: quicquid evenerit, ferre moderate; praesertim quum omnium rerum mors sit extremum [7], et mihi sim conscius, me,

DXCVII. (A Div. VI, 21)

Argomento. Conforta Torannio, che viveva esigliato a Corfù, e intorno alle cose di lui lo assicura, nulla esservi a temere, fuori dell' intera rovina della Repubblica.

Scritta, come pare, nel Tusculano l'anno DCCVIII, nel mese di Luglio.

CICERONE A TORANNIO S.

Quantunque, scrivendo io questa lettera, o m' indovinassi vicino il termine di questa sciaguratissima guerra [1], ovvero qualcosa oggimai fatto e conchiuso; tuttavia io andava ogni dì rammentandomi, te solo di sì grande esercito essere entrato ne' miei sentimenti, e me solo ne' tuoi; e come soli noi due [2] vedemmo rovina che portava cotesta guerra, nella quale (sottrattane la speranza di pace) la stessa vittoria dover tornare acerbissima; da che, essendo tu vinto, tiravasi dietro la morte; e vincendo, la servitù. Adunque quell' io che allora questi forti uomini e savi [3], i Domizi ed i Lentuli [4], chiamavano timido (e così io era: chè temea non forse avvenisse quello che avvenne), quel medesimo nulla temo al presente che è rovinata ogni cosa: conciossiachè a nulla di bene possa valere il consiglio, resta solo il partito di portarci in pace checchè succeda; massimamente che di tutte cose la morte è l' ultima, ed io ho il testimonio della coscienza d' aver servito

quoad licuerit, dignitati rei publicae consuluisse, et, hac amissa, salutem [8] retinere voluisse. Haec scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui coniunctissima fuisti mecum et sententia et voluntate, eadem cogitares. Magna enim consolatio est, quum recordare [9], etiamsi secus acciderit, te tamen recte vereque sensisse. Atque utinam liceat aliquando, aliquo reipublicae statu nos frui, inter nosque [10] conferre sollicitudines nostras, quas pertulimus tum, quum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quae facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, praeter universae rei publicae interitum, tibi confirmo. De me autem sic velim iudices, quantum ego possim [11], me tibi, saluti tuae, liberisque tuis summo cum studio praesto semper futurum. Vale.

DXCVIII. (Ad Att. XIII, 7)

Argumentum. 1 Quid Sextius de Caesaris literis et de Lentulo narraverit, exponit; 2 Brutum in Tusculanum venisse nuntiat.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. VI Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Sextius [1] apud me fuit, et Theopompus [2] pridie: venisse a Caesare narrabat literas; hoc scribere, sibi certum esse Romae manere; cau-

alla dignità della Repubblica finchè si potea; e che perduta questa, mi son voluto mantener vivo. Questo ho io scritto non per fare il mio panegirico, ma per condur te negli stessi pensieri, da che avesti meco un medesimo sentire e un volere. Imperocchè questa è la maggior consolazione, il pensare che, sebben la cosa sia riuscita in contrario, tu abbi però giudicato con rettitudine e con verità. Così faccia Dio che noi possiamo quandochessia goderci un qualche stato di Repubblica, e comunicarci insieme gli affanni patiti nel tempo che noi eravamo avuti timidi, indovinando quel che è avvenuto. Ti fo fede che, dalla rovina pubblica in fuori, tu non dei temer nulla circa le cose tue: quanto a me, fa conto (ti priego) che io sarò sempremai a fare con ogni ardore a te, a' figliuoli tuoi ed alla tua salute tutto il bene che mai potrò. A Dio.

DXCVIII. (Ad Att. XIII, 7)

Argomento. 1 Narra ciò che Sestio recò sul conto delle lettere di Cesare e di Lentulo; 2 e riferisce essere Bruto venuto al Tusculano.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima del 10 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Sestio fu da me, e 'l dì innanzi Teopompo [1] contava esser venute lettere da Cesare, che dicevano, lui avere deliberato di fermarsi in Roma [2] (e la causa è

samque eam adscribere, quae erat in epistola nostra [3], ne, se absente, leges suae [4] negligerentur, sicut esset neglecta sumtuaria. Est εὔλογον: idque eram suspicatus. Sed istis [5] mos gerendus est; nisi placet [6] hanc ipsam sententiam nos persequi. Et Lentulum [7] cum Metella certe fecisse divortium. Haec omnia tu melius [8]. Rescribes igitur quicquid voles, dummodo quid [9]. Iam enim non reperio, quid [10] te rescripturum putem, nisi forte de Mustela, aut si Silium [11] videris.

2 Brutus heri venit in Tusculanum [12] post horam decimam. Hodie igitur me videbit: ac vellem, quum tu adesses [13]. Iussi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, exspectasse eius adventum, venturumque, si audisses; meque, ut facio, continuo te certiorem esse facturum.

DXCIX. (Ad Div. V, 9)

Argumentum. P. Vatinius, ex consulatu Illyrici rector a Caesare dictatore constitutus, Ciceroni dignitatem suam contra malivolos defendendam commendat.

Scr. ex castris, Narona A. V. C. DCCVIII, V Id. Quint.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S. D.

S. V. B. E. E. V. Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis servas, P. Vatinius cliens [1] advenit, qui pro se causam [2] dicier vult. Non,

la medesima della mia lettera[3]); acciocchè, non essendovi lui, le sue leggi non fossero buttate dopo le spalle, come fu quella delle spese. Egli è *ragionevole;* ed io ne avea preso sospetto. Ma egli è da andar a verso a cotesti; se già a te non piacesse meglio che io tenessi sodo nel mio proposto [4]. E dava altresì per certo il divorzio di Lentulo da Metella. Ma queste cose tu meglio di me. Rispondimi dunque checchè tu vorrai, purchè qualche cosa: da che io non so quello che io mi pensi che tu mi voglia rispondere; se già non fosse di Mustela, o se hai parlato con Silio.

2 Bruto venne ieri nel Tusculano dopo le dieci: dunque oggi sarà da me: or io vorrei, essendo tu qua. In fatti gli mandai dicendo, come tu lo avevi aspettato finchè avevi potuto; e che, saputo della sua venuta, saresti qua, e che io (come fo) tel farei di tratto sapere.

DXCIX. (A Div. V, 9)

Argomento. P. Vatinio, nominato da Cesare dittatore al governo dell'Illiria dopo il consolato, raccomanda a Cicerone la sua dignità contro de' malevoli.

Scritta da Narona, dal campo, l'anno DCCVIII, l'11 di Luglio.

P. VATINIO IMP. AL SUO CICERONE S.

1 Se tu sei sano, lode a Dio; io sono altresì. Se tu mantieni tuo costume di patrocinare gli amici, eccoti il tuo cliente P. Vatinio [1], che ti vuole per suo avvocato. Non credo che tu rimanderai indietro, in cosa

puto, repudiabis in honore, quem in periculo [3] recepisti. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente vincere didici? An verear, ne, qui potentissimorum [4] hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is, pro honore meo, pusillorum ac malivolorum obtrectationes et invidias non prosternat atque obterat? [5] Quare, si me, sicut soles [6], amas, suscipe me totum; atque hoc, quicquid est oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac sustinendum puta. Scis, meam fortunam, nescio quomodo, facile obtrectatores invenire: non meo quidem, mehercules, merito; sed quanti id refert, si tamen, fato nescio quo, accidit? Si qui [7] forte fuerit, qui nostrae dignitati obesse velit, peto a te, ut tuam consuetudinem et liberalitatem [8] in me absente defendendo mihi praestes. Literas ad senatum de rebus nostris gestis, quo exemplo [9] miseram, infra tibi perscripsi.

2 Dicitur mihi tuus servus anagnostes [10] fugitivus cum Vardaeis esse: de quo tu mihi nihil mandasti; ego tamen, terra marique ut conquireretur, praemandavi; et profecto tibi illum reperiam, nisi si in [11] Dalmatiam aufugerit. Et inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. A. d. V [12] Idus Quintiles, ex castris, Narona [13].

di suo onore [2], colui al quale, essendo in pericolo, hai aperto le braccia. Io poi qual altro torrei meglio a difendermi, che quello il quale mi avvezzò a vincere? O avrei io forse a temere che in caso di mio onore non possa riversare e tritare le maldicenze e le invidie di quattro cagnuoli ringhiosi colui il quale nel caso della mia vita si rise della cospirazione de' più potenti nemici? Adunque, se tu mi ami come facevi, pigliami tutto per tuo, e fa ragione di doverti addossar questo, qual che egli sia o peso od uficio, di mantenere e difendere la mia dignità. Tu sai come la mia fortuna, non so io come, ebbe sempremai pronti de' malevoli, e, ti prometto, non avendolo io meritato: ma questo che fa, quando a ogni modo non so qual mio destino portò così? Se dunque ci sarà chi voglia gittar fumo nella mia gloria, ti prego che tu voglia prestarmi la tua usata benignità nel difendermi così lontano. T'ho messo qui sotto la copia della lettera che ho scritto al Senato delle cose da me operate.

2 Mi fu raccontato che il tuo servo lettore [3], da te fuggito, è al presente co' Vardei [4]. Per costui conto tu non mi desti alcuna commissione; ma io ho già mandato cercando in mare ed in terra: e certo te lo scoprirò, fosse anche fuggitosi in Dalmazia: e nondimeno anche di là tel caverò io quando che sia. Tu vuoglimi bene. A Dio. Di Narona [5], agli 11 di luglio, dall'oste.

DC. (Ad Att. XIII, 8)

Argumentum. Breviter nonnulla ab Attico curanda mandat.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. IIII Id. Quint.

CICERO ATTICO S.

Plane nihil erat, quod ad te scriberem. Modo enim discesseras, et paullo post triplices [1] remiseras. Velim cures fasciculum ad Vestorium deferendum; et alicui des negotium, qui quaerat, Q. Faberii fundus num quis in Pompeiano Nolanove venalis sit. Epitomen Bruti Caelianorum [2] velim mihi mittas, et a Philoxeno [3] Παναιτίου περὶ προνοίας. Te Idibus videbo cum tuis.

DCI. (Ad Att. XIII, 9)

Argumentum. 1 Scribit ad se venisse Trebatium, Curtium, Dolabellam, Torquatum; 2 quaerit an nuptiae Bruti cum Porcia confectae sint; 3 sibi Arpinum eundum esse significat.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XVI Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Commodum discesseras heri, quum Trebatius venit, paullo post Curtius; hic salutandi causa: sed mansit invitatus. Trebatium nobiscum habe-

DC. (Ad Att. XIII, 8)

Argomento. Brevemente raccomanda alla cura di Attico alcune cose.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima del 12 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Io non ho al mondo che dirti: da che egli è un'ora che tu se' partito, e poco appresso ebbi da te risposta di tre facce [1]. Vorrei che tu dessi ricapito al piego per Vestorio; e che metta in faccenda alcuno che cerchi se Q. Faberio ponga in vendita qualche suo fondo o nel Pompeiano o nel Nolano. Mandami il sunto di Bruto di casa Celia [2], e 'l libro di Panezio [3] *della Providenza*, tratto da Filosseno. Ai 15 io ti vedrò co' tuoi.

DCI. (Ad Att. XIII, 9)

Argomento. 1 Scrive che vennero a trovarlo Trebazio, Curzio, Dolabella e Torquato; 2 domanda se le nozze di Bruto con Porcia sieno celebrate; 3 riferisce che gli è mestieri recarsi ad Arpino.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 17 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Tu non eri anche bene ieri partito, che ecco Trebazio, e poco appresso Curzio. Egli era venuto per salutarmi; ma da me invitato restò. Son qui con

mus. Hodie mane Dolabella. Multus sermo ad multum diem [1]. Nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. Ventum est tandem [2] ad Quintum. Multa ἄφατα, ἀδιήγητα: sed unum eiusmodi, quod, nisi exercitus [3] sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere [4]. Sed hactenus. Εὐκαίρως ad me venit, quum haberem Dolabellam, Torquatus; humanissimeque Dolabella, quibus verbis secum egissem, exposuit. Commodum enim egeram diligentissime: quae diligentia grata est visa Torquato.

2 A te exspecto, si quid de Bruto [5]. Quamquam Nicias confectum putabat; sed divortium [6] non probari. Quo etiam magis laboro idem, quod tu. Si quid est enim offensionis, haec res mederi potest [7].

3 Mihi Arpinum eundum est. Nam et opus est, constitui a nobis illa praediola [8]; et vereor, ne exeundi [9] potestas non sit, quum Caesar venerit: de cuius adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas [10] ex literis Messalae. Quum illuc venero, intellexeroque quid negotii sit; tum, ad quos dies rediturus sim, scribam ad te.

Trebazio. Stamattina Dolabella. S'è tirato il ragionare a gran dì: niente più significativo *di benvoglienza*, niente *d'amore* [1]. Cademmo a dire di Quinto: molte cose *da non le dire* [2], molte *da non contare;* una poi così fatta che, se l'esercito non la sapesse, non che dettarla io a Tirone, ma non ardirei di scriverla io medesimo. Ma basti. *A tempo* sopravvenne, essend'io con Dolabella, Torquato; il quale con infinita cortesia gli contò raccomandazione da me fattagli: imperocchè poco innanzi io gli avea fatta la maggior calca del mondo; il qual mio zelo Torquato mostrò assai di gradire.

2 Aspetto di sentir da te novelle, se n'hai di Bruto. Quantunque Nicia ci dava la cosa fatta; solamente il divorzio non era approvato. Di che io sono con te nel sollicitare la cosa: poichè se nulla c'è stato di poca soddisfazione, questa medicherebbe [3].

3 Mi bisogna andare in Arpino, perchè e fa mestieri metter a ordine que' poderetti; ed anche non vorrei, venendo Cesare, che mi fosse tolto il partire; della cui venuta fa Dolabella la ragion medesima che tu congetturavi dalle lettere di Messala. Venuto che io sia colà, e conosciuto quello che da far sia, ti scriverò infra quanti giorni io pensi tornare.

DCII. (Ad Att. XIII, 10)

Argumentum. 1 De Marcelli caede; 2 de libro Dolabellae inscribendo; 3 de Bruti nuptiis; 4 de itinere suo; 5 de causa, quae Magium ad caedem Marcelli impulerit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, XIV Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Minime miror, te et graviter ferre de Marcello [1], et plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere posset? [2] Omnia igitur metuenda. Sed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu praesertim: *me reliquum consularem.* Quid? tibi Servius quid videtur? [3] Quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi praesertim, qui non minus bene actum cum illis putem [4]. Quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an foris? [5] Quod nisi mihi hoc venisset in mentem, scribere ista nescio quae [6], quo verterem me, non haberem.

2 Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινότερα quaedam, et πολιτικώτερα [7]. Faciendum certe aliquid est. Valde enim desiderat.

3 Brutus si quid egerit [8], curabis ut sciam: cui quidem quamprimum agendum puto, praesertim si statuit. Sermunculum [9] enim omnem aut re-

DCII.

(Ad Att. XIII, 10)

Argomento. 1 Dell'assassinio di Marcello; 2 della dedica del libro a Dolabella; 3 delle nozze di Bruto, 4 della sua partenza; 5 del motivo che spinse Magio ad assassinare Marcello.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 19 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Non punto mi maraviglio e del tuo dolore per conto di Marcello [1], e che tu vegga in aria più altre cose scure. Conciossiachè chi avrebbe temuto tal cosa, che nè prima era mai avvenuta, nè parea che, a ragion di mondo, potesse avvenire? Adunque è da aver paura di tutto. Ma egli è *uno svarione di storia* (massimamente in te) *ch'io sia il solo uom consolare che resti.* Come ciò? Servio chi lo fai tu? [2] Quantunque ciò non monta nè qui nè quivi; e massime a me, il qual credo non meno doversene contentare coloro. Imperocchè or che cosa siam noi? o che possiam essere? forse meglio in casa che fuori? chè certo, se non mi dava pel capo di scrivere queste non so che cose, io non troverei a che mi voltassi.

2 A Dolabella credo da mandar (come scrivi e lo farò) qualcosa *più di comune, e più da governo.* Qualcosa è da fare: da che egli ne è così caldo.

3 Se di Bruto nulla sai, me lo scrivi; il quale altresì credo io che debba cavarne le mani, massime se ha già fermato il chiodo; chè ciò queterà, o anche

stinxerit, aut sedarit: sunt enim, qui loquantur etiam mecum. Sed haec ipse optime [10], praesertim si etiam tecum loquetur.

4 Mihi est in animo proficisci [11] XI Kal. Hic enim nihil habeo quod agam: ne hercule illic quidem, nec usquam; sed tamen aliquid illic [12].

5 Hodie Spintherem [13] exspecto. Misit enim Brutus ad me: per literas purgat Caesarem de interitu Marcelli; in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. Nunc vero, quum de Magio constet, nonne furor eius causam omnem sustinet? [14] Plane, quid sit [15], non intelligo. Explanabis igitur. Quamquam nihil habeo, quod dubitem, nisi ipsi Magio quae fuerit causa amentiae: pro quo quidem etiam sponsor Sunii factus est [16]. Nimirum id fuit. Solvendo enim non erat. Credo eum [17] petiisse a Marcello aliquid, et illum, ut erat, constantius respondisse [18].

DCIII. (Ad Att. XIII, 11)

Argumentum. Rogat, ut de omnibus rebus, quas scire sua intersit, scribat.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. X Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

Οὐ ταὐτὸν εἶδος [1]. Credebam esse facile [2]: totum est aliud, posteaquam sum a te disiunctior [3]. Sed

spegnerà ogni chiacchiera: da che e' se ne parla anche a me. Ma egli acconcerà la cosa a maraviglia, massime consigliandosi eziandio con te.

4 Io son vôlto a partire a' 22: da che qui non ho cosa del mondo a fare; e nè veramente eziandio là, nè dovechessia; e nondimeno là ci sarà cavelle.

5 Aspetto oggi Spintere; mel manda Bruto. Scrivendomi purga Cesare della morte di Marcello [3]; nel quale, nè eziandio se e' fosse stato ucciso per guato, potrebbe cadere sospetto: dove al presente, essendo certo il fatto di Magio, tutto il carico ritorna nel suo furore [4]. Al tutto io nulla ne attingo: tu dunque mi chiarirai. Sebbene io ho tutto assai chiaro, salvo il perchè Magio dovesse uscir così di cervello: quando Marcello in fatti gli era anche entrato pagatore a Sunio. Ma certo la cosa è qui: egli non avea da pagare; egli avrà dimandato qualcosa a Marcello: egli, secondo che era tagliato, gli avrà risposto duramente.

DCIII. (Ad Att. XIII, 11)

Argomento. Lo prega che scriva qualunque cosa che gli giovi di sapere.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 23 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Altra vista danno le cose lontane, da quelle che hai sugli occhi. Mel credea facile; ma ben lo trovo

fuit faciendum, ut et constituerem mercedulas praediorum [4], et ne magnum onus observantiae Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore, quum ille me quotidie videre vellet, ego ad illum ire non possem, privabatur omni delectatione Tusculani [5]. Tu igitur, si Servilia venerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obviam [6]; quicquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pisonem [7], si poteris, convenies. Vides, quam maturum sit [8]. Sed tamen, quod commodo tuo fiat.

DCIV. (Ad Att. XIII, 12)

Argumentum. 1 De Atticae valitudine; 2 de oratione Ligariana; 3 de libris ad Varronem scribendis; 4 de Brinniana auctione, de Scapulanis hortis.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, IX Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Valde me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra [1]; eaedem tamen sanaverunt. Quod enim te ipse consolabare eisdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendam aegritudinem.

2 Ligarianam [2] praeclare vendidisti. Posthac quicquid scripsero, tibi praeconium deferam [3].

3 Quod ad me de Varrone scribis, scis me

tutto altro, da che io son da te più lontano. Se non che egli m'è stato bisogno, sì per fermare gli affitti de' poderetti, e sì per non caricar troppo Bruto nostro nel fatto de' convenevoli. Conciossiachè quinci innanzi noi potremo insiem godercela nel Tusculano: dove al presente, volendo egli ogni giorno esser da me, e non potendo io altresì esser con lui, gli era tolto ogni piacere del Tusculano. Adunque tu mi scriverai se sia venuta Servilia; se Bruto nulla conchiuso, anche se sia risoluto, e quando si condurrà a scontrarla: in somma ogni cosa che tu giudicherai da farmi sapere. Ti acconterai con Pisone, potendo: e tu ben vedi che la cosa è sullo scocco; tuttavia, senza tuo sconcio.

DCIV. (Ad Att. XIII, 12)

Argomento. 1 Della salute di Attica; 2 dell'orazione a favore di Ligario; 3 de' libri che pensa di scrivere a Varrone; 4 dell'incanto de' beni di Brinnio, e degli orti di Scapula.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 24 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 M'è stato una spina quel che m'hai scritto della nostra Attica; ma e in quel medesimo v'hai posto il balsamo: perchè le ragioni con le quali tu consolavi quivi te stesso, ben valeano altresì a scemarmi tristezza.

2 Assai largo spaccio hai tu dato alla mia orazione per Ligario: onde quinci innanzi, scrivendo io qualcosa, ne commetterò a te da far la trombata.

3 Quanto a ciò che mi scrivi di Varrone, tu sai

ante [4] orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. Postea autem quam haec coepi φιλολογώτερα [5], iam Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem προσφώνησιν [6]. Biennium praeteriit, quum ille Καλλιππίδης [7] assiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον [8], si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus adscribit, αἴκε δύνηαι. Nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, sane mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despondimus; idque tu eum non nolle mihi scripsisti. Ergo illam ἀκαδημικὴν [9], in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus [10]. Etenim sunt 'Αντιόχεια [11], quae iste valde probat. Catulo et Lucullo alibi reponemus [12]; ita tamen, si tu hoc probas: deque eo mihi rescribas velim.

4 De Brinniana auctione [13] accepi a Vestorio literas. Ait, sine ulla controversia rem ad me esse collatam [14] (Romae videlicet, aut in Tusculano me fore putaverunt) a. d. VIII Kal. Quint. Dices igitur vel amico tuo, S. Vettio [15], coheredi meo, vel Labeoni nostro, paullum proferant auctionem; me circiter Nonas [16] in Tusculano fore. Cum Pisone Erotem habes [17]. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Dies [18] adest.

che io per addietro era solito scrivere orazioni, od altro di simil fatta: cotal che non ci potea in nessun luogo cacciar Varrone [1]. Ma da che ho messo mano *a queste cose alquanto più erudite*, m' avea già Varrone dinunziato una ben solenne e grave *dedicazione* [2]. Or egli m' è andato ben due anni che quel *Callipede*, correndo lanciato, non acquistò un cubito di strada [3]; e intanto io mi apparecchiava di rispondere alle poste sue *con altrettanto e meglio*, sì veramente che avessi potuto: da che anche Esiodo ci fa questa chiosa: *Sì veramente, che tu possi.* — Ora l'*Opera de' Fini* (che a me infatti va a sangue) io ho promessa, secondo il piacer tuo, a Bruto; e tu m' avevi scritto che essa non gli putiva. Adunque l'*Opera Accademica*, nella quale persone, nobili sì, ma per nulla amanti di lettere, parlano troppo sottile, trasportiamla a Varrone: chè sono *cose da Antioco* [4]; ed egli è quivi in casa sua. Per Cátulo e per Lucullo [5] troveremo altro luogo; a condizione però che tu ne sii contento [6]; e di questo rispondimi, te ne prego.

4 Circa l' asta di Brinnio mi scrisse Vestorio, dicendomi che senza una difficoltà del mondo la cosa era rimessa in me ne' 25 di giugno (vuol dire che e' si credevano che io dovessi essere in Roma, o nel Tusculano). Tu adunque dirai o al tuo amico Sp. Vezzio, mio coerede, o al nostro Labeone, che e' vogliano allungar un po' il collo all' incanto; che io intorno alle none sarò nel Tusculano. Tu hai Erote con Pisone. Circa gli orti di Scapula è da pensare a tutt' uomo; chè il giorno è qui.

DCV.

(Ad Att. XIII, 13)

Argumentum. 1 De libris Academicis Varroni inscriptis; 2 de Atticae valitudine.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. VIII Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtulique [1] ad nostrum sodalem; et ex duobus libris contuli in quatuor. Grandiores sunt omnino, quam erant illi; sed tamen multa detracta. Tu autem mihi pervelim scribas, qui intellexeris illum velle [2]. Illud vero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, nisi forte Brutum [3]. Id hercle restabat. Sed tamen scire pervelim. Libri quidem ita exierunt [4] (nisi forte me communis φιλαυτία decipit), ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quicquam [5]. Tu illam iacturam feres aequo animo, quod illa, quae habes de Academicis, frustra descripta sunt. Multo tamen haec erunt splendidiora, breviora, meliora. Nunc autem ἀπορῶ, quo me vertam. Volo Dolabellae valde desideranti [6]. Non reperio, quid; et simul αἰδέομαι Τρῶας [7]: neque, si aliquid, potero [8] μέμψιν effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum [9].

DCV. (Ad Att. XIII, 13)

Argomento. 1 De' libri Accademici dedicati a Varrone; 2 della salute di Attica.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 25 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quello che tu di Varrone m'hai scritto m'indusse a levar da' miei libri Accademici que' nobilissimi personaggi, trasportandoli nel nostro amico; e di due n'ho fatto quattro. Son veramente al tutto più grossi che non erano quelli; e tuttavia ne ho levato non poco. Io poi mi muoio della voglia di sapere come sia stato che tu t'accorgesti che la cosa gli piaceva. E quest'altra bramo io ben di sapere, a chi tu abbia ritratto *che egli portava invidia*, se già non fosse Bruto [1]. In fede mia mancava anche questa [2]; tuttavia mi sarà tracaro che tu me ne chiarisca. I libri a buon conto già usciti, sono (se già non me ne inganna *l'amor proprio*, come suole) tal cosa che nè i Greci eziandio ci diedero mai in siffatto genere cosa simile. Tu ti acconcerai pazientemente al danno dell'aver indarno fatto copiare quelle cose Accademiche che tu hai; e tuttavia queste saranno via più sfolgorate, e più brevi e migliori. Ma al presente *sono in ponte* di partito da prendere. Io vo' contentar Dolabella, che ne muore di voglia. Ma non trovo che; e nel medesimo tempo *temo delle Troiane* [3]; e trovando anche qualcosa, come potrei io cessare *il rimprovero?* Il perchè o io debbo starmi indarno, o trovar checchessia.

2 Sed quid haec levia curamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? quae me valde angit. Sed crebro regusto tuas literas: in his acquiesco. Tamen exspecto novas.

DCVI. (Ad Att. XIII, 16)

Argumentum. 1 De libris Academicis ad Varronem translatis; 2 pauca addit de aliis.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. VII Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Nos, quum flumina et solitudines [1] sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem e villa adhuc egressi non sumus: ita magnos et assiduos imbres habebamus. Illam ἀκαδημικὴν [2] σύνταξιν totam ad Varronem traduximus. Primo fuit [3] Catuli, Luculli, Hortensii. Deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, quod erat hominibus nota, non illa quidem ἀπαιδευσία [4], sed in iis rebus ἀτριψία; simul ac veni ad villam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli. Ecce tuae literae de Varrone. Nemini visa est aptior Ἀντιόχεια ratio [5]. Sed tamen velim scribas ad me, primum placeatne tibi aliquid ad illum [6]; deinde, si placebit, hocne potissimum.

2 Quid Servilia [7], iamne venit? Brutus ecquid agit, ecquando? De Caesare quid auditur? Ego

2 Ma che tanta pena di queste cianciafruscole? La mia Attica che fa ella, di grazia? io ne son tribolato forte. Ma io vo' a mano a mano succiando tue lettere: in queste mi vo' quetando; e tuttavia ne aspetto di nuove.

DCVI.

(Ad Att. XIII, 16)

Argomento. 1 De' libri Accademici trasportati alla persona di Varrone; 2 aggiugne poche altre cose.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 26 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Andandomi io in cerca di fiumi e di solitudini da poter sostentarmi un po' meglio, non ho ancora cavato piè di soglia: tanto grandi acquazzoni abbiamo avuti e continui. Tutto quel *trattato Accademico* abbiam voltato a Varrone. Al principio egli era di Cátulo, di Lucullo, di Ortensio; appresso (conciossiachè ci parea *poco a cotali uomini convenire,* essendo a tutti nota la loro, non dirò *ignoranza,* ma *nessuna perizia* di tali cose), come fui arrivato in campagna, ho trasportato i discorsi medesimi in Catone ed in Bruto. Ma ecco tue lettere che dicean di Varrone. A niuno meglio che a lui andava investito l'argomento di *Antioco.* Nondimeno avrei caro che mi scrivessi, prima se ti piaccia che io gli dedichi qualcosa; l'altra, s. (piacendoti) credi meglio questa che altra.

2 E Servilia? è ella anche venuta? E Bruto fa egli nulla? e quando? Di Cesare che si bucina? Io verso

ad Nonas [8], quemadmodum dixi. Tu cum Pisone [9], si quid poteris.

DCVII. (Ad Att. XIII, 14)

Argumentum. 1 Scribit, se Brinnii libertum nolle ad se venire; 2 petit, ut Atticus de Bruto et Caesare, quae rescierat, scribat; 3 et de libris ad Varronem mittendis consideret.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. VI Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Brinnii libertus, coheres noster, scripsit ad me, velle, si mihi placeret, coheredes, se et Sabinum Albium ad me venire. Id ego plane nolo: hereditas tanti non est [1]. Et tamen obire auctionis diem facile poterunt (est enim III Idus), si me in Tusculano postridie Nonas mane convenerint. Quod si laxius volent proferre diem [2], poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur. Nihil enim interest. Quare, nisi iam profecti sunt, retinebis homines.

2 De Bruto, si quid erit; de Caesare [3], si quid scies; si quid erit praeterea, scribes.

3 Illud etiam atque etiam consideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem, quod scripsimus [4]. Etsi etiam ad te aliquid pertinet. Nam scito, te ei dialogo adiunctum esse tertium. Opi-

il dì 7, come t'ho scritto. Tu tratterai con Pisone, se nulla ti verrà fatto.

DCVII. (Ad Att. XIII, 14)

Argomento. 1 Scrive non volere che il liberto di Brinnio venga a sè; 2 prega Attico che gli scriva ciò che ha potuto sapere di Bruto e Cesare; 3 ed esamini se convenga mandare i libri a Varrone.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 27 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Il liberto di Brinnio nostro coerede mi scrisse, come egli intendea venire a me con Sabino Albio, se non mi dispiaceva. A me non piace punto del mondo: l'eredità non val tanto. Potranno tuttavia essere comodamente all'incanto (che fie agli 11), venendo essi a me a' 6 nel Tusculano. Tuttavia volendo essi menar il giorno più alla lunga, possono pigliarsi due o tre dì, o come meglio vorranno: da che nulla monta. Il perchè, se egli non sono già mossi, li riterrai.

2 Circa Bruto, se nulla avvenga; circa Cesare, se nulla ne saprai; e se altro sopra di queste cose, mi scriverai.

3 Ma pensa, ti prego, e ripensa bene, se ti capia nell'animo che io mandi a Varrone quello che ho scritto; sebbene in questa cosa tu hai qualche parte anche tu: chè, sappi, a quel dialogo tu vi s'è aggiunto per terzo. Onde io credo da ben maturare la cosa; quan-

nor igitur, consideremus. Etsi nomina [5] iam facta sunt. Sed vel induci, vel mutari possunt.

DCVIII. (Ad Att. XIII, 15)

Argumentum. De Atticae valitudine.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. VI Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

Quid agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo abs te nullas acceperam: nec mirum: nemo enim venerat; nec fortasse causa fuerat. Itaque ipse, quod scriberem, non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, exspectabam aliquem meorum: qui si venisset, et a te quid attulisset, videbam non defuturum, quod scriberem.

DCIX. (Ad Att. XIII, 17)

Argumentum. Petit, ut se certiorem faciat de Bruti nuptiis et de Atticae valitudine.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, V Kal. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

Quinto Kalend. exspectabam Roma aliquid; non quo imperassem. Igitur aliquid tuis [1]. Nunc eadem illa [2]: quid Brutus cogitet; aut, si aliquid egit,

tunque i nomi son già belli e trovati; ma e' si possono o cancellare, o mutare.

DCVIII. (Ad Att. XIII, 15)

Argomento. Della salute di Attica.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 27 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Dimmi un po', che fa la nostra Attica? chè sono ben tre giorni, non ne so nulla; nè maraviglia, non essendo venuto persona; e forse non c'è stato perchè: e però io medesimo non ho che scrivere. Ora in questo dì medesimo che do questa a Valerio, aspetto alcuno de' miei; il quale venendo, o portandomi qualche tua lettera, non mi mancherà, veggo bene, materia.

DCIX. (Ad Att. XIII, 17)

Argomento. Chiede che lo avverta delle nozze di Bruto e della salute di Attica.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 28 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

A' 28 aspettava qualcosa da Roma; non già che io avessi dato ordine di nessuna. Adunque a' tuoi metti in mano. Ora torno a quelle medesime: Che cosa pensi Bruto? che fatto? se nulla per conto di Cesare? —

ecquid a Caesare. Sed quid ista, quae minus curo? Attica nostra quid agat [3], scire cupio. Etsi tuae literae (sed iam nimis veteres sunt) recte sperare iubent. Tamen exspecto recens aliquid.

DCX.

(Ad Att. XIII, 18)

Argumentum. De libris ad Varronem perfectis.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. IIII Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

Vides, propinquitas quid habeat [1]. Nos vero conficiamus hortos. Colloqui videbamur, in Tusculano quum essem; tanta erat crebritas literarum. Sed id quidem iam erit [2]. Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem. Sed tamen exspecto, quid ad ea [3], quae scripsi ad te: primum, qui intellexeris eum desiderare a me, quum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset [4]; deinde, quem ζηλοτυπεῖν, nisi forte Brutum; quem si non ζηλοτυπεῖ, multo Hortensium minus [5], aut eos, qui de re publica loquuntur [6]. Plane hoc mihi explices velim: in primis, maneasne in sententia, ut mittam ad eum, quae scripsi [7]; an nihil necesse putes. Sed haec coram.

Ma che monta questo, che meno mi tocca? L'Attica nostra che fa? questo m'importa. Quantunque le tue lettere (ma son troppo vecchie) me ne danno buona intenzione; tuttavia aspetto qualcosa di fresco.

DCX.

(Ad Att. XIII, 18)

Argomento. De' libri a Varrone terminati.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 29 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Tu vedi comodità dell'esser vicini. Ma caviam le mani da questa cosa degli orti. Essend'io nel Tusculano, mi pareva che noi fossimo a colloquio: tanto era lo spesso andare e venir delle lettere; ma oggimai torneremo a questo medesimo. In questo mezzo tempo io, secondo i tuoi conforti, ho forniti i libri a Varrone, ti so dire, anzi acuti che no; ma prima aspetto il tuo sentimento circa quello che t'ho richiesto, come ti sii tu accorto, prima, lui desiderarli da me; che pure egli, uom *tutto in comporre,* non me ne fece mai un invito: l'altra, lui *averne invidia a chicchessia.* Or sarebbe mai Bruto? e se non questo; Ortensio [1] ben molto meno, o quelli che parlano di Repubblica [2]. Al tutto cavami di questo dubbio: e soprattutto, se tu sei pur di parere, che io a lui mandi quello che ho scritto; ovvero lo creda superfluo. Ma di ciò a bocca.

DCXI. (Ad Att. XIII, 19)

Argumentum. 1 Gratum sibi fuisse scribit, quod Atticae melius sit factum; 2 et quod Ligarianam orationem praeclare commendaverit; 3 postremo de libris Academicis ad Varronem scriptis.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. III Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Commodum discesserat Hilarus librarius IIII Kal., cui dederam literas ad te, quum venit tabellarius cum tuis literis pridie datis: in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodque tu ἀκίνδυνα esse scribis.

2 Ligarianam [1], ut video, praeclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus et Oppius, mirifice se probare; ob eamque causam ad Caesarem eam se oratiunculam misisse. Hoc igitur idem tu mihi antea scripseras.

3 In Varrone ista causa [2] me non moveret, ne viderer φιλένδοξος (sic enim constituebam, neminem includere in dialogos eorum, qui viverent): sed, quia scribis et desiderari a Varrone, et magni illum aestimare, eos confeci; et absolvi, nescio quam bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra, Academicam omnem quaestionem libris

DCXI. (Ad Att. XIII, 19)

Argomento. 1 Scrive d'essersi consolato del miglioramento della salute di Attica; 2 e della raccomandazione della orazione Ligariana; 3 infine, de' libri Accademici dedicati a Varrone.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 30 Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Non era appena a' 28 partito Ilaro cancelliere, ed io gli avea dato per te una lettera, che ecco il corrier con tue lettere del giorno innanzi; le quali senza fine mi consolano del pregarti che fa Attica, che non ti pigli malinconia; e di ciò che tu scrivi, il *mal* non esser *di risico.*

2 Il tuo credito ha messo in ciel, come veggo, la mia Ligariana; da che Balbo mi scrisse con Oppio, come senza fine è loro piaciuta; e che egli per questo aveano mandato a Cesare quella mia orazioncella [1]. E questo medesimo m' avevi già scritto tu.

3 Quello che di Varrone ho fatto, nol feci già per non dar vista *di uomo ambizioso* [2] (da che io aveva fermato di non introdurre ne' miei dialoghi persone vive): ma per quello che tu mi scrivi, lui desiderarli, e farne gran conto, gli ho forniti, e conchiuso in quattro libri, quanto bene non so, ma con tanta diligenza, che di più non avrei potuto, tutti i punti Accademici. In

quatuor [3]. In eis, quae erant contra ἀκαταληψίαν [4] praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi; ad ea ipse respondeo; tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis literis admoneor; meum κωφὸν πρόσωπον esset [5]. Hoc in antiquis [6] personis suaviter fit, ut et Heraclides in multis, et nos sex de Re publica libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati. In eis quoque eae personae sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. Puero me hic sermo inducitur, ut nullae esse possent partes meae. Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent [7]: in quo sermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni darem. Ἀζηλοτύπητον id fore putaram, quod omnes illi decesserant. Haec Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram [8]. Sane in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse umquam viderentur. Itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam ἕρμαιον arripui. Aptius esse nihil potuit ad id philosophiae genus, quo ille maxime mihi delectari videtur, measque partes [9]; ut non sim consecutus, ut superior mea

essi la parte delle cose egregiamente compilate da Antioco, contro *il non potersi nulla comprendere*, l'ho attribuita a Varrone; alle quali rispondo io, e tu entri terzo nel nostro ragionamento. Se io (come tu novellamente mi confortavi) avessi messo a disputar fra loro Cotta e Varrone, io restava *persona muta* [3]. Ciò fu fatto convenevolmente nelle persone di que' vecchi; e così fece Eraclide [4] in molte opere, e noi altresì ne' sei libri della Repubblica. E c' è anche i miei tre libri dell'Oratore, che forte a me vanno a sangue; ne' quali sono altresì messe in campo tali persone, che a me non si addicea di parlare. Conciossiachè parlano quivi Antonio, Cátulo il vecchio, C. Giulio, fratel di Cátulo, Cotta e Sulpizio. Ora il dialogo è introdotto, che io era fanciullo: onde a me non si convenia pigliar nulla parte. Ma le cose di me scritte oggidì hanno forma *Aristotelica;* le altre persone vi sono poste a parlare per forma, che egli ci tiene le prime parti. Così ho composto cinque libri *de' Fini*, assegnando la parte Epicurea a L. Torquato, la Stoica a M. Catone, ed a M. Pisone la *Peripatetica* [5]. Il che ho io creduto *fuor di ogni invidia*, essendo loro tutti morti. Or queste cose Accademiche aveva io, come sai, date a trattare tra Cátulo, Lucullo ed Ortensio; ma in effetto mal s' aggiustavano alle persone, essendo esse troppo più *sottili*, che fosse da credere loro averle eziandio mai sognate. Il perchè, appena letta la tua lettera, che dicea di Varrone, l'ho afferrato come *fortuna cadutami tra le mani* [6]. Non è cosa al mondo che meglio quadri a quello studio filosofico, che è proprio la sua beva, nè a quelle parti nelle quali non mi venne fatto

causa videatur. Sunt enim vehementer πιθανὰ Antiochia: quae diligenter a me expressa, acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum; si modo is est aliquis in nobis. Sed tu, dandosne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quaedam occurrunt: sed ea coram.

DCXII. (Ad Att. XIII, 20)

Argumentum. Breviter scribit de variis rebus; in primis, se de fama, quod Romam venire nolit, nihil laborare.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, pridie Kal. Sext.

CICERO ATTICO S.

A Caesare literas accepi consolatorias [1], datas prid. Kal. Maias Hispali. De urbe augenda [2] quid sit promulgatum, non intellexi: id sane scire velim. Torquato nostra officia [3] grata esse, facile patior; eaque augere non desinam. Ad Ligarianam [4] de uxore Tuberonis, et privigna [5], neque possum iam addere (est enim res pervulgata), neque Tuberonem volo defendere [6]. Mirifice est enim φιλαίτιος. Theatrum [7] quidem sane bellum habuisti. Ego, etsi hoc loco facillime sustentor [8], tamen te videre cupio. Itaque, ut constitui, adero [9]. Fratrem credo a te esse conventum. Scire igitur studeo, quid egeris. De fama [10] nihil sane

di superarlo: imperocchè *le prove* di Antioco sono assai ragionevoli. Or essendo poste in lume da me, ed hanno l'acutezza di Antioco, ed il lustro delle parole che loro do io; se però alcuno ne ho. Ma se questi libri tu li creda da assegnare a Varrone, tu ci penserai sottilmente. E' mi occorrono diverse considerazioni; ma a bocca.

DCXII. (Ad Att. XIII, 20)

Argomento. Tocca rapidamente varie cose; tra le altre, che non gliene cale nulla de' discorsi che giravano, ch' ei non volesse andare a Roma.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 31 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Ebbi da Cesare lettera di conforto, l'ultimo di aprile, da Ispali. Non so quello che siasi promulgato circa l'allargare della città [1]; e vorrei ben esserne informato. Non mi putisce che Torquato gradisca i miei ufizi, e non resterò di colmarli. Alla mia Ligariana, circa la moglie di Tuberone e la figliastra, nè son più a tempo di aggiugnere (chè la cosa è ita già al palio), nè Tuberone [2] voglio difendere, essendo lui *un accattabrighe*. Certo tu dovesti aver goduto una leggiadra commedia. Io son qui dove, sebbene sottosopra mi passo bene, tuttavia ardo di vederti: onde, come ho deliberato, sarò costì. Credo che tu abbi visitato il fratello: mi dirai dunque il successo. Checchè altri pensi di me,

laboro; etsi scripseram ad te tunc stulte: *nihil melius* [11]. Curandum enim non est. Atque hoc: *in omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem non oportet discedere*, viden' quam φιλοσόφως? [12] An tu nos frustra existimas haec [13] in manibus habere? Δεδῆχθαι te nollem, quod nihil erat [14]. Redeo enim rursus eodem. Quicquamne me putas curare in toto, nisi ut ei ne desim? [15] Id ago scilicet, ut iudicia videar tenere [16]. Μὴ γὰρ αὐτοῖς [17]. Vellem tam domestica [18] ferre possem, quam ista contemnere. Putas autem me voluisse aliquid, quod perfectum non sit? Non licet scilicet sententiam suam [19], sed tamen quae tum acta sunt, non possum non probare; et tamen non curare pulchre possum, sicuti facio. Sed nimium multa de nugis.

DCXIII. (Ad Att. XIII, 21)

Argumentum. 1 De epistola ad Hirtium scripta; 2 de Torquati negotio; 3 de literis a Quinto fratre exspectatis; 4 de vocabulo *inhibere* in libris Academicis non reponendo; 5 de libris de Finibus nondum divulgandis; 5, 6 et de libris ad Varronem Academicis; 7 de aliis quibusdam; 8 de homine non nominato, cui Atticus puellam despondere volebat.

non ne fo caso; sebben t'avea scritto (e allora fui un pazzo) *di darmene il maggior pensiero del mondo*. E' non è cosa che il vaglia. Questo sì: *Non dover l'uomo in nessun suo portamento uscir mai la grossezza d'un dito dalla pura coscienza*. Or vedi tu *filosofia?* o credi tu che io sia senza pro per le mani di queste dottrine? Ma io non vorrei che tu *fossi punto* di quel che ho detto, di non far caso [3] (da che torno a bomba). Or pensi tu che io, quanto son lungo, mi dia travaglio d'altro, che di non venir meno al Sere? [4] Ben sai, io son tutto nel voler passare per la cima degli avvocati. *Poichè non son più quel d'allora* [5]. Così fossi io tanto prode a portar le noie di casa, come sono a ridermi di queste ciance! O pensi tu che io volessi far un'opera, e poi lasciarla a mezzo? [6] Non può l'uomo mutar suo proposto; e tuttavia quello che allora ho fatto, non posso non approvare; e posso tuttavia egregiamente non men' curare, sì come fo. Ma troppo s'è chiacchierato.

DCXIII. (Ad Att. XIII, 21)

Argomento. 1 Della lettera scritta ad Irzio; 2 dell'affare di Torquato; 3 delle lettere aspettate da Quinto fratello; 4 del vocabolo *inhibere* da non rimettersi ne' libri Accademici; 5 non essere ancor tempo di pubblicare i libri *de Finibus*; 6 de' libri Accademici a Varrone; 7 di certe altre cose; 8 dell'innomato, al quale Attico voleva sposare la fanciulla.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, Kal. Sextilibus.

CICERO ATTICO S.

1 Ad Hirtium dederam epistolam sane grandem, quam scripseram proxime in Tusculano. Huic, quam tum [1] mihi misisti, rescribam alias: nunc aliis malo.

2 Quid possum de Torquato [2], nisi aliquid a Dolabella? Quod simul ac, continuo scietis. Exspectabam hodie, aut summum [3] cras ab eo tabellarios; qui simul ac venerint, mittentur ad te.

3 A Quinto exspecto [4]. Proficiscens enim e Tusculano XI Kal. [5], ut scis, misi ad eum tabellarios.

4 Nunc, ad rem ut redeam, *inhibere* illud tuum [6], quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum. Quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar sustineri remos, quum inhibere essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi, didici heri, quum ad villam nostram navis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab ἐποχῇ remotissimum est. Quare facies, ut ita sit in libro [7], quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni [8], si forte mutavit [9]. Nec est melius quicquam, quam ut Lucullus [10]:

Sustineat currum, ut bonu' saepe agitator, equosque.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 1 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Mandai ad Irzio una lettera ben grossa, testè scritta nel Tusculano. A questa, che allora tu mi scrivesti, risponderò per agio; per al presente fie meglio all' altre.

2 Di Torquato che fare' io? se da Dolabella nulla mi viene? Avutone avviso, di tratto il saprai. Io aspettava oggi, o domani al più tardi, il corriere; venuto che sia, te lo mando.

3 Da Quinto aspetto qualcosa: da che, come sai, movendomi a' 25 dal Tusculano, gli mandai un messo.

4 Ma per tornare a proposito, quel tuo *inhibere*, che m'era entrato cotanto, ora mi pute quanto esser possa [1]. Conciossiachè egli è una parola di nautica. Veramente io mel sapea bene; ma e' m'era avviso che l'*inhibere* che dice a' remiganti il nocchiero, valesse un levare de' remi. Ora non istare il fatto punto così, ho imparato ieri, approdando una nave alla casa mia di campagna: chè egli non levano, sì remigano in altra guisa; il che è lontano dal *sustinere* le mille miglia. Il perchè tu farai di riporre nel libro la parola come ella era da prima; e di questo medesimo avviserai Varrone, se forse mutò [2]. E nulla quadra a ciò meglio che il verso di Lucilio [3]:

Sustineat currum, ut bonu' saepe agitator, equosque.

Semperque Carneades προβολὴν [11] pugilis, et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ. Inhibitio autem remigum motum habet, et vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. Vides, quanto hoc diligentius curem, quam aut de rumore [12], aut de Pollione [13]: de Pansa etiam, si quid certius (credo enim palam factum esse); de Critonio, si quid esset; certene de Metello et Balbino? [14]

5 Dic mihi, placetne tibi, primum, edere [15] iniussu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est divulgare; ex quo, λόγοισιν Ἑρμόδωρος [16]. Quid illud? rectumne existimas cuiquam [17] ante, quam Bruto? cui te auctore προσφωνῶ. Scripsit enim Balbus ad me, se a te quintum de Finibus librum descripsisse: in quo non sane multa mutavi; sed tamen quaedam [18]. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris, ne et ἀδιόρθωτα habeat Balbus, et ἕωλα Brutus. Sed haec hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. Etsi nunc quidem maxima mihi sunt haec. Quid est enim aliud? [19]

6 Varroni quidem quae scripsi te auctore, ita propero mittere, ut iam Romam miserim describenda. Ea si voles, statim habebis. Scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis, si tu velles, describendi potestas. Ea vero continebis, quoad ipse te videam: quod diligentissime facere soles, quum

E Carneade sempremai all'*appostarsi* dell'atleta, ed al trarre che a sè fa le briglie il cocchiere, dà il valor medesimo che al *sustinere.* Ora l'*inhibere* de' remiganti porta bene un movimento (ed eziandio più rafforzato) di un remigare che volta la nave dalla parte di poppa. Vedi tu quanto più sottil cura io mi dia di questo 4, che del dire che si fa, o di Pollione 5: ed eziandio di Pansa 6, se nulla se n'abbia di più sicuro (chè ben credo, il morto essere sulla bara); nè di Critonio, se nulla ci fosse di nuovo. Or dimmi, di Metello 7 e di Balbino 8, s'ha egli da credere?

5 Dimmi, piace anche mandarlo in luce al primo senza mio ordine? il che non faceva eziandio Ermodoro, che era usato divolgare i libri di Platone (donde il proverbio: *Ermodoro traffica di parole* 9. E dimmi anche: ti par bene mostrarlo, prima che a nessun altro, a Bruto? al quale, a sicurtà di te, *l'ho dedicato.* Il che io dico, perchè Balbo mi scrisse d'aver copiato dalla tua copia il quinto libro *de' Fini:* nel quale veramente io ho fatto, non dirò molte, ma qualche mutazione però. Or tu farai bene di tener suggellati gli altri; acciocchè nè a Balbo pervengano *cose non corrette,* nè a Bruto le *viete.* Ma basti di ciò; chè io non paia *sudare dietro le mosche:* quantunque ora per me queste sien cose di sommo rilievo, non avendo altro che fare.

6 Ora io sollecito di mandar a Varrone le cose che ho scritte a' tuoi conforti, per forma che già le mandai a Roma da copiare. Volendole tu, sono tue, avendo io ordinato agli scrivani che a' tuoi (volendol tu) le lasciasser copiare. Ma tu le terrai chiuse, fino a tanto che io ti rivegga; il che tu se' solito di fare accura-

a me tibi dictum est. Quod autem [20] fugit me tibi dicere, mirifice Caerellia [21] studio videlicet philosophiae flagrans describit a tuis: istos ipsos de Finibus habet. Ego autem tibi confirmo (possum falli, ut humanus [22]), a meis librariis eam non habere. Numquam enim ab oculis meis afuerunt [23]. Tantum porro aberat, ut binos [24] scriberent; vix singulos confecerunt. Tuorum tamen ego nullum delictum arbitror, idemque te volo existimare. A me enim praetermissum est, ut dicerem, me eos exire nondum velle. Hui quam diu de nugis? de re enim nihil habeo, quod loquar.

7 De Dolabella [25] tibi assentior. Coheredes, ut scribis, in Tusculano. De Caesaris adventu, scripsit ad me Balbus, non ante Kal. Sept. [26] De Attica optime, quod levius [27], et quod fert εὐκόλως.

8 Quod autem de illa nostra cogitatione [28] scribis, in qua nihil tibi cedo: ea, quae novi, valde probo; hominem [29], domum, facultates. Quod caput est, ipsum non novi; sed audio laudabilia de Scrofa [30]. Etiam proxime accedit, si quid hoc ad rem: εὐγενέστερος est etiam, quam pater. Coram igitur, et quidem propenso animo ad probandum. Accedit enim, quod patrem, ut scire te puto, plus etiam, quam non modo tu, sed quam ipse scit, amo, idque et merito, et iam diu.

tissimamente, quando io tel raccomando: ma essendomi io scordato di raccomandartelo, Cerellia bravamente li fa copiare da casa tua, come colei che si consuma dell'amore della sapienza [10], ed ha questi medesimi *de' Fini.* Or io ti prometto (posso ingannarmi, essend'uomo), ella non gli ha avuti da casa mia; chè non gli lasciai d'occhio un punto. E tanto fu lontano che i miei ne cavasser due copie, che appena l'una ne hanno fornita. Tuttavia (e voglio che tu ne faccia il simile) io non ci credo alcun peccato de' tuoi: conciossiachè io ne ho la colpa di non aver detto loro come io non volea ancora che si divulgassero. Hui! che tantafera di cose da nulla! ma egli è che io non ho cose di sostanza da scrivere.

7 Quanto a Dolabella, sono con te. I coeredi, nel Tusculano, come mi scrivi. Circa il venir di Cesare, mi scrisse Balbo che non prima delle calende di agosto. Di Attica niente meglio; chè egli viene al meno ed al più moderato, e che ella se ne passa *tranquillamente.*

8 Quanto poi a quello che scrivi di quel nostro divisamento (nel che io non ti cedo punto [11]), le cose che io ne so mi piacciono assai, la persona, la famiglia, le fortune [12]: ma lui (che è quello che più vale e tiene) non conosco; tuttavia Scrofa mel mette in cielo. E c'è anche [13], che egli ci sta vicino, se ciò monta qualcosa; ed è anche *di più nobil sangue* che il padre [14]. Adunque di presenza; e ti prometto con animo vôlto a contentarmene: imperocchè s'aggiugne eziandio che io (come credo che tu sappia, ed anche più che non pur tu, ma non sa egli medesimo) io amo suo padre, e ciò per suo merito, ed è già buona pezza.

DCXIV. (Ad Att. XIII, 22)

Argumentum. 1 De libris ad Varronem mittendis, ac de iis, quos de Finibus scripserat, nondum divulgandis: 2 de Marcelli caede; 3, 4, 5 de negotiis pecuniariis; de Atticae valitudine, et Caesaris epistola.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. IIII Non. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 De Varrone, non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quaedam [1]. Sed ea coram. Te autem ἀσμενέστατα intexui, faciamque id crebrius. Proximis enim tuis literis primum, te id non nolle, cognovi.

2 De Marcello [2], scripserat ad me Cassius antea; τὰ κατὰ μέρος Servius. O rem acerbam! Ad prima redeo.

3 Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te; sed ea tum [3] foras dari, quum utrique nostrum videbitur. Ego et librarios tuos culpa libero, neque te accuso; et tamen aliud quiddam ad te scripseram, Caerelliam quaedam habere, quae, nisi a te, non potuerit. Balbo quidem intelligebam satisfaciendum [4] fuisse: tantum nolebam, aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum [5] dari. Varroni, simul ac te videro, si tibi videbitur, mittam. Quid autem dubitarim, quum videro te, scies.

DCXIV. (Ad Att. XIII, 22)

Argomento. 1 Dei libri da mandarsi a Varrone, e de' libri *de Finibus* da non pubblicarsi; 2 dell'assassinio di Marcello; 3, 4, 5 di alcuni affari economici; della salute di Attica e della lettera a Cesare.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 2 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Circa Varrone, non fu senza quare che io con tanta pressa ti ricercassi del tuo piacere. Mi vengono in mente alcune cose: ma meglio a bocca. Quanto poi a te, io vi ti ho introdotto della *miglior voglia del mondo;* e così farò più altre volte, posciachè le tue ultime lettere mi mostraron, per primo, che nol ti spiace.
2 Di Marcello m'avea scritto già Cassio, e Servio *ogni cosa per singula.* Deh! fatto crudele! Ma torno al proposito di prima.

3 I miei scritti non amo veder in altre mani che nelle tue; ma quanto al divulgarli, non prima che ambedue noi ne siamo contenti. Io scuso i tuoi scrivani, nè a te do punto di colpa: io t'avea scritto però non so che altro, che Cerellia ne possedea alcuni che non potè aver avuti che da casa tua. Io vedea bene che Balbo era da contentare; solamente non avrei voluto, che a Bruto fosse dato una cosa vieta, ed a Balbo un aborto. A Varrone, veduto che io ti abbia e trovatone il tuo piacere, lo manderò; ma il perchè io fossi incerto, il saprai da me a bocca.

4 Attributos [6] quod appellas, valde probe. Te de praedio Aviae [7] exerceri, moleste fero. De Bruto nostro, perodiosum [8]; sed vita fert. Mulieres autem vix satis humane [9], quae inimico animo ferant, quum utraque officio pareat. Tullium scribam, nihil fuit, quod appellares [10]. Nam tibi mandassem, si fuisset. Nihil enim est apud eum positum nomine voti [11]: sed est quiddam apud illum meum. Id ego in hanc rem statui conferre. Itaque et ego recte tibi dixi, ubi esset [12]; et tibi ille recte negavit. Sed hoc quoque ipsum continuo adoriamur. Lucum [13] hominibus non sane probo, quod est desertior; sed habet εὐλογίαν. Verum hoc quoque, ut censueris; quippe qui omnia [14]. Ego, ut constitui, adero [15]: atque utinam tu quoque eodem die! Sin quid [16] (multa enim), utique postridie. Etenim coheredes: a quis sine te opprimi, malitia est [17].

5 Alteris iam literis nihil ad me de Attica [18]: sed id quidem in optima spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem [19]. At tu et illi, et Piliae plurimam: nec me tamen irasci indicaris. Epistolam Caesaris [20] misi, si minus legisses.

4 Assai ben facesti di sollecitare i debitori assegnatimi [1]. Ben mi duole che tu abbi briga per conto del fondo di Avia; e quanto al nostro Bruto, è ben cosa spiacevole: ma così va il mondo. Le donne poi a mala pena si mostran di carne, ad esserne montate così sulla bica [2]; che pure ambedue fan buona vita. Di sollecitar lo scrivano Tullio [3] non c'era punto ragione; chè, essendovi, te l'avrei raccomandato. Conciossiachè nulla gli fu posto in mano per cagion del mio voto [4]; ma in casa sua è un certo mio che, ed io l'ho deputato a spendere in questo servigio. Il perchè con verità t'ho io dimostro là dove egli fosse; e con verità egli ti disse di nulla avere. Ma a questa opera altresì è tosto da metter mano. Il bosco (essendo per uomini) non mi cape punto [5]; essendo luogo solitario: ma *la cosa si può aggiustare:* sebbene anche ciò al tuo giudizio, come tutte altre cose. Io sarò dunque, secondo che ho deliberato: e quanto pagherei che il dì medesimo ci fossi anche tu! Ma se qualcosa guasta (chè molte possono), almeno l'altro dì: imperocchè ci saranno i coeredi; da' quali, essendo io senza te, mal mi direbbe di essere côlto [6].

5 Ecco già due spacci, e nulla mi scrivi di Attica: se non che io ne piglio cagione da sperarne via meglio. Di questo mi dolgo io, non che tu, ma che ella non mi mandasse pure un saluto. Or tu mille a lei ed a Pilia: ma tu non mostrar loro che io ne sia seco crucciato. Ti mando la lettera di Cesare, se non l'avessi anche veduta.

DCXV.

(Ad Att. XIII, 23)

Argumentum. 1 De Bruto Romae potius conveniendo, quam in Tusculano; 2 de libris suis ad Varronem et Brutum mittendis; 3 de mandatis suis in re pecuniaria.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, a. d. III Non. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi; nunc respondeo [1] vespertinis. Brutus, mallem, me arcesseret [2]. Nam et aequius erat, quum illi iter instaret et subitum et longum [3]; et mehercule nunc, quum ita simus affecti [4], ut non possimus plane simul vivere (intelligis enim profecto, in quo maxime posita sit συμβίωσις), facile patiebar, nos potius Romae una esse, quam in Tusculano [5].

2 Libri ad Varronem non morabuntur [6]. Sunt enim effecti, ut vidisti; tantum librariorum menda tolluntur. De quibus libris scis me dubitasse [7]: sed tu videris. Item, quos Bruto mittimus [8], in manibus habent librarii.

3 Mea mandata, ut scribis, explica: quamquam ista retentione [9] omnes ait uti Trebatius: quid tu istos [10] putas? nosti domum. Quare confice εὐλόγως [11]. Incredibile est, quam ego ista non curem. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi cre-

DCXV. (Ad Att. XIII, 23)

Argomento. 1 Dell'incontro di Bruto a Roma piuttosto che nel Tusculano; 2 de' suoi libri da mandarsi a Varrone e a Bruto; 3 delle sue commissioni in affari economici.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, prima del 3 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ho risposto di tratto alle tue lettere della mattina; rispondo ora a quelle di sera. Io avrei amato meglio che Bruto mi provocasse: imperocchè ed era troppo più ragionevole, essendo egli per mettersi repentinamente ad un lungo cammino; ed in buona verità al presente che noi siamo così affetti dell'animo [1], che al tutto non ci è possibile di vivere insieme (e tu sai di certo in che dimori il convivere), io era meglio disposto di stare insieme anzi in Roma che nel Tusculano.

2 I libri a Varrone non mi ritardavano; chè già, come hai veduto, sono forniti, e solamente si sta ora levandone gli sbagli de' copisti; de' quali libri io era infra due. Ma fa tu. Similmente que' che vanno a Bruto, sono in mano degli scrivani.

3 Spacciami pur, come scrivi, le mie raccomandazioni; quantunque tutti, mi scrive Trebazio, si giovano del ritenere [2]. Pensa tu cotestoro! conosci ben la casa [2]. Il perchè cavane le mani *col miglior concio che puoi.* Egli non è da credere quanto io non mi curi punto di siffatte cose. Io ti protesto con ogni as-

das velim, mihi maiori offensioni esse, quam delectationi, possessiunculas meas. Magis enim doleo, me non habere, cui tradam [12], quam gaudeo habere, qui utar. Atque illud [13] Trebatius se tibi dixisse narrabat: tu autem veritus es fortasse, ne ego invitus audirem. Fuit id quidem humanitatis: sed, mihi crede, iam ista non curo. Quare da te in sermonem, et perseca, et confice, excita, compella, loquere [14], ut te cum illo Scaeva loqui putes. Ne existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur [15], remissuros. De die [16] tantum videto, et id ipsum bono modo.

DCXVI. (Ad Att. XIII, 24)

Argumentum. 1 Quaerit, an verum sit, filium suum Corcyrae visum; 2 addit de libris Academicorum ad Varronem mittendis.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, pridie Non. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 Quid est, quod Hermogenes mihi Clodius [1], Andromenem sibi dixisse, se Ciceronem [2] vidisse Corcyrae? Ego enim audita tibi putaram. Nil igitur ne ei quidem [3] literarum? An non vidit? Facies ergo, ut sciam.

2 Quid tibi ego de Varrone rescribam? Quatuor διφθέραι [4] sunt in tua potestate. Quod ege-

severanza, e tu me lo credi: di questi miei poderetti ne cavo io più scontento che piacere: imperocchè più mi duole di non avere a cui lasciarli [4], di quello che mi consoli il comodo che ne ho. E ben Trebazio mi scrisse d'avertelo detto; sebben tu forse temesti di darmi dolore, dicendolmi; il che veramente fu del tuo bell' animo. Ma, credimi, coteste cose oggimai non mi toccano più. Per la qual cosa metti mano a parlare, taglia, conchiudi, fruga, dimanda, parla, e fa ragione di essere con quel Sceva [5]. Non ti dare a credere che persone avvezze a tirar l' aiuolo alle cose che non si vengono loro, vogliono mai rimettere del loro credito. Solamente datti pensiero circa il giorno; ed anche in questo senza guardar nel sottile [6].

DCXVI. (Ad Att. XIII, 24)

Argomento. 1 Chiede, se è vero che suo figlio è stato veduto a Corfù; 2 aggiugne un cenno intorno ai libri accademici da mandarsi a Varrone.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 4 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Or che è ciò che mi disse Clodio Ermogene, avergli detto Andromene, d'aver veduto Cicerone a Corfù? io mi tenea sicuro che tu l'avessi sentito [1]. Adunque nessuna lettera nè anche a lui? o forse nol vide? Adunque farai di chiarirmene.

2 Di Varrone che risponderti io? De' quattro *tomi* [2] tu puoi fare a tua posta: checchè tu faccia, l'avrò per

ris, id probabo. Nec tamen αἰδέομαι Τρῶας [5]. Quid enim? sed, ipsi quam res illa probaretur, magis verebar [6]. Sed quoniam tu suscipis, ego in alteram aurem [7].

DCXVII. (Ad Div. IX, 8)

Argumentum. Mittit Varroni libros quatuor quaestionum Academicarum, eumque promissi admonet, quo se Ciceroni libros dicaturum ostenderat.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, pridie Non. Sextiles.

CICERO VARRONI [1]

Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet, nisi concitatus [2]: tamen ego exspectatione promissi tui [3] moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quatuor admonitores [4] non nimis verecundos. Nosti enim profecto os adolescentioris Academiae [5]. Ex ea igitur media excitatos misi; qui, metuo, ne te forte flagitent; ego autem mandavi, ut rogarent. Exspectabam omnino iamdiu, meque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere. Sed, quum tu tardius faceres [6], id est, ut ego interpretor, diligentius: teneri non potui, quin coniunctionem studiorum amorisque nostri, quo possem literarum

bene. Nè per questo *temo io le Troiane* [3]. E che? io temeva piuttosto che la cosa a lui non entrasse. Ora posciachè tu la pigli sopra di te, io tra due guanciali [4].

DCXVII. (A Div. IX, 8)

Argomento. Manda a Varrone i quattro libri delle Questioni accademiche, e gli ricorda la promessa che avea fatta di dedicare a Cicerone qualche scritto.

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 4 di Agosto.

CICERONE A VARRONE

Quantunque l'esigere un dono (fosse anche a noi stato promesso) non si suol fare nè eziandio dal popolo, se non sollevato; tuttavia l'aspettar che io fo la tua promessa [1] mi fruga che io te ne ammonisca, non che tel ridomandi. Ti mando dunque quattro rammentatori non troppo vergognosi [2]: ben sai di che faccia sia quella giovanetta Accademia [3]; e cavatigli di mezzo a lei te li mando; e non vorrei che essi per avventura adoperassero il sollicitare, quando io comandai loro di domandare. Veramente egli è un pezzo che io stava aspettando, e riteneva me stesso di non esser io primo a scriverti prima d'aver ricevuto qualcosa da te, per aver cagione di ricambiartene con un dono che al tuo al possibile somigliasse. Ma badando tu (o piuttosto, come io l'intendo, limando la cosa), io non mi son potuto tenere di non dichiararti come noi d'affetto e di studi siamo congiunti, con quel genere

genere, declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, quum esset una Pomponius. Tibi dedi partes Antiochinas [7], quas a te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumsi Philonis [8]. Puto fore, ut, quum legeris, mirere, nos id locutos esse inter nos, quod numquam locuti sumus. Sed nosti morem dialogorum. Posthaec autem, mi Varro, quam plurima [9], si videtur, et de nobis inter nos: sero fortasse; sed superiorum temporum fortuna rei publicae causam sustineat [10]. Haec ipsi praestare debemus [11]. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis, haec inter nos studia exercere possemus! Quamquam [12] tum quidem vel aliae quaepiam rationes, honestas nobis et curas et actiones darent: nunc autem quid est, sine his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix quidem. Sed haec coram, et saepius. Migrationem [13] et emtionem feliciter evenire volo, tuumque in ea re consilium probo. Cura, ut valeas.

DCXVIII. (Ad Att. XIII, 25)

Argumentum. 1 Adduntur pauca ad ea quae epist. DCXV de retentione et DCXVI de Andromene scripserat; 2 de Bruto conveniendo; 3 de libris ad Varronem et de epistola ad eum missa.

di lettere che io potea. Ho dunque compilato il dialogo che fu tra noi nel Cumano, essendo nosco Pomponio. A te ho dato le parti di Antioco [4], le quali mi pareva aver conosciuto che ti piacessero; e per me presi quelle di Filone. E ben credo, tu, leggendo, ti maraviglierai che io ponga fra noi un ragionamento che non è stato mai: ma tu sai quello che porta il dialogo. Or di qui per innanzi, o mio Varrone, avremo (se ti piaccia) fra noi e de' casi nostri troppo più lunghi parlari; il che sarà forse tardi; ma ce ne scusi lo stato del preterito tempo: del presente a noi tocca il rispondere. Così potessimo noi in tempi tranquilli, ed in qualche stato, se non buono, almeno fermo della nostra città, tra noi passarcela in questi studi! Sebbene in tal caso alcuni altri rispetti ci darebbono oneste brighe e faccende: laddove al presente qual buona ragione ci scuserebbe del non volere cotesti studi? Certo, quanto a me, a stento posso io vivere con questo esercizio: toltomi questo, nè anche a stento potrei. Ma di ciò a bocca, e molte più volte. Faccia Dio che il tuo tramutamento [5] e la compera riescano a bene, come la tua deliberazione mi piace. Abbiti cura.

DCXVIII. (Ad Att. XIII, 25)

Argomento. 1 Aggiunge alcune poche cose alle precedenti dette nella Lett. DCXV intorno alla ritenuta, e nella DCXVI intorno ad Andromene; 2 dell'incontro di Bruto; 3 poi de' libri a Varrone, e dell'epistola a lui spedita.

Scr. in Arpinati A. V. C. DCCVIII, Nonis Sextilibus.

CICERO ATTICO S.

1 De retentione [1], rescripsi ad tuas accurate scriptas literas. Conficies igitur, et quidem sine ulla dubitatione, aut retractatione. Hoc fieri et oportet, et opus est [2]. De Andromene [3], ut scribis, ita putaram. Scisses enim, mihique dixisses.

2 Tu tamen ita mihi de Bruto scribis, ut de te nihil. Quando autem illum putas? [4] Nam ego Romam pridie Idus. Bruto ita volui scribere (sed quoniam tu te legisse [5] scribis, fui fortasse ἀσαφέστερος), me ex tuis literis intellexisse, nolle eum me quasi prosequendi sui causa Romam nunc venire. Sed quoniam iam adest meus adventus, fac, quaeso, ne quid eum Idus impediant, quo minus suo commodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabulam [6] eum desideraturus eram. In tali enim negotio cur tu unus non satis es? Sed ad testamentum [7] volebam: quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romam venisse videar. Scripsi igitur ad Brutum, iam illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. Velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus.

3 Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo periculo iubeam libros dari Varroni?

Scritta nell'Arpinate l'anno DCCVIII, il 5 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Circa il ritenere, ho risposto alla tua lettera scritta a capello. Ne caverai dunque le mani; e ciò senza uno scrupolo, nè altro rimenamento: chè troppo si conviene ed è bisogno di farlo. Circa Andromene, io l'avea pensata come mi scrivi: chè certo tu l'avresti saputo, e dettolmi.

2 Ma di Bruto mi scrivi tu bene, e nulla di te [1]. Or quando pensi tu che egli? da che io il dì innanzi le idi, a Roma. A Bruto volea scrivere (ma, secondo che tu mi scrivi d'aver letto, forse fui *un po' oscuro*) che io avea ritratto dalle tue lettere, a lui non piacere che io (quasi a modo di accompagnarlo) venissi a Roma al presente. Ora posciachè io sono già sul muovermi, e tu di grazia gli scrivi che le idi non guastino sì che egli, a suo agio, non sia nel Tusculano: conciossiachè io nol bramava già per essere all'incanto (da che non bastavi tu in questa bisogna tu solo?), ma lo volea al testamento [2]; il che io amo meglio differire ad altro dì, chè non si dicesse esser io venuto a Roma per questo. Ho dunque scritto a Bruto, non esser punto bisogno alle idi, come prima pensava. Vorrei dunque che tu guidassi la bisogna per modo, che per questo conto Bruto non ne avesse a ricevere il minimo sconcio.

3 Ma, dimmi, che paura hai tu, perchè io faccia dare a Varrone i libri a tuo risico? se tu ne sei an-

etiam nunc, si dubitas, fac ut sciamus. Nihil est enim [8] illis elegantius. Volo Varronem [9], praesertim quum ille desideret: sed est, ut scis,

δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο.

Ita mihi saepe occurrit vultus eius, querentis fortasse vel hoc, meas partes [10] in iis libris copiosius defensas esse, quam suas: quod mehercule non esse intelliges, si quando in Epirum [11] veneris. Nam nunc Alexionis epistolis cedimus. Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: et id, quoniam impensam fecimus in macrocola [12], facile patior teneri [13]. Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Quare, si addubitas, ad Brutum transeamus [14]. Est enim is quoque Antiochius [15]. O Academiam volaticam [16], et sui similem, modo huc, modo illuc! Sed, quaeso, epistola mea ad Varronem valdene tibi placuit? Male mihi sit, si umquam quicquam tam enitar. Ergo [17]. At ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς [18] persequi solet, sed Spintharo syllabatim.

DCXIX. (Ad Div. XIII, 77)

Argumentum. 1 Officio suo in supplicatione decernenda narrato, 2 commendat M. Bolanum; 3 et ut Dionysium servum suum fugitivum restituendum curet, rogat.

che in pena, fa ch' io lo sappia: conciossiachè egli sono la medesima leggiadria. Io voglio Varrone, massimamente desiderandolo egli; ma egli è, come sai, *uom avventato, che gli darebbe eziandio l'animo di accusare un innocente* [3]. Così spesso si rappresenta il suo aspetto in atto di dolersi forse anche di ciò, che io abbia in que' libri mantenuto più le parti mie che le sue; il che troverai, ti prometto, non esser vero, se tu venga in Epiro quandochessia: da che al presente io vo' cedere il luogo alle lettere di Alessione [4]. E tuttavia io non dispero che Varrone medesimo abbia a contentarsene. E non mi dispiace di tener sodo in questo proposto, da che ho fatta la spesa della carta reale [5]. Ma ti dico una volta e mille, che la bisogna procederà a tuo risico. Il perchè, se tu ne sei pure in dubbio, e noi passiamo a Bruto, che è anch' egli Antiochino. O svolazzante Accademia! o veramente simile a se medesima! salta qua, torna là. Ma, di grazia, come t' è egli assai piaciuta la mia lettera a Varrone? Mi venga il fistolo, se in altra opera premerò io più con tanto di studio. Ma io non l'ho eziandio dettata a Tirone, il quale mi suol levare un intero *periodo;* ma, sillaba per sillaba, a Spintaro.

DCXIX.

(A Div. XIII, 77)

Argomento. 1 Scritto quanto siasi adoperato per fargli decretare pubbliche preghiere, 2 gli raccomanda M. Bolano; 3 e lo prega di arrestare e mandargli Dionisio suo schiavo fuggitivo.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Sextili.

M. T. CICERO P. SVLPICIO [1] IMP. S. D.

1 Quum his temporibus non sane in senatum ventitarem; tamen, ut tuas literas legi, non existimavi, me, salvo iure nostrae veteris amicitiae, multorumque inter nos officiorum, facere posse, ut honori tuo deessem. Itaque affui, supplicationemque tibi libenter decrevi; nec reliquo tempore ullo aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuae deero. Atque, hoc ut tui necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, ut, si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo [2] denuntiare.

2 M. Bolanum, virum bonum et fortem, et omnibus rebus ornatum, meumque veterem amicum, tibi magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat, hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. Ipsumque [3] virum optimum, gratissimumque cognosces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum. Praeterea a te peto in maiorem modum [4], pro nostra amicitia et pro tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elabores.

3 Dionysius, servus meus, qui meam bibliothecen [5] multorum nummorum tractavit, quum

Scritta a Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Agosto.

M. T. CICERONE A P. SULPIZIO [1] IMP. S.

1 Conciossiachè nello stato presente io poco mi lasciassi vedere in senato, lette le tue lettere, credetti non essermi conceduto, salve le ragioni della vecchia nostra amicizia e degli ufizi lungamente passati fra noi, il mancare al tuo onore: e però ci volli essere, et ho dato il mio voto al ringraziamento da fare per te. E così ti prometto, per lo tempo che resta, di non voler nè alle cose tue, nè alla fama, nè alla dignità venir meno. Or questa cosa dell'animo mio verso di te fa sapere, di grazia, per lettere a' tuoi amici, acciocchè, bisognandoti checchessia, non dubitino (come in cosa di loro ragione) di rapportarmelo.

2 Io ho un dabben uomo e forte, fornito di tutte parti, e mio vecchio amico, M. Bolano, cui caldamente ti raccomando. Tu mi farai cosa del maggior piacere, se farai in modo che egli trovi a sè stata utilissima questa mia raccomandazione; ed anche conoscerai lui ottimo uomo, e di animo assai grato: onde io ti prometto della costui amicizia uno smisurato piacere. Io ho altro, al che al possibile ti prego, per la nostra amicizia e per l'affetto che sempremai mi mostrasti, che tu, a un bisogno, ti metta con tutto l'ardore.

3 Io avea Dionisio mio servo che avea a mano la mia libreria di sommo valore. Costui, avendomi ru-

multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Is est in provincia tua. Eum et M. Bolanus, familiaris meus, et multi alii Naronae viderunt. Sed quum se a me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa parva, sed animi mei dolor magnus est. Vbi sit, et quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego si hominem per te recuperaro [6], summo me a te beneficio affectum arbitrabor.

DCXX. (Ad Att. XIII, 35 et 36)

Argumentum. 1 De urbe per Atheniensem quemdam augenda; 2 de libris Academicis Varroni datis; 3 de Bruti erga se amore.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VIII Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 O rem indignam! gentilis tuus [1] urbem auget, quam hoc biennio primum vidit: et ei parum magna visa est, quae etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur exspecto literas tuas.

2 Varroni, scribis, te, simul ac venerit, daturum [2]. Dati igitur iam sunt [3]; nec tibi integrum est: hui, si scias quanto periculo tuo! [4] aut fortasse literae meae te retardarunt. Sed eas nondum

bato di molti libri, e non isperando portarla netta, si fuggì via. Egli è nella tua provincia; chè a M. Bolano mio amico, ed a molti altri venne veduto in Narona: ma, dicendo lui d' esser da me stato francato, glielo credettero. Ora se tu faccia opera di rimettermi costui nelle mani, non posso dirti quanto l' avessi aver caro. La cosa è di poco momento, ma grande è il mio dolore. Là dove egli sia, e che cosa da fare, tel dirà Bolano. Se io per opera tua riabbia cotestui, io l' avrò da te in conto di singolar benefizio.

DCXX. (Ad Att. XIII, 35 e 36)

Argomento. 1 Dell' ampliazione di Roma proposta da un Ateniese; 2 de' suoi libri Accademici dati a Varrone; 3 dell' amore di Bruto verso di sè.

Scritta nel Tusculano l' anno DCCVIII, il 6 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Doh! indegnità! uno che ha il tuo nome [1] dilata la città, quella città che egli prima di questi due anni non avea mai veduta: ora gli è paruta troppo piccola, da poterci anch' esso capire. Adunque di questo m' informerai.

2 A Varrone mi scrivi di darli, venuto che e' sia. Ecco dunque, gli furono già consegnati, e non ne puoi far altro: Hui! se tu sapessi a quanto tuo risico [2]. Ma forse le mie lettere ti tennero a bada: se

legeras, quum has proximas scripsisti. Scire igitur aveo, quo modo res se habeat [5].

3 De Bruti amore [6], vestraque ambulatione, etsi mihi nihil novi affers, sed idem, quod saepe: tamen hoc audio libentius, quo saepius: eoque mihi iucundius est, quod tu eo laetaris, certiusque eo est, quod a te dicitur.

DCXXI. (Ad Att. XIII, 37)

Argumentum. 1 De Xenonis nomine; 2 de Q. filii maledictis; 3 de laudatione Porciae; 4 de gladiatoribus; 5 de auctione Cluvianorum bonorum proscribenda.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VIII Idus Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 Has alteras hodie literas. De Xenonis nomine [1], et de Epiroticis xxxx, nihil potest fieri nec commodius, nec aptius, quam ut scribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor.

2 Novi nihil sane, nisi Hirtium cum Quinto [2] acerrime pro me litigasse; omnibus eum locis facere [3], maximeque in conviviis; quum multa de me, tum redire ad patrem [4]; nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici, quam alienissimos nos esse a Caesare; fidem nobis habendam non esse; me vero etiam cavendum (φοβερὸν ἦν, nisi viderem

non che, tu non le avevi anche lette, quando scrivesti l'ultima. Il perchè ho gran desiderio di sapere come stia il fatto.

2 Sebbene dell'amor di Bruto e del vostro passeggiare nulla mi scrivi di nuovo, ma il detto mille volte; tuttavia la cosa mi vien tanto più cara, quanto ella m'è più ripetuta; e via più gioconda, perchè io ne veggo te consolato; ed ho la cosa più certa, perchè m'è raffermata da te.

DCXXI. (Ad Att. XIII, 37)

Argomento. 1 Del debito di Zenone; 2 degli improperii di Quinto figliuolo; 3 dell'elogio di Porcia; 4 de' gladiatori; 5 dell'incanto che dee pubblicarsi de' beni di Cluvio.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 6 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Eccoti oggi medesimo quest'altra lettera. Circa il debito di Zenone ed i sesterzi quarantamila dall'Epiro, niente meglio nè più il caso che tu mi scrivi [1]; e così meco ne avea altresì parlato Balbo il minore.

2 Di nuovo nulla affatto [2]; salvo che Irzio si ruppe fieramente per me con Quinto; e come egli non se ne lascia scappare il destro, massime ne' conviti; e che dopo vôtato il sacco per conto di me, si ritorna al padre. Quello poi che egli inculca con *maggior fede* si è: noi essere al possibile straniati da' sentimenti di Cesare; nè dover esser creduti; anzi convenir prendersi guardia da noi — (*la cosa era ben paurosa*, se non

scire regem [5], me animi nihil habere); Ciceronem vero meum vexari [6]. Sed id quidem arbitratu suo.

3 Laudationem Porciae [7] gaudeo me ante dedisse Leptae tabellario, quam tuas acceperim literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis, si modo mittetur, isto modo [8] mittendam Domitio et Bruto [9].

4 De gladiatoribus, de ceteris, quae scribis [10] ἀνεμοφόρητα. facies me quotidie certiorem.

5 Velim, si tibi videtur, appelles Balbum et Offilium de auctione proscribenda [11]. Equidem locutus sum cum Balbo. Placebat. Puto conscripta habere Offilium omnia [12]; habet et Balbus: sed Balbo placebat, propinquum diem, et Romae; si Caesar moraretur, posse diem differri. Sed is quidem adesse videtur [13]. Totum igitur considera. Placet enim Vestorio.

DCXXII. (Ad Att. XIII, 38)

Argumentum. De contumeliosis Q. filii literis, et de ratione eum excipiendi.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VII Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

Ante lucem quum scriberem contra Epicureos [1], de eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad

fosse che io veggo, sapere bene il Re come io non ho punto di mal animo); e che io tengo in croce il mio Cicerone. Ma e di ciò medesimo faccia egli che vuole.

3 Pur beato! che io consegnai al corrier Lepta il panegirico di Porcia [3], avanti al ricevere la tua lettera. Tu dunque vedrai (se mi ami) di mandarla, così come ella è (se pure si manderà), a Domizio ed a Bruto [4].

4 Dei gladiatori, e delle altre che tu chiami *frascherie,* mi terrai ragguagliato dì per dì.

5 Fa, se ti par bene, di parlare a Balbo ed Offilio circa il bandire l'incanto: e sì al primo ne feci motto, e gli entrava la cosa; e credo che Offilio abbia ogni cosa registrata, come eziandio Balbo: ma a costui piaceva per lo dì prossimo, e sì in Roma; caso che Cesare soprastesse, potersi allungar il termine: se non che e' mostra che egli sia qui. Sicchè pensa *ogni cosa ogni cosa:* da che piace a Vestorio.

DCXXII. (Ad Att. XIII, 38)

Argomento. Della lettera ingiuriosa di Quinto figliuolo, e del modo di riceverlo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 7 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Essend'io avanti dì a scrivere contro gli Epicurei [1], del medesimo inchiostro t'ho scarabocchiato non so

te, et ante lucem dedi. Deinde quum, somno repetito, simul cum sole experrectus essem, datur mihi epistola a sororis tuae filio [2], quam ipsam tibi misi; cuius est principium non sine maxima contumelia. Sed fortasse οὐκ ἐπέστησεν. Est autem sic: *Ego enim non probo, quicquid non belle in te dici potest.* Posse vult in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare. Hoc quicquam potest esse [3] impurius? Iam cetera leges (misi enim ad te); iudicabisque, Bruti nostri quotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotum istum aliquando scripsisse aliquid [4] ad me, credo et ad te; idque ut sciam, facies: nam ad patrem de me quid scripserit, nescio; de matre quam pie! *Volueram*, inquit, *ut quam plurimum tecum essem, conduci mihi domum; et id ad te scripseram: neglexisti. Ita minus multum una erimus. Nam ego istam domum* [5] *videre non possum: qua de causa, scis.* Hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nunc me iuva, mi Attice, consilio, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον [id est, utrum aperte hominem asperner, et respuam [6]], ἢ σκολιᾶς ἀπάτας. Vt enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. Omnino moribus meis illud aptius [7], sed hoc fortasse temporibus. Tu autem, quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Equidem vereor maxime, ne in Tusculano

che, e consegnatolo così avanti giorno. Appresso, rappiccato il sonno, essendomi svegliato col sole, ecco lettera del figliuolo di tua sorella; e questa altresì ti mando, il cui principio è una atrocissima ingiuria: ma forse *era sopra fantasia.* Odi: *Imperocchè io non approvo ogni cosa che può sconciamente esser detta contro di te.* — Egli vuole che molte cose si possano contra di me sconciamente dire; ma dice di non approvarle. Or puote di questa essere maggior villania? Se non che il resto leggerai tu in essa lettera che ti mando; e dovrai ritrarne che costui, commosso pure una volta dalle continue lodi che mi vien detto da molti fare di me ogni dì il nostro Bruto [2], si recò a scrivermi pure qualcosa [3], e credo eziandio a te; il che mi farai sapere: da che al padre che cosa abbia di me scritto, nol so; ma della madre, odi con quanta pietà: *Io volea, per viver teco più che fosse possibile, esser acconciato di una casa; e te n' avea scritto: ma non te ne calse. Così via meno sarem insieme: conciossiachè cotesta casa non posso patir di vederla; il perchè tu lo sai.* — Or questo, perchè diceva suo padre, esser l'odio della madre. Di che, o mio Attico, aiutami del tuo consiglio: *Se montato sopra l' alto muro della giustizia* [4] [cioè, se io l'abbia rimordere e riprovare], *o passarmene dissimulando:* imperocchè, come dice Pindaro, *io sono infra due di dire il vero.* Al tutto quello si confà meglio al mio naturale, questo al tempo [5]. Tu però fa ragione d'aver condotto me in quella deliberazione che avrai preso tu. Veramente io non vorrei per cosa del mondo essere sorpreso nel Tuscu-

opprimar [8]. In turba haec essent faciliora. Vtrum igitur Asturae? Quid, si Caesar subito? [9] Iuva me, quaeso, consilio: utar eo, quod tu decreveris.

DCXXIII. (Ad Att. XIII, 39)

Argumentum. 1 De impiis Q. filii literis; 2 Romam se venturum, sed invitum; 3 Dicaearchi aliquot libros poscit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, VI Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 O incredibilem vanitatem! ad patrem, domo sibi carendum propter matrem: plena pietatis. Hic autem iam languescit, et ait, sibi illum iure iratum [1]. Sed utar tuo consilio. Σκολιὰ enim tibi video placere.

2 Romam, ut censes, veniam, sed invitus. Valde enim in scribendo haereo [2]. Brutum, inquis, eadem [3] scilicet. Sed nisi hoc [4] esset, res me ista non cogeret. Nec enim inde venit, unde mallem, neque diu afuit [5]; neque ullam literam ad me. Sed tamen scire aveo, qualis ei totius itineris summa fuerit.

3 Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi [6], velim mittas, et maxime Φαίδρου περὶ θεῶν, et Ἑλλάδος [7].

lano [6]: fra la gente la cosa avrebbe migliore uscita. Dunque ad Astura? ma e se Cesare ci capitasse alla non pensata? Deh! m'aiuta del tuo consiglio: io mi starò col tuo deliberare.

DCXXIII. (Ad Att. XIII, 39)

Argomento. 1 Si duole delle empie lettere di Quinto figliuolo; 2 d'esser per venire a Roma, ma contro voglia; 3 chiede alcuni libri di Dicearco.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, l'8 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 O diavoleria veramente da non credere! dice al padre di dover vivere senza casa a cagion della madre: eccesso di pietà! Ora questi è oggimai rammollito; e dice lui aver ragione d'essere seco crucciato [1]. Ma io starò col tuo consiglio: chè ben veggo il *dissimulare* andarti a sangue.

2 Verrò a Roma, come tu pensi; ma di mal cuore, essendo io tutto impacciato nello scrivere. Se non che, tu di', farai le due; vedrai Bruto [2]. Vatti: se non fosse la cagione che ho detto [3], quest'altra non mi farebbe gran forza: da che colui non viene donde io avrei più caro [4]; ed anche egli non è fuori da troppo tempo, e non mi scrisse nessuna lettera: e nondimeno son voglioso di sapere qual sia stato il principal fine di questo suo viaggio [5].

3 Mandami, ti prego, i libri che già ti pregai, e soprattutto quelli *delle ridondanze del Fedro* [6], e di *Ellade*.

DCXXIV. (Ad Att. XIII, 40)

Argumentum. De Bruti ad Atticum literis, et de Q. filii adventu.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. VI Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros? [1] εὐαγγέλια. Sed ubi eos? nisi forte se suspendit [2]. Hic autem ut stultum est! ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum? [3] Sed quid faciat? [4] Illud optime: *sed ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro* [5]. At ego verebar ne etiam Brutus eum [6] diligeret. Ita enim significarat iis literis [7], quas ad meas. At vellem aliquid degustasse [8] de fabulis. Sed coram, ut scribis. Etsi quid mihi [9] auctor es? advolone, an maneo? Equidem et in libris haereo, et illum [10] hic excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie ad Saxa Acronoma [11]. Mirum, quam inimicus ibat, ut [12] ego obiurgarem. Sed ego ipse κεκφούμαι. Itaque posthac [13]. Tu tamen vide, quid de adventu meo [14] censeas; et τὰ ὅλα, cras si perspici potuerint, mane statim ut sciam.

DCXXIV. (Ad Att. XIII, 40)

Argomento. Delle lettere di Bruto ad Attico, e della venuta di Quinto figliuolo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima dell' 8 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Vero ciò che Bruto ci conta? che il Sere *vuol dar la mancia* alle buone persone? Ma dove trovarle? se già non si impende [1]. Ma quali rincalzi tien egli qui! Or dov'è dunque quel tuo *gruppo* di Aala e di Bruto [2], che io ho veduto nel tuo Partenone? Ma ne faccia egli altro! Una perla è quello che tu m'hai scritto: *Ma nè eziandio chi è il marruffino di tutte sue ribalderie, meritò bene del nostro* [3]. Or io avea qualche ombra non forse anche Bruto fosse cosa sua: così le sue risposte me n'avean dato sospetto. Se non che io avrei amato ch'egli avesse fatto il saggio delle sue favole [4]. Ma a bocca, come mi scrivi. Quantunque, che di' tu che io mi faccia? volo io costà? o resto? In fatti e sono fitto nello scrivere, e qui non lo voglio; e sento dire che il padre oggi gli scrisse a' Sassi Acronomi [5]. Egli non è da credere quanto ci andava con animo riversato: cotalchè io nel rimorchiai [6]. Ma ed io medesimo *ne sto in ponte*. E però di qui per innanzi. Ma tu pensa bene quello che ti sembri meglio del mio venire; e, se domani ne puoi veder nulla, fammel di tratto saper domattina.

DCXXV. (Ad Att. XIII, 41)

Argumentum. De epistola ad Attici sororem Q. fratri missa, et de ratione eius filium accipiendi.

Scr in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. V Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

Ego vero Quinto epistolam ad sororem misi [1]. Quum ille quereretur, filio cum matre bellum, et se ob eam causam domo cessurum filio diceret [2]; dixi illum commodas ad matrem literas [3], ad te nullas. Ille alterum mirabatur; de te autem suam culpam [4], quod saepe graviter ad filium scripsisset de tua in illum iniuria. Quod autem relanguisse se dicit, ego ei, tuis literis lectis, σκολιὰς ἀπάτας significavi, me iratum non fore [5]. Tum enim mentio Canae [6]. Omnino, si id consilium placeret, esse necesse [7]. Sed, ut scribis, ratio est habenda gravitatis; et utriusque nostrum idem consilium esse debet: etsi in me graviores iniuriae, et certe notiores. Si vero etiam Brutus aliquid afferet [8], nulla dubitatio est [9]. Sed coram. Magna enim res, et multae cautionis. Cras igitur; nisi quid a te commeatus [10].

DCXXV. (Ad Att. XIII, 41)

Argomento. Dell'epistola scritta alla sorella di Attico mandata a Quinto fratello, e del modo di ricevere il figliuolo di lei.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima del 9 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Or io ho ben mandato a Quinto la lettera alla sorella [1]. Dolendomisi egli della rottura che era tra il figliuolo e la madre, e dicendo come per questo egli era per lasciar la casa [2] vôta al figliuolo; io gli dissi come egli avea scritto alla madre ragionevolmente, e nulla a te. Egli del primo fece le maraviglie; dell'altro sua esser la colpa, che spesse volte avea scritto al figliuolo cose forti dell'ingiuria che tu gli avevi fatta. Quanto poi all'essere egli, come disse, con lui rammollito, io lettogli le tue lettere *della simulazione* [3], gli ho dimostro di non volermi romper seco [4], intavolandogli il partito di Cana [5]. Al tutto, qualora questo partito piacesse, egli sarebbe fra l'uscio e 'l muro [6]. Ma, come tu scrivi, e' si vuole servire alla gravità, ed in ciò dobbiamo ambedue noi essere d'uno stesso pensiero: quantunque l'ingiurie fatte a me sono più gravi, certo più note. Che se anche Bruto ci metta una mano [7], non c'è più dubbio. Ma a bocca: da che la cosa non è da correre, e vuol mille riguardi. Adunque domani: se già io non ricevessi da te qualche po' di licenza [8].

DCXXVI. (Ad Att. XIII, 43)

Argumentum. Gratias agit, quod sibi de prorogatione diei, quo Romam veniendum sit, scripserit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, a. d. IIII Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

Ego vero utar prorogatione diei: tuque humanissime fecisti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo tempore [1] acciperem literas, quo non exspectarem; tuque ut ab ludis [2] scriberes. Sunt omnino mihi quaedam agenda Romae; sed consequemur biduo post.

DCXXVII. (Ad Att. XIII, 44)

Argumentum. 1 De Caesaris statua in pompa Circensi gestata; 2 de libris Academicis Varroni datis; 3 de Atticae ludorum spectatione; 4 de libris aliquot mittendis, et de loco Ligarianae corrigendo.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, pridie Id. Sextiles.

CICERO ATTICO S.

1 Suaves tuas literas! etsi acerba pompa [1]. Verumtamen scire omnia non acerbum est, vel de Cotta [2]. Populum vero praeclarum, quod propter malum vicinum ne Victoriae [3] quidem ploditur.

DCXXVI. (Ad Att. XIII, 43)

Argomento. Lo ringrazia che gli abbia scritto, poter egli differire d'un giorno la venuta a Roma.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, prima del 10 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Adunque mi godrò la proroga d'un giorno: e tu facesti ben la maggior cortesia di farmelo assapere (onde anche io ebbi tue lettere a tale ora che io non m'aspettava), e di scrivermi dopo gli spettacoli. Veramente io ho in Roma qualche faccenda; ma due giorni dopo, non monta.

DCXXVII. (Ad Att. XIII, 44)

Argomento. 1 Della statua di Cesare portata processionalmente nel Circo. 2 dei libri Accademici dati a Varrone; 3 di Attica che assistette ai giuochi; 4 di alcuni libri da spedirsi, e di un passo nell'orazione Ligariana da correggersi.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 12 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 O dolci tue lettere! sebben agro il corteo! [1] Tuttavia non è agro il sapere ogni particolarità, eziandio quella di Cotta [2]. Ma bravo il popolo! il quale, per odio del mal vicino, non battè eziandio alla Vittoria

Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat, me aliquid ad Caesarem [4]. Annueram; sed pompam videret [5].

2 Tu tamen ausus es Varroni dare? [6] Exspecto quid iudicet. Quando autem perleget? [7]

3 De Attica, probo [8]. Est quiddam etiam animum levari quum spectatione, tum etiam religionis opinione et fama [9].

4 Cottam [10] mihi velim mittas. Libonem [11] mecum habeo, et habueram ante Cascam [12]. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana [13], erratum esse meum; sed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebam Curfidium pernecessarium Ligariorum; sed eum video ante esse mortuum. Da igitur, quaeso, negotium Pharnaci, Antaeo, Salvio [14], ut id nomen ex omnibus libris tollatur [15].

DCXXVIII. (Ad Att. XIII, 45)

Argumentum. De adventu Caesaris in epistola eius nuntiato, et de divisione hereditatis Cluvianae.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, Id. Sextilibus.

CICERO ATTICO S.

Fuit apud me Lamia [1] post discessum tuum; epistolamque ad me attulit missam sibi a Caesare: quae, quamquam ante data erat, quam il-

le mani [3]. Io ebbi meco Bruto, il quale era voglioso che io scrivessi a Cesare qualcosa [4]. Io era per farlo: ma avesse egli veduto il corteo! [5]

2 E tu fosti però oso di dare i libri a Varrone? Sentirem che ne giudichi: ma quando vorrà egli leggerli?

3 Quanto ad Attica, ben facesti: egli è qualcosa ricrear l'animo, sì per lo sguardare, e sì per lo aver voce e fama di religioso.

4 Mandami, ti prego, il Cotta [6]; io ho qua il Libone, e già prima ebbi il Casca. Bruto mi fece sapere a nome di T. Ligario, che il citare che io fo nella orazion Ligariana L. Curfidio, è stato un mio fallo; ma *fallo*, come dicono, *di memoria.* Io sapeva, Curfidio essere amicissimo de' Ligarii; ma or veggo lui essere già prima morto. Darai dunque, di grazia, ordine a Farnace, ad Anteo ed a Salvio, che da tutte le copie levino questo nome.

DCXXVIII. (Ad Att. XIII, 45)

Argomento. Della venuta di Cesare annunziata nella lettera di lui, e della divisione della eredità di Cluvio.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, il 13 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Partito te, ebbi Lamia, con una lettera mandatagli da Cesare; la quale, sebben di più vecchia data che

lae Diocharinae [2], tamen plane declarabat, illum ante ludos Romanos [3] esse venturum [4]. In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut frustra ipse properasset [5]. Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium, quin ante eam diem venturus esset: idemque Balbo, quum eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video [6]; sed quam multos, fac, si me amas, sciam: de Baebio poteris, et de altero vicino Egnatio [7]. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda; currentem tu quidem [8]: sed cum Dolabella vivendum esse istis diebus, vides. Quod nisi me Torquati causa teneret [9], satis erat dierum, ut Puteolos [10] excurrere possem, et ad tempus [11] redire. Lamia quidem a Balbo (ut videbatur) audiverat, multos nummos domi [12] esse numeratos, quos oporteret quamprimum dividi [13]: magnum pondus argenti [14], praeter praedia; auctionem primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum [15], nec diligentiorem, nec officiosiorem, nec nostri studiosiorem facile delegissem Vestorio [16]: ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis [17] videtur. Tu quid dicis? Vnum enim pungit, ne negligentiores [18] esse videamur. Exspectabo igitur tuas literas.

quelle di Diocare [1]. tuttavia dava per certo, lui dover essere qui innanzi a' romani spettacoli [2]. Nel fin della quale gli ordinava di mettere a ordine ogni cosa per gli spettacoli [3], non forse tornasse inutile l'esser lui venuto sì presto. Al tutto quindi appariva fuor d'ogni dubbio, lui doverci essere prima di quel dì; e così crederne eziandio Balbo, affermava Lamia, avendogli letta essa lettera. Ben veggo io aver guadagnato anche i dì delle ferie [4]: ma, se mi ami, fammi sapere quanti. Tu potrai informartene da Bebio, e dall' altro vicino Egnazio. Il confortarmi che fai, che io logori que' giorni nella sposizione della filosofia, è uno spronare chi corre: ma tu vedi che in questi giorni non posso uscire di Dolabella. Ma se l'affar di Torquato non mi ritenesse qui, io avea tanti giorni da fare una corsa a Pozzuolo, e tuttavia tornarmene a tempo. Or Lamia avea inteso (sì gli parea) da Balbo, una gran somma essere in casa numerata, da dover al più presto dividere: gran peso d'argento, senza i poderi; e doversene alla prima occasione fare l' incanto. Scrivimene, di grazia, il piacer tuo. Veramente, se infra tutti fosse a fare la scelta, io non m'avrei (ti so dire) tolto nè più diligente nè più officioso nè di noi più tenero di Vestorio; al quale ho scritto con ogni maggior diligenza, come altresì credo di te. Or ciò a me sembra bastare. E tu? Imperocchè questa è sola la spina ch'io ho, di non parere uno sbadato. Adunque sto aspettando tue lettere.

DCXXIX. (Ad Att. XIII, 46)

Argumentum. 1 Scribit, Pollicem sibi praesto fuisse; 2 Balbum a se conventum; 3 petit, ut Vestorium negligentiae accuset; de Cossinii morte dolet; 4 Q. fratris, si fieri possit, pecuniam delegaturum ostendit; 5 Vestorium excusat.

Scr. in Lanuvino A. V. C. DCCVIII, post Idus Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Pollex quidem, ut dixerat, ad Id. Sext. [1], ita mihi Lanuvii pridie Idus praesto fuit; sed plane Pollex, non index [2]. Cognosces igitur ex ipso.

2 Balbum conveni (Lepta enim de sua vini curatione [3] laborans, me ad eum perduxerat); in eo autem Lanuvino [4], quod Lepido tradidit. Ex eo hoc primum [5]: *Paullo ante acceperam eas literas, in quibus magnopere confirmat* [6], *ante ludos Romanos.* Legi epistolam: multa de meo Catone [7], quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum; Bruti Catone lecto, se sibi visum disertum [8]. Ex eo cognovi cretionem Cluvii [9] (o Vestorium negligentem!), liberam cretionem, testibus praesentibus, sexaginta diebus. Metuebam, ne ille arcessendus esset [10]; nunc mittendum est, ut meo iussu cernat. Idem igitur Pollex [11]. Etiam de hortis Cluvianis egi cum Balbo [12]: liberalius; se enim

DCXXIX. (Ad Att. XIII, 46)

Argomento. 1 Scrive che Pollice è stato pronto; 2 che s'abboccò con Balbo; 3 gli raccomanda che dolgasi con Vestorio della negligenza di lui, e piange la morte di Cossinio; 4 dice che assegnerà a Quinto fratello, se sarà possibile, il danaro; 5 scusa Vestorio.

Scritta dal Lanuvino l'anno DCCVIII, dopo il 13 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Pollice, che avea detto a' 13 d'agosto, fu veramente da me a' 12 in Lanuvio; ma pur Pollice, non Indice [1]: adunque ti rimetto a lui.

2 Sono stato con Balbo: da che Lepta, caldo di mostrarsi uom prode nell'ordinare [2], a lui m'ha condotto. Or nella lettera di Lanuvio, da lui data a Lepido, trovai innanzi tratto così: *Io avea avuto lettera poco prima, nella qual mi rafferma che e' verrà prima degli spettacoli romani.* Ho letto la lettera: parla al lungo del mio Catone; leggendo il qual cento volte, dice di aver acquistato maggiore ubertà; letto il Catone di Bruto, parutogli d'essere un prode oratore. Da Balbo ho saputo dell'accettazione di Cluvio [3] (o trascurato Vestorio!), accettazion libera, presenti testimoni, per sessanta dì. Io avea paura che fosse uomo da rattenere [4]: ed ecco, mi bisogna mandargli un mio ordine che lo frughi. Dunque Pollice di ritorno [5]. Parlai altresì degli orti Cluviani con Balbo [6]: un mare di cor-

statim ad Caesarem scripturum; Cluvium autem a T. Hordeonio legare et Terentiae H-S ꟾↄↄ, et sepulchro multisque rebus; nihil a nobis [13].

3 Subaccusa, quaeso, Vestorium. Quid minus probandum, quam Plotium unguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo; illum mi ne per meos quidem? [14] De Cossinio [15] doleo; dilexi hominem.

4 Quinto delegabo [16], si quid aeri meo alieno superabit, et emtionibus; ex quibus mihi [17] etiam aes alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil scio.

5 Vestorium nihil est quod accuses. Iam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, et ab eo literas diligenter scriptas attulit, et exemplum testamenti.

DCXXX. (Ad Att. XIII, 34)

Argumentum. Scribit se Asturam venisse, petitque ut cum Publilio transigat.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, post VIII Kal. Septembres.

CICERO ATTICO S.

Asturam veni VIII Kal. [1] Vitandi enim caloris causa, Lanuvii III horas acquieveram. Tu velim, si grave non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc [2] veniendum sit. Id potes per Egnatium Ma-

tesia; scriverà di presente a Cesare; ma Cluvio aver legato in testa di Tito Ordeonio, a Terenzia sesterzi cinquantamila, ed al sepolcro ed a molte altre bisogne; in testa mia niente.

3 Deh! dà un po' di carpiccio a Vestorio. Che trovi tu meno da tollerare di questo, che Plozio profumiere abbia tanto tempo innanzi scritto per mezzo de' suoi fanti a Balbo ogni cosa; e colui a me nè anche per mezzo de' miei? Sento dolor di Cossinio: io l'amava.

4 Darò commissione a Quinto, se nulla sopravanzerà a' miei debiti ed alle compre, per le quali io m'aspetto anche dovere far debiti. Della casa d'Arpino nulla so.

5 A Vestorio non far motto: da che, sigillata la lettera, fu qui il mio corriere di notte con sue lettere scritte con diligenza, e colla copia del testamento.

DCXXX. (Ad Att. XIII, 34)

Argomento. Scrive d'essere andato ad Astura, e chiede che transiga con Publilio.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, dopo il 25 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Fui in Astura a' 25: chè per cessare il caldo mi son soffermato a Lanuvio tre ore. Se non ti grava, io vorrei che tu vedessi modo che prima dei 5 io sia dispensato di venir là: il che per opera d'Egnazio puoi

ximum [3]. Illud in primis, ut cum Publilio [4], me paene absente, conficias: de quo quae fama sit, scribes. *Id populus curat scilicet* [5]. Non mehercule arbitror [6]. Etenim haec decantata erat fabula. Sed complere paginam volui. Quid plura? Ipse enim adsum; nisi quid tu prorogas. Scripsi enim ad te de hortis.

DCXXXI. (Ad Div. VI, 19)

Argumentum. Maculae Falernum sibi idoneum visum deversorio; munerum curationem in ludis Caesaris a Lepta expetitam dissuadet.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, circ. VII Kal. Septembres.

CICERO LEPTAE S. D.

Maculam [1] officio functum esse gaudeo [2]. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est deversorio: si modo tecti satis est ad comitatum nostrum [3] recipiendum. Ceteroqui mihi locus [4] non displicet: nec ea re Petrinum tuum deseram. Nam et villa et amoenitas illa commorationis est, non deversorii. De curatione aliqua munerum regionum [5], cum Oppio locutus sum. Nam Balbum, posteaquam tu es profectus, non vidi. Tantis pedum doloribus afficitur, ut se conveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videtur [6], sapientius faceres, si non curares. Quod enim eo labore as-

fare. Il punto principale si è che tu mi spacci la cosa con Publilio [1], in mia assenza; del che mi scriverai quello che si bucini. Oh! il popolo, ti so dir, si dà pena di queste cose! [2] In coscienza nol credo: da che questa favola è andata già su pe' canti. Ma volli empier la faccia. Ma che dir più? quando son costì io medesimo; se però tu non mi dai qualche proroga: da che t'ho scritto dagli orti.

DCXXXI.

(A Div. VI, 19)

Argomento. Che gli è paruto opportuno alloggio il Falerno di Macula; disapprova la sopraintendenza che Lepta cercava ne' giuochi di Cesare.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, dopo il 26 di Agosto.

CICERONE A LEPTA S.

Bene sta che Macula [1] ha fatto il dovere. Il costui Falerno m'è sempre paruto il caso per un albergo; si veramente che il nostro corteo possa stare al coperto. Del resto il luogo non mi dispiace; nè già per questo lascerò il tuo Petrino da parte [2]: da che quella casa e quella amenità s'addice, meglio che ad un ostello, ad un luogo da starvi. Circa l'aver qualche parte nell'ordinare i giuochi delle regioni [3], ho parlato con Oppio: da che Balbo [4], da che tu se' partito, non vidi anche: tanto è il suo dolore de' piedi, che non vuol visite. A parlarti riciso, di quest'opera tu mi parresti più savio a non dartene un pensiero al mondo: con-

sequi vis, nullo modo assequere [7]. Tanta est enim intimorum multitudo, ut ex iis aliquis potius effluat, quam novo sit aditus: praesertim qui nihil afferat, praeter operam; in qua ille [8] se dedisse beneficium putabit (si modo id ipsum sciet [9]), non accepisse [10]. Sed tamen aliquid videbimus, in quo sit species [11]. Aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Vale.

DCXXXII. (Ad Div. VI, 20)

Argumentum. Torannio exsulanti, qui Caesari ex Hispania advenienti obviam ire volebat, suadet, ne se citius quam opus sit, loco, ubi sit, commoveat.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Sextili exeun.

CICERO TORANNIO [1] S.

Dederam triduo ante pueris Cn. Plancii [2] literas ad te. Eo nunc ero brevior, teque, ut antea consolabar, hoc tempore [3] monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quam ibidem opperiri [4], quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam praeter navigationis longae et hiemalis et minime portuosae periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non quantivis [5], subito, quum certi aliquid

ciossiachè tu per nessun modo potrai venire a quello [5] che con quel travaglio tu speri: essendo tanti gli intrinsechi di lui, che alcuno di questi si dilegui piuttosto che si apra la porta ad un nuovo, massimamente chi non abbia merito che dell'opera, nella quale egli si crederà aver fatto un benefizio (posto anche che egli lo sappia), non ricevuto. Nondimeno vedremo di trovar qualcosa che sia da sperare [6]. Imperocchè (dico aperto) senza ciò, non solo nol credo da desiderare, ma eziandio da fuggire. Io fo ragione di dover soprastare in Astura [7] via più là, tanto che egli venga quandochessia. A Dio.

DCXXXII. (A Div. VI, 20)

Argomento. Esorta Torannio, esule da Roma, che voleva recarsi incontro a Cesare di ritorno dalla Spagna, a non muoversi più presto di quel che convenga.

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sull' uscire di Agosto.

CICERONE A TORANNIO [1] S.

Or fa tre dì che a' servi di Gn. Plancio [2] ho dato lettera per te: onde ora sarò più breve; e non, come dianzi, di consolarti, ma farò di ammonirti. Io nulla credo farsi meglio per te, che l'aspettare costì medesimo, finchè tu possa vedere che da far sia. Imperocchè, oltre il cessar che farai il pericolo di una lunga navigazione, in tempo di verno, e mar senza porti, non ho io anche per cosa da non pregiar sommamente, il poter tu (avendo qualcosa di certo) subitamente par-

audieris, te istinc posse proficisci. Nihil est praeterea, cur advenientibus [6] te offerre gestias. Multa praeterea metuo, quae cum Cilone nostro communicavi. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti: ex quo te, quocumque opus erit, facillime et expeditissime conferas. Quod si recipiet ille [7] se, ad tempus aderis. Sin (quoniam [8] multa accidere possunt) aliqua res eum vel impediet, vel morabitur; tu ibi eris, ubi omnia scire possis. Hoc mihi prorsus valde placet. De reliquo, ut te saepe per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod tibi [9] timendum sit, praeter communem casum civitatis: qui etsi est gravissimus, tamen ita viximus, et id aetatis [10] iam sumus, ut omnia, quae non nostra culpa nobis accidant [11], fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaque pietate te desiderant, et diligunt, et colunt. Tu et cura ut valeas, et te istinc [12] ne temere commoveas.

DCXXXIII. (Ad Att. XIII, 47)

Argumentum. Post alia quaedam breviter tacta, se Lepidi literis commotum mox ad urbem adventurum significat.

tir di costà. Qual ragione ha questo tuo brulichío di metterti incontro al venire di chicchessia? Ma, senza di ciò, io temo di altre più cose che ho comunicato col nostro Chilone [3]. Che più? Tu non potevi trovar luogo, ne' mali presenti, più acconcio dal quale (o ti bisogni ire di qua o di là) tu possa condurviti con tutta facilità e prontezza. Che certo, o il sere ritornerà, e tu potrai esser qui a tempo; se poi (i casi possibili son molti) sia storpiato o ritardato da checchessia, tu sarai in tal luogo dove ogni cosa potrai sapere. Questo è il partito che da tutti i lati mi piace. Del rimanente, io, secondo che t'ho spesso esortato per lettera, ti vorrei sicuro di questo, che nello stato presente tu non hai nulla a temere, fuori della ruina della città, a tutti comune; la quale, sebbene gravissima, pensa però tale essere stata la nostra vita, e noi oggimai venuti a tale età da dover fortemente portarci que' mali tutti che senza nostra colpa ci incólsero. Qui tutti i tuoi stanno bene, e con somma tenerezza ti desiderano, et amano e onorano. Tu fa di star bene, e di non ti muovere di costà senza consiglio.

DCXXXIII. (Ad Att. XIII, 47)

Argomento. Dopo alcune altre cose brevemente accennate, scrive che mosso dalle lettere di Lepido recherassi presto a Roma.

Scr. Asturae A. V. C. DCCVIII, mense Sextili exeun.

CICERO ATTICO S.

Posteaquam[1] *abs ted, Agamemno,* non *ut venirem* (nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset[2]), sed ut scriberem, *tetigit aures nuntius,* extemplo omnia, quae in manibus habebam, abieci[3]; quod iusseras, edolavi. Tu velim e Pollice cognoscas rationes nostras sumtuarias[4]. Turpe est enim nobis, illum, qualiscumque est, hoc primo anno egere. Post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, ut ille[5] cernat. Plane Puteolos non fuit eundum[6], quum ob ea, quae ad te scripsi, tum quod Caesar adest. Dolabella scribit, se ad me postridie Idus[7]. O magistrum molestum![8] Lepidus[9] ad me heri vesperi literas misit Antio (nam ibi erat: habet enim domum, quam nos vendidimus); rogat magnopere, ut sim Kalendis in senatu: me et sibi et Caesari vehementer gratum esse facturum. Puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius; quoniam[10] Balbus est aeger. Sed tamen malim venire frustra, quam desiderari, si opus esset: moleste ferrem postea. Itaque hodie Antii; cras ante meridiem, domi[11]. Tu velim, nisi te impedivisti, apud nos[12] pridie Kal. cum Pilia. Te spero cum Publilio confecisse. Equidem Kalendis

Scritta da Astura l'anno DCCVIII, sull'uscire di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Posciachè il messo da parte tua, o Agamennone [1], *m'accennò*, non *che io venissi* (e questo medesimo avre' io fatto, se non era Torquato [2]), ma pur ch'io scrivessi; lasciai stare ogni cosa che avea fra mano, la gittai via, et ho fornito quel che volevi. Avrei caro che tu da Pollice ascoltassi i conti delle spese nostre: da che mi saria troppo sconcio che egli (sia che si vuole) in questo primo anno sia tenuto al sottile. Appresso, verremo bel bello moderando. Conviene rimandar Pollice a colui, perchè accetti [3]. D'andare a Pozzuolo non era il caso; sì per quel che ti ho scritto, sì perchè Cesare è alla porta. Dolabella mi scrisse che egli sarebbe da me a' 14. O maestro increscevole! [4] Lepido mi scrisse iersera da Anzio, dov'egli era, avendoci la casa venduta da me; mi prega quanto può che pel primo io sia in senato: egli e Cesare l'avrebbon carissimo. Dico vero: io lo credo un bel nulla; chè forse Oppio t'avrebbe detto qualcosa, essendo Balbo malato. Tuttavia io amerei meglio venirci per niente, che esserci (ad un bisogno) desiderato; e poscia me ne pentirei. Adunque oggi in Anzio, domani a casa avanti mezzodì. Avrei caro che tu con Pilia fossi (se già non ti se' messo in qualche pastoia) meco a pranzo l'ultimo del mese. Spero che tu abbi fornito l'affar con Publilio. Ti prometto, pel primo del mese mi

in Tusculanum recurram. Me enim absente omnia cum illis [13] transigi malo. Q. fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quidem respondentem meis literis, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidem existimo. Tu videbis.

DCXXXIV. (Ad Att. XIII, 48)

Argumentum. 1 De Leptae hereditate, 2 et de laudatione Porciae.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, mense Sept. incun.

CICERO ATTICO S.

1 Heri [1] nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres, te in Tusculanum venturum: quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, si quid sibi opus sit, accurram. Mortuus enim [2] Babullius. Caesar, opinor, ex uncia [3]; etsi nihil adhuc: sed Lepta ex triente. Veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem; ἀλόγως omnino, sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurram; sin minus, haud [4] antequam necesse erit. Tu Pollicem [5], quum poteris.

2 Laudationem Porciae [6] tibi misi correctam; ac eo properavi, ut, si forte aut Domitii filio, aut Bruto mitteretur, haec mitteretur. Id, si tibi erit commodum, magnopere cures velim: et velim M. Varronis et Lollii mittas laudationem [7]; Lollii

ricondurrò nel Tusculano: imperocchè io amo meglio che senza di me si conchiuda con loro ogni cosa. Ti mando la lettera di Quinto il fratello, risposta non troppo di vero gentile alla mia; ma tale che a te, come credo, non sarà poca. Fa tu.

DCXXXIV. (Ad Att. XIII, 48)

Argomento. 1 Della eredità di Lepta; 2 e dell'elogio di Porcia.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, sul principio di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Ieri ho attinto (mi pare) un non so che di confuso [1], che tu dicessi di voler venire nel Tusculano. Fosse pur vero! da capo: fosse pur vero! ma, vedi, a tuo agio. Mi prega Lepta, che se nulla gli bisognasse, io corra costà: imperocchè è morto Babullio. Cesare, penso io, sarà erede d'un dodicesimo [2]; da che fino ad ora non l'ho sicura: ma certo Lepta della quarta parte. Or egli ha paura di non poter pigliare l'eredità [3]: *cosa fuor d'ogni ragione;* e tuttavia n'ha paura. Adunque, chiamandomi egli, sarò a Roma; caso che no, non certo prima che sia bisogno. Tu manda Pollice, come prima potrai.

2 Ti mando il panegirico di Porcia corretto; nel che mi son dato fretta, acciocchè volendosi mandare o a Domizio il figliuolo, od a Bruto, si mandi questo. Il che ti prego caldamente di fare, venendotene il destro; ed anche mandami l'elogio di M. Varrone e di Lollio [4]; certo di questo [5], chè l'altro ho già let-

utique. Nam illam legi. Volo tamen regustare. Quaedam enim vix mihi credo legisse me [8].

DCXXXV. (Ad Att. XIII, 49)

Argumentum. De Tigellii iniqua erga se iracundia.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, mense Sept. ineun.

CICERO ATTICO S.

Atticae primum salutem; quam equidem ruri [1] esse arbitror. Multam igitur salutem et Piliae. De Tigellio [2], si quid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quamdam iniquissimam, me Phameae defuisse, quum eius causam recepissem: quam quidem receperam contra pueros Octavios, Cn. filios, non libenter [3]; sed et Phameae causa volebam. Erat enim, si meministi, in consulatus petitione [4] per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar [5], ac si usus essem. Is [6] ad me venit, dixitque, iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeia [7] in consilium iri necesse erat. Scis enim dies illorum iudiciorum [8] praestitutos fuisse. Respondi, non ignorare eum, quid ego deberem Sextio [9]: quem vellet, alium diem si sumsisset, me ei non defuturum. Ita tum ille discessit iratus. Puto me tibi narrasse. Non laboravi scilicet, nec hominis

to; ma intendo assaporarlo da capo: imperocchè ci sono delle cose che appena credo a me medesimo d'aver lette.

DCXXXV. (Ad Att. XIII, 49)

Argomento. Dell'ingiusto corruccio di Tigellio contra di sè.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, sul principio di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

La prima cosa, mille saluti ad Attica, la quale ho per certo essere fuori: adunque altrettanti anche a Pilia. Intorno a Tigellio, se nulla hai di nuovo; il quale, a dir vero, secondo che Gallo Fabio mi scrisse, mi *muove una querela* ingiustissima [1]: cioè ch'io son fallito a Famea [2], dopò a lui obbligatomi di difenderlo contro i fanciulli Ottavii [3] figliuoli di Gneo. Io in vero l'avea fatto di mal cuore; tuttavia io il feci per amore di Famea: imperocchè, dimandando io il consolato (se l'hai a mente), mi s'era per tuo mezzo profferto ad ogni mio bisogno [4]; della qual sua cortesia io mi teneva altresì a lui obbligato, come se me ne fossi giovato. Ora egli fu da me, dicendomi che il giudice gli avea posto, per ascoltarlo, quel dì medesimo nel quale (per la legge Pompea [5]) era forza andar in consiglio per conto del nostro Sestio: da che, tu sai, i giorni per que' giudizi esser già prima fermati. Gli risposi, come egli non potea non sapere debiti ch'io aveva con Sestio [6]: si prendesse dunque altro giorno che meglio gli fosse piaciuto, ed io sarei stato suo. Da queste parole egli si partì corrucciato. Parmi d'avertela già conta. La cosa, tu puoi credere, non mi diè pe-

alieni iniustissimam iracundiam mihi curandam putavi. Gallo autem narravi, quum proxime Romae fui, quid audissem [10]; neque nominavi Balbum minorem. Habuit suum negotium Gallus [11], ut scribit. Ait illum, me animi conscientia, quod Phameam destituissem, de se suspicari [12]. Quare tibi hactenus mando, de illo nostro [13], si quid poteris, exquiras; de me ne quid labores. Est bellum, aliquem libenter odisse, quemadmodum non omnibus servire [14]. Etsi mehercule, ut tu intelligis, magis mihi isti [15] serviunt, si observare servire est.

DCXXXVI. (Ad Div. VII, 24)

Argumentum. Exponit quam iniuste sibi Tigellius irascatur.

CICERO M. FABIO GALLO S. D.

Amoris quidem tui, quoquo me verti [1], vestigia, vel proxime de Tigellio [2]. Sensi enim ex literis tuis, valde te laborasse. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de te [3]. Capius [4] (opinor) olim, *non omnibus dormio:* sic ego non omnibus, mi Galle, servio [5]. Etsi quae est haec servitus? Olim, quum regnare [6] existimabamur, non tam ab ullis, quam hoc tempore observor a familiarissimis Caesaris omnibus, praeter istum [7]. Id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorem patria

na; nè credetti dover far caso dello sdegno irragionevolissimo di uno strano. Ma a Gallo, l'ultima volta che fui a Roma, contai la risposta; nè però nominai Balbo il giovane 7. Gallo, come mi scrive, si tolse la bisogna per sua. Dice, colui aver detto ch' io piglio sospetto di lui, sopra il rimorso che m'ho dell'essere venuto meno a Famea. Il perchè a te non più ti raccomando che questa cosa [8], che tu per conto di quel nostro vada frugando, se nulla potrai; di me non darti pensiero. Egli è bello, sì, l'odiare alcuno di gana, come altresì non servire a tutti; quantunque, come tu ben vedi, anzi a me servono costoro, se il corteggiare è servire.

DCXXXVI. (A Div. VII, 24)

Argomento. Accusa Tigellio d'ingiusto corruccio verso di sè.

CICERONE A M. FABIO GALLO S.

Dove ch' io mi voltassi, il confesso, m' abbattea in prove dell'amor tuo; ma novellamente nell'affar di Tigellio [1]: conciossiachè veggo dalle tue lettere che tu ti desti da fare fin sopra i capelli; di che ti sono obbligato del tuo bel cuore. Ma poco mi dici sul conto di te. Disse già Capio [2] (mi pare): Non dormo per tutti; — e così io non servo a tutti, o mio Gallo. Quantunque che servitù è ella cotesta? Al tempo ch' io avea voce d'un mezzo re [3], io non ebbi mai, come al presente ho, cortigiani di tutti più intimi amici di Cesare, da costui in fuori. Or io mi metto a guadagno il non dover patire un uomo più pestilente della sua patria 4; un uomo ch' io credo già

sua [8]; cumque addictum iam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo praeconio [9]. At vide, quid succenseat. Phameae causam receperam, ipsius [10] quidem causa. Erat enim mihi sane familiaris. Is ad me venit, dixitque, iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sextio in consilium iri necesse erat. Respondi, nullo modo me facere posse; quem vellet [11], alium diem si sumsisset, me ei non defuturum. Ille autem, qui sciret [12], se nepotem bellum tibicinem habere, et sat bonum unctorem [13], discessit a me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos venales; alium alio nequiorem [14]. Cognosti meam causam, et istius Salaconis [15] iniquitatem. Catonem tuum [16] mihi mitte. Cupio enim legere. Me adhuc non legisse, turpe utrique nostrum est.

DCXXXVII. (Ad Att. XIII, 50)

Argumentum. 1 De epistola ad Caesarem scripta; 2 de Vestorii negotio; 3 de adventu Caesaris; 4 de Tigellio; 5 de obviam itione Caesari.

Scr. A. V. C. DCCVIII, mense Sept. ineun.

CICERO ATTICO S.

1 Admonitus quibusdam tuis literis, ut ad Caesarem uberiores literas mittere instituerem [1], quum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixisset, se et

maladetto da Calvo Licinio con quel suo bando nello stil d'Ipponatte [5]. Ma odi di che egli abbia preso il broncio. Io avea preso a difendere Famea [6], e per amore di lui proprio, essendo egli mio buon amico. Colui dunque fu da me, dicendomi avergli il giudice posto il giorno da attendere alla sua causa, ed era il dì medesimo che bisognava essere al consiglio [7] per conto di P. Sestio [8]. Gli risposi, come io era ben pronto, ma nol potea fare a nessun patto; si prendesse un altro giorno, ed io sarei stato per lui. Ma egli (come colui che sapea d'avere per nipote un leggiadro sonator di flauto e cantore di primo grido [9]) se n'andò anzi crucciato che no, come mi parve. Eccoti i Sardi venali [10]; l'un più tristo dell'altro. Hai inteso la mia discolpa, e la nequizia di questo Salacone [11]. Mandami il tuo Catone [12], chè amo di leggerlo; il non averlo anche letto è una vergogna di ambedue noi.

DCXXXVII. (Ad Att. XIII, 50)

Argomento. 1 Della lettera scritta a Cesare; 2 dell'affare di Vestorio; 3 dell'arrivo di Cesare; 4 di Tigellio; 5 dell'andare incontro a Cesare.

Scritta l'anno DCCVIII, al principio di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Certe tue lettere mi confortavano che io mi mettessi a mandare a Cesare una lettera ben grossa: ora avendomi nel Lanuvino detto Balbo testè, come egli

Oppium scripsisse ad Caesarem, me legisse libros contra Catonem [2], et vehementer probasse; conscripsi de his ipsis libris epistolam Caesari, quae deferretur ad Dolabellam; sed eius exemplum misi ad Oppium et Balbum, scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberent meas literas, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripserunt, nihil umquam se legisse melius, epistolamque meam iusserunt dari Dolabellae.

2 Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari servo suo [3], pro mea parte [4], Hetercio cuidam, fundum Brinnianum; ut ipse ei Puteolis recte mancipio dare posset. Eum servum, si tibi videbitur, ad me mittes. Opinor enim, ad te etiam scripsisse Vestorium.

3 De adventu Caesaris idem, quod a te, mihi scriptum est ab Oppio et Balbo.

4 Miror, te nihildum cum Tigellio [5]; velut hoc ipsum, quantum acceperit [6]; prorsus aveo scire, nec tamen flocci facio.

5 Quaeris, quid cogitem de obviam itione [7]: quid censes, nisi Alsium? et quidem ad Murenam de hospitio [8] scripseram; sed opinor, cum Matio profectum. Sallustius igitur urgebitur. Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissime respondisse. Eo igitur utamur. Nam Silius [9] culcitas non habet; Dida autem, opinor, hospitibus totam villam concessit.

ed Oppio a Cesare avevano scritto, me aver letto i suoi libri contro il Catone [1], e forte piaciutomi; in questo stesso proposito ne ho compilato una lettera a Cesare, da portare a Dolabella; ma la copia ne mandai ad Oppio e Balbo, scrivendo loro che essa mia lettera ricapitassero a Dolabella, sì veramente che la copia avesse lor soddisfatto. Mi risposero, sè non aver letto nulla mai meglio; e la lettera ricapitarono a Dolabella.

2 Mi scrisse Vestorio che io facessi vendere con evizione la parte mia del podere di Brinnio ad un certo Etercio suo servo; acciocchè egli potesse legittimamente altresì con evizione venderlo a lui in Pozzuolo. Mandami, se ti par bene, esso servo; chè ben credo anche esso Vestorio avertene scritto.

3 Circa il venire di Cesare, Oppio e Balbo mi scrissero quel medesimo che tu.

4 Mi maraviglio che tu non facesti anche motto a Tigellio; almeno, se tu sappi, quanto egli abbia ricevuto [2]. Mi consumo inver di saperlo; quantunque non lo stimo un frullo.

5 Tu vuoi sapere quello che io pensi a proposito dello scontro: che di' tu? se non più là che in Alsio? [3] Ed anche io ho scritto a Murena circa l'ospizio; ma io lo credo già partito con Mazio: dunque faremo pressa a Sallustio [4]. Scritta già la riga ultima, Erote fu a dirmi, Murena avergli fatto splendidissime profferenze. Ci staremo adunque con lui: da che Sallustio non ha materassi. Dida poi lasciò libera agli ospiti tutta la casa.

DCXXXVIII. (Ad Att. XIII, 51)

Argumentum. 1 De epistola ad Caesarem scripta; 2 de Atticae valitudine; 3 de Tigellio; 4 de Q. filii adventu.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, mense Sept. ineun.

CICERO ATTICO S.

1 Ad Caesarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tum [1] tibi mittere; nec id fuit quod suspicaris, ut me puderet tui, ne ridicule μικκύλος [2]. nec mehercule scripsi aliter, ac si πρὸς ἴσον ὅμοιόνque scriberem. Bene enim existimo de illis libris [3], ut tibi coram. Itaque scripsi, et ἀκολακεύτως, et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius.

2 De Attica nunc demum mihi est exploratum [4]. Itaque ei de integro gratulare.

3 Tigellium totum mihi, et quidem quamprimum [5]: nam pendeo animi.

4 Narro tibi, Quintus cras [6]. Sed ad me, an ad te, nescio. Mihi scripsit Romam VIII Kal. Sed misi, qui invitaret: etsi hercle iam Romam veniendum est, ne ille [7] ante advolet.

DCXXXVIII. (Ad Att. XIII, 51)

Argomento. 1 Della lettera scritta a Cesare; 2 del risanamento di Attica; 3 di Tigellio; 4 della venuta di Quinto figliuolo.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, sul principio di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Della lettera mandata a Cesare m' uscì allora di mente di mandarti la copia; e non mica pel sospetto che tu ne facesti, quasi mi vergognassi di te per essermi goffamente dimostro un dappoco [1]: da che, ti prometto, non gli ho scritto che come *a un mio pari.* Imperocchè que' libri mi piacciono, come a bocca ti dissi. Gli scrissi adunque, e *senza piaggiarlo;* e tuttavia per forma che egli non si leccherà d' altro mai meglio le dita.

2 Finalmente io ho di Attica la cosa ferma [2]: e però da capo con lei ti congratula.

3 Tigellio fammi tutto mio, ed al più presto: poichè io sono in pendente.

4 Ti fo sapere: Quinto vedrò dimani; ma a casa mia, o tua, non so bene. A me scrisse di essere a Roma a' 25; ma il mandai invitando: sebbene in verità è bisogno ch' io venga a Roma, non forse egli mi tolga la mano.

DCXXXIX. (Ad Div. VII, 25)

Argumentum. Epistolam conscissam non esse nuntiat; et monitus, ut Tigellium placatum habeat, gratias agit, vicissimque monet, ut de Caesare cautius loquatur, et ut pergat stilum exercere, hortatur.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, mense Sept. ineun.

CICERO M. FABIO GALLO S. D.

Quod epistolam [1] conscissam doles, noli laborare: salva est; domo petes [2] quum libebit. Quod autem me mones [3], valde gratum est: idque ut semper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, nisi istum habuerimus [4], rideamus γέλωτα σαρδόνιον [5]. Sed heus tu, manum de tabula [6]. Magister adest citius, quam putaramus. Vereor ne in Catonium Catoninos. Mi Galle, cave putes quicquam melius, quam epistolae tuae partem ab eo loco: *cetera labuntur.* Secreto hoc audi, tecum habeto [7], ne Apellae quidem, liberto tuo, dixeris. Praeter duo [8] nos, loquitur isto modo nemo: bene, malene, videro [9]: sed, quicquid est, nostrum est [10]. Vrge igitur: nec transversum unguem (quod aiunt) a stilo [11]. Is enim est dicendi opifex. Atque equidem aliquantum iam etiam noctis assumo [12]. Vale.

DCXXXIX. (A Div. VII, 25)

Argomento. Annunzia che la lettera non è stata lacerata; e avvertito di riconciliarsi con Tigellio, ne lo ringrazia, e a vicenda gli raccomanda cautela nello scrivere a Cesare, e lo esorta a tener pulito il suo stile.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, sul principio di Settembre.

CICERONE A M. FABIO GALLO S.

Non ti tribolar della lettera fatta in pezzi; io l'ho in casa mia sana e salva; e quando tu voglia, l'avrai. Quanto poi alla tua ammonizione, l'ebbi carissima [1]; e ti prego di far sempre così. Tu mi pari aver paura non forse (venendo il sere) noi abbiamo a fare un *riso sardonico* [2]. Ma, all'erta [3]; leva dalla tavoloccia la mano: è qui il maestro più presto che non credevamo. Non vorrei che il cotale ne mandasse i Catoniani in ninferno [4]. Ma, tu mio Gallo, non credessi, vedi, che si possa far punto di meglio di quella parte della tua lettera che comincia: *Cetera labuntur* [5]. Tel dico all'orecchio: tu tieni in te; nol confidare eziandio ad Apella liberto tuo. Da noi due in fuori, non è uomo al mondo che parli per questo modo: sia bene, sia male, lo vedrem poi. Ma sia che vuole, egli è pure cosa nostra. Adunque davvi entro; non levar pure un capel dalla penna: esso è che forma il parlare. E sappi, io medesimo, torno oggimai a spenderci non poco della notte. A Dio.

DCXL.

(Ad Div. VI, 11)

Argumentum. Gratulatur de restitutione, quam Dolabellae beneficio ipsi impetraverat; hortaturque ut aequo animo iacturam fortunarum ferat.

Scr. A. V. C. DCCVIII, mense Sept. ineun.

M. CICERO TREBIANO S. D.

Dolabellam[1] antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram. Nec enim acciderat mihi opus esse; et ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis[2]. Nunc tanto sum devinctus eius beneficio, quod et antea in re[3], et hoc tempore in salute tua[4] cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere, malim. Alterum omnino non desidero, alterum[5] vere facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi virtus et dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuae sapientiae magnitudinisque animi, quid amiseris, oblivisci; quid recuperaris[6], cogitare. Vives cum tuis, vives nobiscum. Plus acquisisti dignitatis, quam amisisti rei familiaris: quae ipsa tum[7] esset iucundior, si ulla res esset publica. Vestorius[8], noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Haec praedicatio tua mihi valde grata est,

DCXL. (A Div. VI, 11)

Argomento. Si congratula con Trebiano d'avergli procurato il ritorno in patria per mezzo di Dolabella; e lo conforta a tollerare tranquillamente la perdita delle sostanze.

Scritta l' anno di Roma DCCVIII, sul principio di Settembre.

M. CICERONE A TREBIANO S.

Per l'avanti io amava senza più Dolabella [1]; di niente gli era obbligato, non essendomi mai incontrato d'aver bisogno di lui: sì egli era obbligato a me, che ne' suoi mali passi non gli era mancato [2]. Ma al presente tanto mi sento a lui legato pel bene a te fatto (avendomi, e prima nel conservare le cose tue, ed ora la tua persona, fatto il maggior de' piaceri), che io non ho altri a chi sia più debitore. Nel qual fatto io mi congratulo teco di tanta forza, che io ho più caro che tu mi risponda di congratulazioni che di ringraziamenti: questo non cerco io; quello puoi tu fare con verità. Del rimanente, posciachè la tua virtù e la dignità t'ha aperto il passo da tornare a' tuoi, s'appartiene alla tua sapienza e grandezza d'animo il gettarti dietro ciò che hai perduto, e pensare al racquistato. Tu vivrai co' tuoi, vivrai con esso noi. Maggior è l'acquisto che tu facesti d'onore, che il danno della roba; la quale per altro ti sarebbe più cara, se nulla di Repubblica fosse rimaso. Mi scrisse Vestorio [3], amico nostro, de' sommi ringraziamenti che tu mi fai. Il qual tuo bandire m'è

eaque te uti facile patior, quum apud alios, tum mehercule apud Syronem, nostrum amicum. Quae enim facimus, ea 9 prudentissimo cuique maxime probata esse volumus. Te cupio videre quam primum.

DCXLI. (Ad Div. XII, 17)

Argumentum. 1 De Syriaco tumultu et urbano otio, sive negotiorum cessatione; 2 librum de optimo genere dicendi Cornificio commendat; 3 et suum ei studium confirmat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri exeun.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE [1] S. D.

1 Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam ut conserves (non quo [2] de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi), rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quaedam [3] nuntiata sunt. Quae, quia tibi sunt propiora [4], quam nobis, tua me causa magis movent, quam mea. Romae summum otium [5] est: sed ita, ut malis [6] salubre aliquod, et honestum negotium: quod spero fore; video [7] id curae esse Caesari.

2 Me scito, dum tu absis [8], quasi occasionem quamdam et licentiam nactum, scribere audacius: et cetera quidem fortasse [9], quae etiam tu con-

molto caro; e ben mi contento che tu lo faccia sì con gli altri, e sì troppo meglio col nostro amico Sirone 4: da che m' è caro che le cose mie in ispezieltà soddisfacciano alle persone di maggior senno. Desidero di vederti al più presto.

DCXLI. (A Div. XII, 17)

Argomento. 1 De' movimenti di sedizione nella Siria e della quiete della città, ossia del ristagno degli affari; 2 raccomanda a Cornificio il libro intitolato *de optimo genere dicendi;* 3 e gli conferma la sua benevolenza.

Scritta da Roma l' anno DCCVIII, sul finir di Ottobre.

CICERONE A CORNIFICIO COLLEGA [1] S.

1 Senza fine m' è caro che tu ti ricordi di me, secondochè mi dicono le tue lettere; e ti prego (non che io dubiti della tua fermezza, ma perchè l' uso porta così) che tu segua a farlo. Di Siria ci venner novelle di tumulti non piccioli; de' quali per essere a te più vicini che a me, più per tuo rispetto che mio sono in pensiere. In Roma è ozio infinito: tale però, che meglio ne piacerebbe un salutevole ed onesto che fare; del che io vivo in isperanza, veggendo che Cesare se l' ha a cuore.

2 Or sappi che dalla tua lontananza io ho côlto il destro e la licenza di scrivere con più sicurtà; e senza quelle cose che forse tu medesimo mi passeresti, no-

cederes; sed proxime scripsi de optimo genere dicendi [10], in quo saepe suspicatus sum, te a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem [11] a non indocto, paullulum dissidere. Huic tu libro maxime velim, ex animo si minus, gratiae causa suffragere [12]. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probabis [13]; tamen in ista solitudine [14], quicquid a me profectum sit, iucundum tibi fore.

3 Quod mihi existimationem tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium [15] more: sed velim sic existimes, me, quum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam [16], plurimum tribuam, tum de summo ingenio, et de studiis tuis optimis, et de spe amplissimae dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

DCXLII. (Ad Div. XIII, 4)

Argumentum. Quum Caesar, victor civilium bellorum, agrum militibus divisurus esset, eique negotio praefecisset Q. Valerium; huic Volaterranos commendat, ne illorum ager divisioni subiiciatur.

vellamente ho scritto sopra il perfetto genere di parlare; nel qual proposito io sospettai molte volte che tu (come suole un dotto uomo da uno non rozzo) la pensassi un po' altramenti da me. A questo mio libro amerei io forte che tu, se non cordialmente, certo per farmi cosa grata, dessi favore; e dirò a' tuoi che, volendo, ne traggano copia e tel mandino. Conciossiachè io son di credere che, eziandio non soddisfacendoti, tuttavia in cotesta tua solitudine ti debba dilettare qualunque sia cosa di mio.

3 Quanto al raccomandarmi che fai la tua fama e la dignità, tu segui in fatti quello che si usa; ma io vorrei che tu vivessi sicuro che, oltre alla stima che io m'ho grandissima dell' amore che veggo essere tra noi due, io porto anche tale giudizio del tuo ingegno, e degli ottimi studi, e della speranza della tua splendidissima dignità, che nessuno ti metto avanti, pochi dallato.

DCXLII. (A Div. XIII, 4)

Argomento. Cesare, rimasto superiore nelle guerre civili, essendo sul procinto di dividere i campi ai soldati, ed avendo data la sopraintendenza di questo affare a Q. Valerio, raccomanda a costui i Volterrani, perchè non venga diviso il loro territorio.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri.

M. T. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE [1] LEG. PROPRAET. S. D.

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est. Magno enim meo beneficio [2] affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerunt. Nam nec in honoribus meis, nec in laboribus umquam defuerunt [3]. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen, quod te vehementissime diligo, quodque me a te plurimi fieri sentio, et monerem te et hortarer, ut eorum fortunis consuleres, praesertim quum prope praecipuam causam haberent ad ius obtinendum [4]: primum quod Sullani temporis acerbitatem [5], deorum immortalium benignitate, subterfugerunt: deinde, quod summo studio populi Romani a me in consulatu meo defensi sunt. Quum tribuni [6] plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgavissent; facile senatui populoque Romano persuasi, ut eos cives, quibus fortuna pepercisset, salvos esse vellent. Hanc actionem meam C. Caesar primo suo consulatu in lege agraria [7] comprobavit, agrumque Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit: ut mihi dubium non sit, quin is, qui novas necessitudines adiungat, vetera sua beneficia conservari velit. Quamobrem est tuae

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre.

M. T. CICERONE A Q. VALERIO ORCA, F. DI QUINTO, LEGATO E PROPRETORE S.

Io sono grande amico de' municipi di Volterra [1]: poichè avendo da me ricevuto un gran benefizio, a colmata misura me ne ricambiarono, non essendomi nè ne' miei onori nè nelle sventure mancati mai. E tuttavia, se anche io non avessi a fare punto con loro, per questo solo che io amo te ardentissimamente, e che io sento la ottima opinion tua di me, vorrei ammonirti e confortarti che tu pigliassi a favorirli; massimamente avendo essi una ragione forse singolare che sia renduta loro giustizia: prima, perchè, per favor degli Dei immortali, venne lor fatto sottrarsi all'acerbità della tirannia di Silla [2]; l'altra, perchè con sommo favore del popol romano furono nel mio consolato da me difesi. Imperocchè avendo i tribuni della plebe bandita una ingiustissima legge circa al partire de' loro poderi, io ho di leggieri persuaso al Senato ed al popolo romano, che vogliano dar mano alla salute di costoro cui la fortuna avea risparmiati. Questo mio ufizio fu da Cesare comprovato nel consolato suo primo [3], quando fece la legge agraria, e 'l tener di Volterra ed essa città francò d'ogni gravame in perpetuo; il perchè non posso temere che egli, il quale si va facendo di nuove amicizie, non voglia conservati i vecchi suoi benefizi. È

prudentiae, aut sequi eius auctoritatem, cuius sectam atque imperium summa cum tua dignitate secutus es; aut certe illi integram omnem causam reservare. Illud vero dubitare non debes, quin tam grave, tam firmum, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari [8] velis. Sed haec, quae supra scripta sunt, eo spectant, ut te horter et suadeam [9]. Reliqua sunt, quae pertinent ad rogandum: ut non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam, quod mihi opus sit, me a te petere et rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros incolumesque esse volueris. Eorum ego [10] domicilia, sedes, rem, fortunas, quae a diis immortalibus et a praestantissimis in nostra re publica civibus, summo senatus populique Romani studio, conservatae sunt, tuae fidei, iustitiae, bonitatique commendo. Si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi tueri meos; nullum officium, nullum denique certamen, in quo illis prodesse possem, praetermitterem. Sed, quando apud te nihilominus hoc tempore valere me confido, quam valuerim semper apud omnes: pro nostra summa necessitudine, parique inter nos et mutua benivolentia, abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut existiment, eum quasi [11] divino con-

dunque della tua prudenza o il seguitare l'autorità di quest'uomo, la cui parte e l'imperio, con sommo tuo onore hai seguíto; o almeno tutta dal principio in lui rimettere questa causa. Or tu non dei dubitare di non doverti con questo sommo tuo benefizio obbligare per sempre un così grave, tanto potente ed orrevole municipio. Ma le cose dette fin qui mirano ad esortarti ed a persuaderti; queste che seguono fanno al pregarti che tu voglia credere che io non pure per quello che a te risguarda ti do consiglio, ma che eziandio ti dimando e ti prego di quelle cose che a me fanno mestieri. Adunque tu mi farai cosa gratissima, se in ogni loro bisogno farai il maggior bene e vantaggio de' Volterrani. Alla tua fede, giustizia, bontà io raccomando le loro case, le possessioni, le robe, le fortune; le quali cose e dagli Dei immortali, e dal primo fiore di cittadini della nostra Repubblica, con tutto il favor del Senato e del popolo romano, furono lor conservate. Se lo stato delle cose mi desse in questo termine il modo da potere (colla potenza che io già avea) altresì difendere i Volterrani, come io era solito a' miei dare aiuto, non sarebbe ufizio, non finalmente pericolo al qual non mi mettessi, credendo loro giovare. Ma posciachè io vo' confidarmi di non avere al presente appo te punto men di potenza, che io m'avessi sempremai appo tutti; per la somma nostra intrinsichezza e tra noi due scambievole benevolenza, ti chieggo che tu voglia meritare de' Volterrani per modo che debbano giudicare, quasi per divino ordina-

silio isti negotio praepositum esse, apud quem unum nos, eorum perpetui defensores, plurimum valere possemus [12].

DCXLIII. (Ad Div. XIII, 5)

Argumentum. Curtium commendat, rogatque ut eius Volaterranam possessionem ei integram servet.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri.

M. T. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEG. PROPRAET. S. P. D.

Non moleste fero, eam necessitudinem, quae mihi tecum est, notam esse quam plurimis: neque tamen ob eam causam (quod tu optime existimare potes [1]) te impedio, quo minus susceptum negotium [2], pro tua fide et diligentia, ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam difficilemque commisit, gerere possis. Nam quum multi a me petant multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo, ut ambitione [3] mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte aetate familiarissime sum usus. Eius et Sullani temporis iniustissima calamitate [4] dolui, et, quum iis, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, quum

mento, l'affare essere posto in mano di un tale presso cui noi, perpetui loro patrocinatori, dovessimo avere tutta la forza.

DCXLIII. (A Div. XIII, 5)

Argomento. Gli raccomanda Curzio, e lo prega che voglia conservargli intatti i beni che possiede nel Volterrano.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre.

M. T. CICERONE A Q. VALERIO ORCA, F. DI QUINTO, LEGATO E PROPRETORE S.

Non mi duol già che l'amicizia che è fra noi due sia saputa da quanti si voglia; ma non per questo (e tu il dei ben credere) intendo io di guastare, sì che tu non possa menar l'affare che ti se' tolto, secondo la fede tua e 'l volere di Cesare, il quale t'ha messo in mano un affare ben grande e difficile: io vo' dire, che essendo io da molti pregato di molte cose, io non farò mai di sconciare colla mia ambizione il tuo ufizio. Io fui corpo ed anima, fin da fanciullo, con C. Curzio. Nella tirannia di Silla portai gran dolore degli ingiustissimi danni da lui sofferti; e quando a quelli che erano stati nella medesima nave mostrava che per generale consentimento fosse conceduto il ritorno in patria, gli diedi mano nella sua tribolazione. Or egli ha nel tener di Volterra una sua possessione, nella quale

in eam, tamquam e naufragio, reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Caesar [5] in senatum legit: quem ordinem ille, ista possessione amissa, tueri vix potest [6]. Gravissimum autem est, quum superior factus sit ordine, inferiorem esse fortuna: minimeque convenit, ex eo agro, qui Caesaris iussu dividatur, eum moveri, qui Caesaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de aequitate rei scribere, ne causa potius apud te valuisse videar [7], quam gratia. Quamobrem te in maiorem modum rogo, ut C. Curtii rem, meam putes esse: quicquid mea causa faceres, ut id C. Curtii causa quum feceris, existimes, quod ille per te habuerit, id me habere abs te [8]. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

DCXLIV. (Ad Div. XIII, 8)

Argumentum. Rutilium rogat, ut in agrorum divisione Albini praedia ne attingat.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri.

M. T. CICERO M. RVTILIO [1] S. P. D.

Quum et mihi conscius essem, quanti te facerem, et tuam erga me benivolentiam expertus essem, non dubitavi a te petere, quod mihi petendum esset. P. Sextium [2] quanti faciam, ipse optime scio: quanti autem facere debeam, et tu,

egli come dal naufragio, avea raccolti gli avanzi della sua fortuna. In questo termine Cesare lo scrisse senatore; il qual grado (perdendo questa possessione) a stento egli può sostenere. Or saria troppo dura cosa, essendo egli montato di grado, di smontar di fortune; nè è conveniente che Cesare dividendo fra gli altri il fondo di lui, ne cacci colui che per suo benefizio ora è senatore. Ma non mi piace toccar troppo sottilmente la equità della cosa; chè non paresse aver avuto appo te più di forza la giustizia, che la tua benevoglienza. Ti prego adunque col maggior ardore che io possa, acciocchè ti pigli per mio l'affare di C. Curzio. Checchè sia quello che tu farai per mio amore, facendolo tu in bene di C. Curzio, credilo fatto a me: quello che egli ottenga per l'opera mia, fa ragione che l'abbia avuto io stesso da te. Questo è ciò di che io ti prego con tutto il cuore del corpo mio.

DCXLIV. (A Div. XIII, 8)

Argomento. Prega Rutilio che nella divisione delle terre non tocchi i poderi di Albino.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre.

M. T. CICERONE A M. RUTILIO S.

Sapendo io bene il conto che fo di te, e sperimentato il bene che tu mi porti, non dubitai di dimandarti quello che avea in animo di fare. Il conto che io fo di P. Sestio [1], nessun sa meglio di me; quanto poi io abbia dover di farlo, e tu lo sai e tutto il

et omnes homines sciunt. Is quum ex aliis te mei studiosissimum esse cognosset [3], petivit a me, ut ad te quam accuratissime scriberem de re C. Albini [4] senatoris; cuius ex filia [5] natus est L. Sextius, optimus adolescens, filius P. Sextii. Hoc iccirco scripsi, ut intelligeres, non solum me pro P. Sextio laborare debere, sed Sextium etiam pro Albino. Res autem est haec. A M. Laberio C. Albinus praedia in aestimationem accepit [6]: quae praedia Laberius emerat a Caesare de bonis Plotianis Ea si dicam non esse e re publica dividi [7], docere te videar, non rogare. Sed tamen quum Caesar Sullanas venditiones et assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suae: si ea praedia dividentur, quae ipse Caesar vendidit, quae tandem in eius venditionibus esse poterit auctoritas? [8] Sed hoc quale sit, tu pro tua prudentia considerabis. Ego te plane rogo, atque ita, ut maiore studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, ut Albino parcas, praedia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modo laetitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sextius homini maxime necessario [9] satisfecerit per me, ut ego illi uni plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges esse gratissimum.

mondo. Or egli avendo dagli altri saputo come tu mi porti nel cuore, mi pregò di scriverti coll'affetto che potessi maggiore per un affare di C. Albino senatore, della cui figlia [2] è nato L. Sestio, ottimo giovane, figliuolo di P. Sestio. Tutto questo ti volli dire, acciocchè tu sapessi che non pure io debbo darmi pensiero per P. Sestio, ma che Sestio eziandio per Albino. Ora il fatto è qui. C. Albino ebbe a ragion della stima certi fondi da M. Laberio; e Laberio aveagli comprati da Cesare de' beni di Plozio. Se io dicessi non essere del ben pubblico che que' fondi entrassero nella partizione, mostrerei di volerti ammaestrare, non di pregarti. Tuttavia, da che Cesare ha per buone le vendite e gli assegnamenti posti da Silla, per dar più fermezza alle sue, se nel partimento avesser luogo que' fondi che esso Cesare ha venduti, quanto di credito vorrebbono aver le sue vendite? Ma di ciò lascio io giudicarne alla tua prudenza. Al tutto io ti prego, e il fo per tal forma, che con più ardore, per più giusta ragione e più di cuore, non posso di niente altro pregarti, che tu mi risparmi Albino, e i poderi di Laberio non vogli toccare. Tu mi farai non pure gongolar d'allegrezza, ma in certo modo di gloria, se Sestio possa per opera mia far piacere ad un suo sì stretto parente, avendo io a lui grandissime obbligazioni. Di che io ti prego della maggior forza che io possa. Tu non potresti farmi altro favore maggior di questo: e tu conoscerai essermi stato gratissimo.

DCXLV. (Ad Div. XIII, 7)

Argumentum. Petit a Cluvio, Puteolano, quem Caesar agro in Gallia Cisalpina dividundo praefecerat, ne municipii Atellani vectigalis ager dividatur.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri.

M. T. CICERO CLVVIO [1] S. P. D.

Quum in Galliam proficiscens, pro nostra necessitudine tuaque summa in me observantia, ad me domum [2] venisses, locutus sum tecum de agro vectigali municipii Atellani, qui [3] esset in Gallia; quantoque opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectionem, quum et maxima res municipii honestissimi mihique coniunctissimi, et summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulari, existimavi, me oportere ad te accuratius scribere: etsi non sum nescius, et quae temporum ratio, et quae tua potestas sit, tibique negotium datum esse a C. Caesare, non iudicium [4], praeclare intelligo. Quare a te tantum peto, quantum et te facere posse, et libenter mea causa facturum esse arbitror. Et primum velim existimes, quod res est, municipii fortunas omnes in isto vectigali consistere; his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc

DCXLV. (A Div. XIII, 7)

Argomento. Chiede a Cluvio, incaricato da Cesare della divisione delle terre della Gallia Cisalpina, che non tocchi quella che appartiene al municipio di Atella.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre.

M. T. CICERONE A CLUVIO [1] S.

Essendo tu (nell'andar che facesti in Gallia) venutomi a casa, come portava l'amicizia nostra e la tua somma osservanza, io ti parlai del fondo soggetto a tributo di Atella [2], che han nella Gallia; e t'ho dimostrato quanto io fossi tenero di quel municipio. Dopo la tua partenza, conciossiachè si trattasse di un gravissimo affare di quell'orrevolissimo ed a me congiuntissimo municipio, e con esso dell'ufizio mio, sguardando alla tua singolar affezione, ho giudicato di doverti scrivere più accuratamente: quantunque io veggo condizion di tempi ne' quali siamo, e dove arrivi la tua potestà; e assai bene comprendo, C. Cesare averti posto in mano un affare, non un giudizio. Per la qual cosa io non ti prego di altro, se non di quello che penso te poter fare, e dovere per mio amore far volentieri. La prima cosa, vorrei che tu pensassi quanto importi essere tutto lo stato del municipio riposto in queste gabelle; che in questi tempi esso municipio, già oppresso da gravissimi carichi, è anche tribolato da somme angustie.

etsi commune [5] videtur esse cum multis; tamen mihi crede, singulares huic municipio calamitates accidisse. Quas iccirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines, quos nolo [6], videar offendere. Itaque, nisi magnam spem haberem, C. Caesari nos causam municipii probaturos; non erat causa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem. Sed quia confido, mihique persuasi, illum et dignitatis municipii, et aequitatis, etiam voluntatis [7] erga se habiturum esse rationem: ideo a te non dubitavi contendere, ut hanc causam illi integram conservares. Quod etsi nihilominus a te peterem, si nihil audivissem te tale fecisse; tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam mihi dictum est, hoc idem a te Regienses impetravisse. Qui etsi te aliqua necessitudine attingunt; tamen tuus amor in me sperare me cogit, te, quod tuis necessariis tribueris, idem esse tributurum meis: praesertim quum ego pro his unis petam; habeam autem, qui simili causa laborent, complures necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque aliqua levi ambitione [8] commotum a te contendere, etsi te existimare arbitror: tamen mihi affirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimum; nullum umquam fuisse tempus neque honorum, neque laborum meorum, in quo non huius municipii studium in me exstiterit sin-

Or questo pare un peso comune a più altri; ma, credimi, a questo municipio toccarono misventure in proprio, le quali io non ti novero per non dar vista, dolendomi delle miserie de' miei amici, di voler pungere quei che non voglio. Ora se non fosse che io porto grande speranza di potere a C. Cesare mantener le ragioni di esso municipio, non c' era un perchè io in questo termine ti facessi calca di nulla. Ma perocchè ho ben fidanza, e mi tengo la cosa in mano, lui dover alla dignità del municipio, alla equità ed all'animo loro verso di lui aver bene rispetto; pertanto non dubitai di esiger da te che tu volessi a lui solo senza pregiudizio riservar questa causa. Or io vorrei eziandio pregartene, se io non avessi udito te nulla aver fatto di somigliante; ma, essendomi stato detto, i Regiesi aver questo medesimo da te impetrato, ed io sono altresì entrato in isperanza maggior di ottenerlo. Benchè credo che co' Regiesi ti abbia qualche ragion di amicizia; tuttavia l'amore che tu mi porti mi tira a sperare che il favore medesimo che hai fatto a' tuoi, vorrai altresì fare a' miei; massimamente che per soli cotesti io ti domando la grazia: e sì ho degli amici, nel medesimo duro termine, bene assai. Certo io son di credere che tu vorrai giudicare che non senza un gran perchè, nè condottovi da qualche mia vana ambizione, io te ne faccia cotanta pressa: solamente io ti prego di credermi, protestando io d'avere di grandissime obbligazioni a questo municipio; non essendoci stato mai tempo o di miei onori o di misventure, che io non lo abbia trovato per me al possibile tene-

gulare. Quapropter a te etiam atque etiam, pro nostra summa coniunctione, proque tua in me perpetua et maxima benivolentia, maiorem in modum peto atque contendo, ut, quum fortunas agi eius municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benivolentia coniunctissimum, id mihi des [9]; quod erit huiusmodi, ut, si a Caesare, quod speramus, impetrarimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus; sin minus, pro eo tamen id habeamus, quum a te data sit opera, ut impetraremus. Hoc quum mihi gratissimum feceris, tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemque gratissimos, et tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris.

DCXLVI. (Ad Div. XII, 18)

Argumentum. Infrequentiam literarum excusat: Cornificii prudentiam et gravitatem laudat; praesentem rei publ. statum accusat cum Caesaris excusatione.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Octobri.

CICERO CORNIFICIO [1] COLLEGAE S. D.

Quod extremum fuit in ea epistola, quam a te proxime accepi, ad id primum respondebo. Animum adverti [2] enim, hoc vos magnos oratores facere nonnumquam. Epistolas requiris meas. Ego

rissimo. Il perchè quanto più posso, per la somma intrinsichezza nostra e per la costante ed esimia benevolenza tua verso di me, ti prego colla maggior instanza che, sapendo tu andarne in ciò lo stato di un municipio per amicizia, servigi, benevolenza tutto mio, a me ne vogli fare la grazia; la quale sarà di tal fatta, che impetrando noi da Cesare quello che speriamo, noi il reputeremo dal tuo benefizio; se no, avendoci tu fatto opera, e noi altresì lo avremo per impetrato. Senza che tu con questo avrai fatto a me la più grata cosa del mondo; ma tu ti sarai per sempre mai renduti schiavi, a te ed a' tuoi, ottimi personaggi, orrevolissime persone, e niente meno gratissimi e degnissimi della tua amicizia.

DCXLVI. (A Div. XII, 18)

Argomento. Si scusa della scarsezza di sue lettere; loda la gravità e prudenza di Cornificio; duolsi dello stato infelice della Repubblica, ma scusandone Cesare.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre.

CICERONE A CORNIFICIO COLLEGA S.

Risponderò per primo al punto che è ultimo nella tua lettera testè ricevuta; avendo io posto mente che voi solete spesso fare il somigliante, che siete sommi oratori. Tu dimandi mie lettere; or sappi: non mi fu

autem numquam, quum mihi denuntiatum esset a tuis, ire aliquem [3], non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec ante, quam scisses, quo iste, nescio qui, Caecilius Bassus [4] erumperet, quicquam certi constituturum: id ego et speraram, prudentia tua fretus; et, ut confiderem, fecerunt tuae gratissimae mihi literae [5]: idque ut facias quam saepissime, ut et quid tu agas, et quid agatur, scire possim, et etiam quid acturus sis, valde te rogo. Etsi periniquo patiebar animo, te a me digredi; tamen eo tempore me consolabar, quod et in summum otium [6] te ire arbitrabar, et ab impendentibus magnis negotiis discedere. Vtrumque contra accidit. Istic [7] enim bellum est exortum; hic pax consecuta: sed tamen eiusmodi pax, in qua [8], si adesses, multa te non delectarent: ea tamen, quae ne ipsum Caesarem quidem delectant [9]. Bellorum enim civilium hi semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus sit parta victoria. Equidem sic iam obdurui, ut ludis [10] Caesaris nostri aequissimo animo viderem T. Plancum [11], audirem Laberii et Publii [12] poëmata. Nihil mihi tam deesse scito, quam quicum haec familiariter docteque rideam. Is tu eris, si quam primum veneris. Quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror.

mai riferito da' tuoi esserci alcuno sul muoversi, che non gliene dessi. Mi par vedere dalle tue lettere che tu se' deliberato di nulla fare all'impazzata; nè prima di aver compreso là dove riesca cotesto non so chi Cecilio Basso [1], voler pigliare partito fermo: ciò aveva io sperato sopra la tua saviezza, e me ne diedero fidanza le tue gratissime lettere; il che io forte ti prego che tu faccia più spesso che puoi, facendomi sapere quello che facci tu, che facciano gli altri, e che eziandio sii per fare. Quantunque di malissimo cuore t'ho io lasciato partire; tuttavia in tale stato eran le cose, che io mi consolava pensando che tu ti ricoglievi in un sommo ozio, e t'allontanavi da grandi cose che ti stavano sopra il capo. Ed ecco l'uno e l'altro in contrario: chè costì è levata la guerra, qui sopravvenuta la pace; ma di tale natura, che essendoci tu, avresti assai cose che non ti piacerebbono, e tuttavia tali che nè eziandio a Cesare danno piacere. Imperocchè qua sempre riescono le guerre civili, che non ne avvengono pure delle volute dal vincitore, ma che eziandio è da andare a' versi a coloro per cui opera s'è avuto vittoria. Ti prometto, io ho così fatto callo, che ne' giuochi del nostro Cesare di bonissima voglia ho veduto T. Planco [2], ed ascoltato le poesie di Laberio e di Publio [3]. Vivi sicuro, di nulla esser qui tanto caro, quanto di persone colle quali domesticamente e dottamente ridere di queste cose. Or tu sarai di cotestoro, se ti affretterai di venire; il che credo io che, come a me, così a te importi che tu voglia fare.

DCXLVII.

(Ad Div. V, 11)

Argumentum. Respondet epistolae Vatinii, quae non exstat, laudando gratum animum; et studium suum uxori, quam commendaverat, non defuturum pollicetur. Addit de Dionysio fugitivo, et de spe triumphi Dalmatici Vatinio decernendi.

Scr. Romae A. V. C. DCCVIII, mense Oct. aut Novembri.

M. T. CICERO P. VATINIO IMPERATORI S. D.

Grata tibi mea esse officia non miror. Cognovi enim te gratissimum omnium: idque numquam destiti praedicare. Nec enim tu mihi habuisti modo gratiam [1], verum etiam cumulatissime retulisti. Quamobrem [2] reliquis tuis rebus omnibus, pari me studio erga te, et eadem voluntate cognosces. Quod mihi feminam primariam, Pompeiam, uxorem tuam, commendas: cum Sura nostro statim tuis literis lectis locutus sum, ut ei meis verbis diceret, ut, quicquid opus esset, mihi denuntiaret; me omnia, quae ea vellet [3], summo studio curaque facturum: itaque faciam, eamque, si opus esse videbitur, ipse conveniam. Tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem, neque tam magnam, neque tam parvam putet, quae mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Omnia, quae in tuis rebus [4] agam, et non laboriosa mihi, et ho-

DCXLVII. (A Div. V, 11)

Argomento. Risponde ad una lettera di Vatinio, che è perduta, e ne loda la gratitudine; promette assistenza alla moglie di lui raccomandatagli. Aggiugne un cenno di Dionisio schiavo che era fuggito, e della speranza di far decretare il trionfo Dalmatino a Vatinio.

Scritta da Roma l'anno DCCVIII, nel mese di Ottobre o di Novembre.

M. T. CICERONE A P. VATINIO IMPER. S.

Che tu gradisca i miei servigi, non mi maraviglio, avendoti io conosciuto il più grato uomo del mondo; il che mai non ristetti di mettere in voce: anzi tu non solamente me ne hai fatto ringraziamenti, ma eziandio rendutomene merito a colma misura. Per la qual cosa in ogni altra tua occorrenza tu mi troverai verso di te del medesimo affetto e di simile volontà. Quanto al raccomandarmi [1] che fai questo fior di matrona, Pompea tua consorte, io ne parlai di tratto, alla veduta delle tue lettere, col nostro Sura [2]; che a lei dovesse dire a mio nome che bisognandole checchessia, mel facesse sapere; ed io con sommo ardore e diligenza avrei fatto ogni cosa di suo piacere; e così farò io: anzi dove crederò bisognare, sarò io medesimo a lei. Tuttavia tu le scrivi, ti prego, che ella non voglia credere nessuna cosa nè così grande nè così picciola, la quale o troppo ardua o poco degna di me mi possa parere. Tutto ciò che io facessi di a te partenente, non pure non gravoso, ma lo reputerò mio onore.

nesta videbuntur. De Dionysio [5], si me amas, confice. Quamcumque ei fidem dederis [6], praestabo. Si vero improbus fuerit [7], ut est: duces eum captivum [8] in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed, ut scribis, brevi capientur, et illustrabunt res tuas gestas. Semper enim habiti sunt bellicosi. Vale.

DCXLVIII. (Ad Div. VII, 29)

Argumentum. Curius laudat Ciceronis erga se beneficia, eumque rogat, ut Ser. Sulpicii se successori commendet.

Scr. Patris A. V. C. DCCVIII, IIII Kal. Novembres.

CVRIVS M. CICERONI SVO S.

Si vales, bene est: sum enim χρήσει [1] μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius [2]: quod quidem si inter servos coëmtionales [venale] proscripserit [3], egerit non multum. At illa nostra praedicatio quanti est [4], nos, quod simus, quod habeamus [5], quod homines existimemur, id omne abs te habere? Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare, et Sulpicii successori [6] nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis praeceptis obtemperare possimus, teque ad ver [7] lubentes videre, et nostra refigere [8] deportareque tuto possimus. Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine

Quanto a Dionisio, per lo ben che mi porti, cavane le mani: io gli osserverò ogni promessa che tu gli abbi fatta [3]. Che se egli sia un mariuolo, e tu il menerai cattivo in trionfo. Mal prenda a' Dalmati, che ti danno travaglio; ma, come scrivi, di corto gli avrai in mano, e leveranno in fama i tuoi fatti: egli ebbero sempre nome di uomini di sangue e di corrucci.

DCXLVIII. (A Div. VII, 29)

Argomento. Ricorda i benefizii ricevuti da Cicerone, e lo prega che lo raccomandi al successore di Ser. Sulpizio.

Scritta da Patrasso l'anno DCCVIII, il 29 di Ottobre.

CURIO A CICERONE SUO S.

Se tu sei sano, sia con Dio: imperocchè *secondo uso* io son tuo [1]; *secondo possessione*, di Attico nostro: onde tuo è il frutto, di Attico la proprietà. Certo se egli mi ponesse in vendita [2] co' schiavi di regalía, poco ne caverebbe: laddove quanto vale questa protestazion mia! cioè, che il mio essere, l'avere, l'essere creduto uomo, tutto lo ho io da te. Per la qual cosa, o mio Cicerone, tien sodo e persevera di conservarmi [3], ed al successore di Sulpicio [4] del tuo miglior inchiostro mi raccomanda, sicchè più facilmente io possa essere a' tuoi comandi, e te riveder volentieri a città, e ondechessia cavar e trasportar sicuramente le cose mie. Ma, vedi, o grande amico, non mostrassi ad Attico questa lettera: lascialo nell'inganno che egli

eum errare, et putare, me virum bonum esse, nec solere duo parietes [9] de eadem fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale, Tironemque meum saluta nostris verbis. Dat. a. d. IIII Kal. Novemb.

DCXLIX. (Ad Div. V, 10 extr.)

Argumentum. Res a se in Dalmatia gestas recenset, rogatque ut sui causam Cicero apud Caesarem agat

Scr. Narona A. V. C. DCCVIII, Nonis Decembribus.

P. VATINIVS CICERONI SVO S. D.

Ego post supplicationes mihi decretas [1], in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi [2] oppugnando cepi. Vnum [3] hoc, quod erat maximum, quater a me iam captum. Quatuor enim turres, et quatuor muros cepi [4], et arcem eorum totam: ex qua me nives, frigora, imbres detruserunt; indigneque, mi Cicero, oppidum captum, et bellum iam confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Caesarem meam causam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes; hoc existimans, neminem te [5] tui amantiorem habere. Vale. Data Non. Decembribus, Narona.

è, e me tenere in conto di uomo dabbene [5], non solito tener il piede in due staffe. Adunque stammi sano, o mio buon avvocato, e salutami il nostro Tirone [6]. A' 29 di ottobre.

DCXLIX. (A Div. V, 10, parte II)

Argomento. Narra le sue militari imprese nella Dalmazia, e prega Cicerone che il voglia sostenere presso Cesare.

Scritta da Narona l'anno DCCVIII, il 5 di Decembre.

P. VATINIO A CICERONE SUO S.

Dopo ordinatomi il ringraziamento [1], io son passato in Dalmazia, e preso per valida oppugnazion sei città. C'è or questa sola (ed era la principale): l'ho presa quattro volte, avendo preso quattro torri e quattro ricinti di mura, e tutta la lor cittadella; ma le nevi, i geli e le pioggie me ne ricacciarono: cotalchè, per disdetta, o mio Cicerone, m'è stato forza abbandonare la città già presa, ed una guerra bella e finita. Il perchè ti prego che, bisognando, tu favoriscimi appresso di Cesare [2], e mettiti in cuore te aver debito di difendermi in ogni caso, facendo questa ragione, che tu non hai persona che di me ti voglia più bene. A Dio. Di Narona, a' 5 di decembre.

DCL. (Ad Div. IX, 12)

Argumentum. Dolabellae gratulatur de Baiarum salubritate, oratiunculamque pro Deiotaro ei mittit.

Scr. in Puteolano A. V. C. DCCVIII, mense Decembri.

CICERO DOLABELLAE

Gratulor Baiis nostris; siquidem, ut scribis, salubres repente factae sunt [1]: nisi forte te amant, et tibi assentantur, et tamdiu, dum tu ades, sunt oblitae sui [2]. Quod quidem si ita est, minime miror, coelum etiam et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere [3]. Oratiunculam [4] pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi. Quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem [5], nec scriptione [6] magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico [7] munusculum mittere volui levidense, crasso filo [8], cuiusmodi ipsius solent esse munera [9]. Tu velim animo sapienti fortique sis; ut tua moderatio et gravitas aliorum [10] infamet iniuriam.

DCLI. (Ad Att. XIII, 52)

Argumentum. Narrat Caesarem a se hospitio acceptum, hospitemque tam gravem sibi tamen molestum non fuisse.

DCL. (A Div. IX, 12)

Argomento. Si congratula con Dolabella della salubrità de' bagni di Baia, e gli manda l'orazioncella in difesa di Deiotaro.

Scritta nella villa di Pozzuolo l'anno DCCVIII, nel mese di Decembre.

CICERONE A DOLABELLA

Benedette le nostre Baie! da che, come scrivi, di subito son diventate salubri [1]; se già non fosse che elle son di te innamorate e ti fanno vezzi, e in quel mezzo tempo che tu ci sei, si sono scordate di se medesime. Il che se in fatti è così, non mi do maraviglia che infino il cielo e la terra lascino, per farti agio, la propria natura. L'orazione in difesa di Deiotaro [2], che tu volevi, l'avea io qui, che nol sapea: dunque eccolati; vorrei che tu la leggessi per una causa tristanzuola e meschina, e non degna gran fatto da porre in carta: ma, essendo egli mio vecchio ospite ed amico, pensai di mandargli questo presentuzzo assai raro e grossolano, secondo che egli è solito mandarne a me [3]. Io ti vorrei vedere di saggio animo e di forte, acciocchè la tua gravità e moderazione isvergogni l'altrui mal procedere [4].

DCLI. (Ad Att. XIII, 52)

Argomento. Narra l'ospitalità data a Cesare, e il nessuno incomodo che provò nell'alloggiare un tanto ospite.

Scr. in Puteolano A. V. C. DCCVIII, post XII Kal. Ianuarias.

CICERO ATTICO S.

O hospitem mihi tam gravem! [1] ἀμεταμέλητον. Fuit enim periucunde. Sed quum secundis Saturnalibus [2] ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cenaturus ipse Caesar esset, vacaret: quippe hominum CIↃ CIↃ. Sane sum commotus [3], quid futurum esset postridie: ac [4] mihi Barba Cassius subvenit custodes dedit. Castra in agro [5]; villa defensa est. Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum [6] ad horam VII, nec quemquam admisit. Rationes, opinor, cum Balbo [7]. Inde ambulavit in litore. Post horam VIII in balneum; tum audivit de Mamurra [8]; vultum non mutavit. Vnctus est; accubuit ἐμετικὴν agebat [9]. Itaque et edit, et bibit ἀδεῶς et iucunde; opipare sane, et apparate: nec id solum,

Sed bene cocto, et
Condito sermone bono, et, si quaeri', libenter [10].

Praeterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiose. Libertis minus lautis, servisque nihil defuit. Nam lautiores eleganter accepti. Quid multa? homines [11] visi sumus. Hospes tamen non is cui diceres: Amabo te, eodem ad me, quum revertere [12]. Semel satis est. Σπουδαῖον οὐδὲν in sermone; φιλόλογα multa. Quid quaeris? delectatus

Scritta nella villa di Pozzuolo l'anno DCCVIII,
dopo il 21 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Oh! che grave ospite mi fu egli! *non me ne pento:* io l'ebbi un filo di mele. Ma essendo egli scavalcato a casa di Filippo la sera del secondo giorno de' Saturnali [1], la casa fu di soldati sì piena, che a mala pena ci rimase una camera da cenarvi esso Cesare; chè egli avea seco dumila persone. A dir vero, io era nel pensatoio, quello che dovesse essere l'altro dì: ma Barba Cassio [2], più appunto che l'arrosto, mi diè delle guardie. L'esercito era ne' campi; e la casa non mi fu tocca. Il terzo giorno egli fu in casa di Filippo alle sei, e non volle ricever persona: fece i conti con Balbo, mi penso io; indi a passeggiare sul lido. Dopo le otto volle bagnarsi; quindi gli fu contato di Mamurra [3]: non mutò aspetto [4]. Si unse, entrò a tavola, volle *vomitare* [5]. Così mangiò e bevve *largamente* ed allegramente. Il pranzo in vero fu nobile e ben parecchiato: ed è poco; ma *e ben cotto, condito poi di bei ragionari, e, a dirlati, sollazzevoli* [6]. In tre altre camere furono ricevuti, e assai ben trattati *que' che avea seco.* A' liberti meno agiati ed a' servi nulla mancò: da che a' meglio stanti fu fatto più onore [7]. Che più? ci siam dimostri [8] valenti. Tuttavia l'ospite non era da dirgli: Avrò caro, se tornando tu, questa è casa tua. — N'ebbi assai di sola una volta. I ragionari *non ebbero nulla di serio:* molto *di cose dotte.* Per recartela a oro, egli si passò con piacere e di vo-

est, et libenter fuit. Puteolis se aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Habes hospitium, sive ἐπισταθμίαν odiosam [13], mihi, dixi, non molestam. Ego paullisper hic, deinde in Tusculanum.' Dolabellae villam quum praeteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equum [14]; nec usquam alibi. Hoc ex Nicia [15].

DCLII. (Ad Att. XIII, 42)

Argumentum. 1 Colloquium cum Q. filio habitum exponit; 2 ad diem natalem suum Atticum invitat; 3 se Lepidi rogatu Romam venturum ostendit.

Scr. in Tusculano A. V. C. DCCVIII, mense Dec. excun.

CICERO ATTICO S.

1 Venit ille [1] ad me, καὶ μάλα κατηφής. Et ego: Σὺ δὲ δή τί σύννους; — Rogas? inquit, cui iter instet, et iter [2] ad bellum, idque quum periculosum, tum etiam turpe. — Quae vis igitur? [3] inquam. — Aes, inquit, alienum: et tamen ne viaticum quidem [4]. — Hoc loco ego sumsi quiddam de tua eloquentia: nam tacui. At ille: Sed me maxime angit avunculus [5] — Quidnam? inquam. — Quod mihi, inquit, iratus est. — Cur pateris? inquam. Malo enim ita dicere, quam, cur committis? — Non patiar, inquit. Causam enim tollam. — Et ego: Rectissime quidem. Sed si grave non est,

glia. Disse di volersi stare un giorno a Pozzuolo, a Baia un altro. Questo è stato l'ospizio, cioè *il trattamento* che io maladiceva [8]; e non m'è stato grave. Io soprasterò qui pochi giorni; poi nel Tusculano. Passando egli lungo la casa di Dolabella, tutta la gente armata gli fu al freno, a destra e a sinistra [9]; il che non fece in alcun altro luogo. Questo ebbi io [10] da Nicia [11].

DCLII.

(Ad Att. XIII, 42)

Argomento. 1 Espone il colloquio avuto con Quinto figliuolo; 2 invita Attico pel suo giorno natalizio; 3 e dice di recarsi a Roma ad istanza di Lepido.

Scritta nel Tusculano l'anno DCCVIII, sull' uscire di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Il cotal fu da me, *e forte malinconico.* Ed io: *Or come così pensieroso?* — Dimandi? rispose: a me che sono per entrare in viaggio, e viaggio alla guerra; e guerra non pure pericolosa, ma e turpe [1]. — Or chi dunque vi ti costringe? dissi io. Ed egli: I debiti; e oltre a ciò, non ho pure la spesa del viaggio. — Qui io ho pigliato un non so che della tua eloquenza: ho taciuto [2]. Ma, egli soggiunse, il mio dolor maggiore si è il zio. — Che vorrà essere? dissi io. — Perchè egli è, rispose, meco crucciato. — E tu tel comporti? dissi io (così volli dire, anzi che: Perchè gliene dai tu cagione?) — Nol comporterò, rispose egli, perchè ne torrò via la ragione. — Ed io: Nulla meglio del mondo; ma, se non

velim scire, quid sit causae. — Quia, dum dubitabam quam ducerem [6], non satisfaciebam matri; ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est. Faciam, quod volunt. — Feliciter [7] velim, inquam, teque laudo. Sed quando? — Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo [8]. — At ego, inquam, censeo prius, quam proficiscaris: ita patri quoque morem gesseris. — Faciam, inquit, ut censes. — Hic dialogus sic conclusus est.

2 Sed heus tu, diem meum [9] scis esse III Non. Ian. Aderis igitur.

3 Scripseram iam: ecce tibi, orat Lepidus, ut veniam [10]. Opinor, augures nihil habere ad templum effandum [11]. Eatur: μίας κόρδου [12]. Videbimus te igitur.

---

ti grava, dimmi, qual è questa ragione? — Perchè, disse, standomi io in ponte, se io m'avessi a tor questa o quella, la madre non ne era contenta; e così nè egli eziandio. Ora non mi cale più di nulla al mondo: farò quello che e' vogliono. — Oh! (dissi io) sia colla buona ventura! e te ne lodo. — Ma il tempo? — Quanto a me, dissi io, lo farei prima d'andarmene: così tu daresti anche soddisfazione a tuo padre. — Farò, rispose, a tuo modo. — E così il dialogo fu conchiuso.

2 Ma, chi, frate! tu sai il mio natale essere a' tre di gennaio: sarai dunque con noi.

3 Scritto fin qua, eccoti Lepido mi prega di venire. Credo, gli auguri non aver che fare alla consecrazione del tempio [3]. Si vada adunque: *così farò un viaggio e due servigi.* Ti rivedrò.

ANNOTATIONES
IN EPISTOLAS
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

DXVII.

1 Aulus Manlius Torquatus, qui praetor A. V. C. DCCI fuit, quemque laudatum vidimus ep. CLXIV, 4, Pompeio in acie Pharsalica devicto, cuius partes secutus fuerat, Athenis exsulabat.

2 Ios. V. Clericus *quam ubi est;* secutus Palatt. quart. et quint.

3 Sic ep. DXXVI, 1: *acerbius est videre, quam audire.* Id ipsum aliis verbis epp. CDLXIX extr., CDLXIII, 1 med. et DCLIII init. Sed: *audiat, an videat nihil interesse,* dixit ep. CCCXXV circa fin. Immo aurium sensum plus doloris afferre, quam oculorum, dixit supra ad Marcellum ep. CDLXVIII, ut iam vidit Graevius. Oratoris hoc esse, eisdem rebus, si res postulet, vel contrariis uti, idem Graevius adnotavit.

4 Tribus modis hoc verbum ad eamdem sententiam accommodatur: *agitare animo* (pro Fonteio c. 6); *agitare in mente* (De Nat. Deor. I, 41); et *agitare* simpliciter (in Verr. lib. III, 96). Manut. *Agitare in animo* et *cum animo*, item *agitare mente* pro *considerare* reperies apud bonos scriptores.

5 C. Iul. Caesar. *Corrad.*

6 Augurium Ciceronis brevi Caesaris interitus comprobavit. *Manut.* Respicit incertum belli Hispaniensis, quod tunc gerebatur, exitum. *Schütz.*

7 Idest, si Caesar vicerit. *Schütz.*

8 Suspicor legendum esse *ab omnium rerum interitu.* Idem. *Perditis rebus omnibus*, infra.

9 Mss. plerique et Ambb. omnes *ulla;* sed *nulla* requirit sententia, ut iam vidit Manutius, et contra Graevium Ernestius. Nam *vereor* cum simplici negatione usurpatur in rebus, quas accidere nolumus, et tamen futuras putamus; ut *vereor, ne filius peccet; vereor, ne in Tusculano opprimar* significant: *puto, filium peccaturum; puto me in Tusculano oppressum iri.* Vide not. seq. Cum gemina vero negatione, in rebus, quas accidere volumus, ut *vereor, ne filius non recte vivat.* Volumus enim filium recte vivere. Interdum, quod idem valet, pro gemina negatione utimur *ut*, hoc modo: *vereor, ut filius recte vivat.* Sic ep. CCCV: *vereor, ne exercitum firmum habere non possit:* et ep. CCLXXXIII, 1: *intellexi, te vereri, ne superiores* (literae) *mihi redditae non essent.* Iam ante Schützium Lambinus reposuerat *nulla*, quod et editor nuperrimus Parisiensis, Lemaire, fecit; sed tacite.

10 Msti fere omnes *non vereor, ne — nefas sit dicere;* quam lectionem aliqui secuti sunt; sed non recte. Delent libri vett. apud Victorium, Manutium, aliosque negationem *non.* Quomodo autem nunc est, inquit Manutius, elicitur hoc: Fortasse nefas est, eum appellare miserum, qui se etc. Nam ut *non vereor ne* negationem significat, ut illud ad Curionem ep. CCXXVII, 1: *Non vereor, ne quid timide, ne quid stulte facias*, idem est, ac si dicat, nihil te timide, nihil stulte facturum confido; et ep. CVIII, 3: *Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.* Vt igitur qui dicit: *non vereor ne,* negat, non affirmat; sic qui ait: *vereor ne,* affirmat potius, quam negat; timet enim aliquid futurum, quod nollet. Quocirca *vereor, ne nefas sit dicere* valet, opinor, esse nefas, vel, fortasse nefas est dicere.

11 Libri aliquot *Sed quod quoddam nobis officium — videbatur; qui nec;* Benedictus ex codd. Dresd. 1, 2, 3; Lips. Pall. 1, 3, 5, aliisque *sed quoddam — videbatur; sed qui.*

12 Sic cum Ernestio et Graevio omnes Ambb. Male aliqui ediderunt *quam ratio et virtus praescribit. Ratio et veritas*, inquit Graevius, est pro *vera ratio*, ut infra hac eadem ep. *ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae*, pro *ratio* moderandae vitae. Sic Iustinus lib. II, c. 2: *Lanae iis usus ac vestium ignotus*, pro, lanearum vestium usus ignotus.

13 Sic fere omnes Ambb.; scilicet, mihi has res scribenti veniebat in mentem, me etc.; alii *haec mihi scribenti veniebant;* et Amb. 13 *hoc — veniebat*, cum Lambino.

14 Relinquendi Italiam, et congrediendi cum Caesare; epp. CDLXX ante med. et CDXXXVIII med.

15 Vide ep. CCCXXVI, 2 init.

16 Ambb. 7 et 13 *Haec ego scripsi;* Zel. A *Haec enim eo s.*

17 Rec. *quaerenti.*

18 Ms. Graevii non habebat *solere*, sicut meus non *solicitum.* Recte Graevius *solere* deleri volebat; quod etiam non satis convenit verbo *interdum;* nam alterutrum redundat. *Ernest.*

19 Athenis. *Corrad.*

20 Graeciae tum a Caesare praepositum. *Schütz.* Vide ad ep. CDLXIX ante med.

21 Scilicet consulis potius, quam victoris. Simile illud in ep. CDLXX ante med., quod laudat Manutius: *Quibus* (consiliis) *ille* (Pompeius) *si paruisset, esset hic* (Caesar) *quidem clarus in toga et princeps, sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet.*

22 De Franciscis *deditum.*

DXVIII.

1 Sine causa Schütz correxit *habuissem*. Melius pertinet *habuisset* ad epistolam ipsam.

2 Mordet Cassium, ut Epicureum, cuius philosophia voluptatem rebus omnibus praeponeret. *In culina*, in epulis. *Manutius*. Schütz correctionem Manutii expressit *mea in palaestra est*.

3 Aliud me agere simulo vel spatiando in palaestra, vel declamationibus me et discipulos exercendo; epp. CDLI init. et CDLXXI init. *Schütz*. Insolens locutio; videtur posita pro *facio — ut agam;* vide ad ep. DLXVI, n. 3. Sic Cicero servitutem suam fallebat. *Convicium Platonis*, illos, qui serviunt, obiurgantis, ut Graevius explanat. Melius tamen I. Fr. Gronovius explicat: Ne Plato me arguat, quod tali tempore attingere velim rem publ., innixus loco epistolae CXLVIII, 4 ante fin.: *Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendae rei publ. fuisse, quod, quum offendisset populum Atheniensem prope iam desipientem senectute* etc.

4 De Hispaniensi scilicet bello, quod adversus Pompeii filios tum Caesar gerebat.

5 Quia solutus omni cura frueris otio iucundissimo, ἀκενόσπουδος; ep. DXX. *Manut.* Nec ea audis et vides misera, quae nos, qui in urbe sumus, videmus.

DXIX.

1 Ciceronis genero; ep. CCCLXXXIX.

2 Liberto. *Manut.*

3 E correctione Ernestii, ut ep. CDXXXIX init. Vulgo *quod*.

4 Palat sext. *scire putem cupere.*

5 Curtium Niciam grammaticum, et Ciceronis familiarem. Sveton. de illustr. Gram. 14. — Cic. epp. CCXCIV, 7; DXLIV et DLXXXVIII, 3. Hinc ille lepidus lusus, inquit Ernestius, a Grammatici persona ductus. *Iudicem esse*, nimirum *de pecunia.* Vide infra.

6 Deest in omnibus Ambb. *ut.*

7 Profert Vidius duabus lineis in libro suo scriptum, se dedisse mutuam pecuniam Niciae. *Alter Aristarchus*, idest Nicias, hos versiculos, sive has lineas a Vidio prolatas, ὀβελίζει, hoc est, obelo notat, sive tamquam spurias tollit, expungit. *Duobus versiculis* I. F. Gronovius interpretatur duobus titulis, duobus nominibus. Quo sensu dicatur *expensum ferre*, vide ad ep. CCVI, 3. Obelus graece dicitur *veru;* item nota quaedam veru iacentis figura, quae adscribebatur libris, ubi quid esset notatu dignum, praesertim si dubium, aut improbandum. Niciam vocat *Aristarchum* cum respectu ad grammaticum illum Alexandrinum, de quo ad ep. CCLXV extr.

8 Ad huius loci illustrationem vide omnino Budaeum ad Pandectas Leg. 3 in § *Minorem*, et Perizonium in Animadv. Histor. c. 10, p. 420. *Verburg.*

9 Ita primus Lambinus posteaque Schützius. Ed. Ro. *nunc te dicere;* vulgo abest *te.*

10 Quasi propter convictum damnare non possit. *Cellar.*

11 Comedisti. *Manut.*

12 Hanc veterem lectionem expressimus cum Victorio et Graevio, etsi et ipsam esse e correctione putamus. Codd. nostri partim *integriuscularum*, partim *ingentiuncularum*, vel *ingentium cularum*, et Zel. B *ingentium cumularum* habent. Decimusquartus ex man. poster. *ingentium ferculorum*, in cuius margine Guarinus scripsit *vel galli-*

narum. Hanc Guarini emendationem recepit Lambinus. Alii coniecerunt *ingentium gularum;* sed prae ceteris probatur coniectura I. F. Gronovii *ingentium squillarum*, provocantis ad Plin. II, epist. 17 circa fin.: *Mare non sane pretiosis piscibus abundat, soleas tamen et squillas optimas suggerit;* ad Martial. XIII, 83 et Iuv. V, 81. Eam ediderunt Ernest. et Schütz. Non video tamen, quare et *cochlearum* recipi non possit, quum quidam libri, testibus Hubertino et Manutio, habeant *cochlearum.*

13 Subaudi Filia. Iterum I. F. Gronovius corrigit *cum sepia*, provocans ad Plaut. Casin. II, 8, 57:

> Emito sepiolas, lepadas, lolliginnculas.

Tum *Septimae* et *Septumae* libri plures scribunt.

14 Olim vulgo *adeon' tu mihi.* Lamb. *An adeo mihi?*

15 Pristinae gravitatis ac pudoris. Est enim frons animi ianua, ut loquitur Cic. de petit. cons., et *tristitiae, hilaritatis, clementiae et severitatis index;* ut Plin. XI, 37. Sic Pers. sat. V, v. 103:

> . . . . Exclamet Melicerta, perisse
> Frontem de rebus;

scilicet periisse pudorem. Seneca (de Benef. II, 1): *frontis infirmitas* pro pudore.

16 Convictorem nostrum non sinam iacturam facere: significat, si pronunciaturus sit, debere videri, se pro eo pecuniam numeraturum. Svet. Oct. 4. *I. F. Gronov.*

17 Nec dabo tibi occasionem, si damnatus fuerit, per Caesarem eum restituendi in integrum. Tacite reprehendit multa iudicia a Caesare rescissa, et restitutos exsules. *Idem.*

18 Iocus ex eodem fonte ductus, et eadem ambiguitate *literarum*, quae et a grammatico discuntur, et in re

pecuniaria dicuntur. Sensus videtur esse: ne aes alienum facere, et deinde negare discat. Hoc mihi videtur probabilius, quam irrisio inscitiae, quam his Bursae exprobrari putat Manutius. Et ille Bursa nuper restitutus erat; unde apta mentio eius antecedentibus. *Ernest.* Mordet Bursam inimicum suum; ep. CLXXXI, 2; Phil. XIII, 12. Lamb. recto ordine *Plancus Bursa:* sed sine libris, et sine necessitate; quum alias etiam interdum praepostere nomina et agnomina posita a Cic. videamus.

19 Hispaniensi, in quo tum versabatur Dolabella; epp. DXXI, 2 et DLIII.

20 Progredior dicendo.

21 Iocatur de Sullae morte, ut de Cassio facit in ep. seq. 2. Nimirum hic Sulla, quod et antea Dictatore patruo suo L. Sulla, et postea Caesare, proscriptorum civium bona emere consueverat, populo in primis odio erat, ut ait Manutius.

22 Ant. Augustinus *sciret.* Sciret nimirum, an mortuus fuerit.

23 Msti *Ego, cetera qui animo aequo fero, unum vereor.* Sed quia tantum de morte Sullae est sermo, ideo *cetera qui* mutavit Victorius *in ceteroqui.* Ei favent Pal. pr. et Peck.

24 Ne minus care et cupide vendantur bona Pompeianorum, quae a Caesare confiscata sub hasta vendebantur, mortuo P. Sulla sectore (ep. seq. 2), qui quum Sullanam vibrasset hastam, a Caesariana non recessit. *Corrad.*

DXX.

1 Zel. B *cum adveniunt.*

2 Lato pileo et extenso instructi, quo ferme utuntur agricolae nostrates. Vide Io. Labusii epistolam in Diario Arcadico, vel etiam Patavino M. Aprilis 1821.

3 Ita nomen scribendum erat, ut ep. sup. extr., non ut vulg. *D. Sullam.* Pighius ad an. DCCII corrigit *D. Silanum.* Schütz.

4 Ironia, ut ep. sup.

5 *Specimen civitatis.* Videtur laudari, ut apud Senecam *specimen antiquum imperii:* sed revera significat, vel amisimus hominem, unde scire posses, quam corrupta civitate utamur; vel sine ullo ad hunc respectu, omnem faciem bene constitutae rei publ. perdidimus per Caesarianos. *I. F. Gronov.*

6 V. ep. sup. Hic etiam potest intelligi hoc, quod ille (P. Sulla) effecerit in auctionibus, ut pretia bonorum augerentur: quo pertinere videtur, quod Mindius et Attius gavisi sunt, quum in eo se adversarium in auctionibus perdidisse crederent. *Ernest.*

7 In Galliam citeriorem, M. Bruto successurus, ep. DXLV, 3. *Vt quivis intelligere posset*, ex hominum benivolentia, quae discedentem prosecuta est. *Manut.*

8 Ante biennium, vel triennium, Epicureus factus; ep. DXXII. *Idem.*

9 Valebat enim apud Caesarem auctoritate. *Manut.*

10 Hoc est, rerum humanarum peritum, humanitate praeditum, ut ep. CXLII, 2: *Si vis homo esse, recipe te ad nos.* Apte ad hunc locum Virg. Aen. I, 634:

Non ignara mali miseris succurrere disco.

DXXI.

1 Q. Leptae, quo fabrum praefecto usus est Cicero procos. in Cilicia; ep. CCXLIV, 3. *Manut.*

2 Pro *simul ut,* quod est in duobus Ambb. Zel. B, Rec. et Gu. apud Ernestium; quomodo et Lambinus edidit. At

Graevii primus *simul atque:* et in Zel. A et in aliis duobus Ambb. *simul ac.* Etsi autem Ciceronem ipsum sic abrupte locutum alias scimus, ut de Fin. III, 6; tamen id rarius admodum fecit; contra vero fere semper integram locutionem adhibuisse, testes sunt Acad. II, 16, et epp. XLVI, n. 4; LXXIII, n. 1 et DCXIII, aliisque sexcentis. Vid. ep. CCCXXXIV, 4; Tursellinum p. m. 1241, Gronovium ad Liv. VI, 1, et Crenii animadv. philol. T. IX, p. 68. Sine dubio verum est *simul ut*, quod edidissem, nisi libri variarent.

3 De ea lege agitur, quam Caesar Hispaniae municipiis dare volebat. *Cort.*

4 Praecones essent. Praecones magistratuum ministri erant, vel etiam rerum pretium in auctionibus clamore pronuntiabant; hinc ignobiles. *Vetari esse in decurionibus*, scilicet in numero senatorum municipalium; vide ad ep. CLXXXV, not. 21.

5 Iocus (nisi fallor) in Caesarem, qui in eum ordinem indignissimos legerat: supplevit enim ille senatum: nam multi civilibus bellis senatores defecerant. *Victor.* Lambinus et Schütz *in senatum legerentur;* ut alias Cicero.

6 Cnaeum, Magni fil., qui, ad Mundam victus, paullo post interfectus est. *Manut.*

7 *Ad nos* est ad senatum. *Schütz.*

8 L. Iunii Paciaeci, quem Caesar ad ferendum subsidium Vllae (sive Vliae) oppido praemiserat (Hirt. B. Hisp. c. 3). *Corrad.* Hispani hominis, Romana civitate donati; quod praenomen et nomen indicant. *Manut.*

9 Hoc est, integras (ep. LXXVII). Alii *illi,* hoc est Pompeio. Primum placet. Libri scripti bene multi, et edd. pr. *illas;* omnino male. Initio sequentis sententiae cod. Zel. A *scripsit.*

10 Amb. 12 *adducere* a sec. manu, et 15 *ducere.*

11 Effici inter difficultates. Plaut. Captiv. Prolog. v. 5, 40 et 54. Adde ep. CCLXXV, 2. Sed hic Lepta *sponsor* erat, cui fortasse aliquid solvendum erat: quare illud *expedire* eleganter in rem dixit. Phaedr. I, fab. 16, v. 2. *Cort.*

12 Scilicet librum meum inscriptum *Orator.*, ep. CDLXXVIII, 3.

13 Amb. 12 *equidem.*

14 Abest *quoque* a Zel. B.

15 Scilicet Q. Leptae filium, Romae degentem.

16 Ex partu Tulliam decessisse, Plutarchus in Cicer. p. 888 auctor est. Bis igitur peperit; semel ante pugnam Pharsalicam, quum in Graeciam ad Pompeium Cicero iturus esset, ut ep. CCCLXXXIV ad Att.; iterum, quum in Hispania Caesar contra Pompeii liberos pugnaret: quod hic locus ostendit. *Manut.*

17 Dotis a Dolabella Tulliae post divortium reddendae. *Schütz.* Reddebatur autem tribus pensionibus quemadmodum numerata erat marito (ep. CCCXCII, not. 12). Vide I. Fr. Gronovium ad M. Senecae Suasor. I.

18 Villae meae. Mox *delectabant* rescripsit Victorius ex libris vett. pro vulgato olim *delectant*, hoc sensu: Peregrinabar libenter, quia aedificia mea me delectabant, et otium; nunc domus, quae scilicet in Palatio est, habet otium, ceteraque, quae in villis antea quaerebam.

19 Indicat nobilissimos Hesiodi versus Ἐργ. 289, 292, qui integri scribuntur in Amb. tertiodec.:

> Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
> Ἀθάνατοι etc.

quosque metrice translatos a Guarino refert quartusdec.:

> Sudorem prae se fert virtus mente Deorum:
> Est ad eam longus, rectusque per ardua callis
> Asper et in primis: ubi in alta cacumina ventum est
> Mollis adest; quae visa fuit durissima quondam.

Hos versus a Xenophonte Rer. memor. II, 1, 20 memorari indicavit iam Lemaire.

DXXII.

1 Vulgo olim *te iam suppudere, q. haec tertia iam epistola a. oppressit.* Primum *iam* delevi, quod non est in omnibus libris, et rescripsi *oppresserit*, quod est in ed. Med., utrumque cum recentioribus. Tum Graevius *haec te tertia*, ex uno Palat. sexto, puto; at ed. Med. *haec tertia i. e. ante te oppresserit.* Sensum explanat Quarterius: Quum ad te tertio iam scripserim, priusquam tu ad me syllabam aut literam miseris. Mox vulgo *scidulam, aut literam;* nos *syllabam* in fere omnibus libris invenimus, et rescripsimus cum Lamb. et Schützio. Ed. Ro. *scedam*, Vict. *scidam.*

2 Quomodo; quod ipsum verbum edidit Lambinus. Sic infra *qui possit*, pro *quomodo p.*

3 Lambinus omisit *aliquid.*

4 Epicurei; ep. DXX, not. 8.

5 Simulacris illis, sive apparitionibus, quas Catius *spectra* dicebat. Nos *imagines* dixerimus.

6 Hic scripsit quatuor libros de rerum Natura, et de summo bono, de quo Quintil. X, 1, 124 ita scribit: *In Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen auctor est Catius.* Corrad.

7 Nimirum Epicurus, a loco sic dictus, ubi natus est. Laërtius in principio eius vitae Ἐπίκουρος — τὸν δῆμον Γαργήττιος: *Epicurus — domo Gargettius.*, ut primus explanavit Victorius. Mox ed. Ro. *et ante D.*

8 Vel oculis simulacra occurrunt. Vide Fin. I, 6 et epist. XXVIII, 2. Sic ex ingenio correxit Victorius vitiosam librorum scripturam *quod velis ipsa currunt;* nisi quod *oc-*

currunt, pro *accurrunt* edidit. Lamb. *quod quum velis ipsa accurrunt.* I. V. Clericus morem gessit Ernestio, omisitque τὸ *iis.*

9 Ante Ernestium *ut sit*, sed *ut* bene abest ab ed. Med.

10 Alii *occurrat.*

11 Hoc est, secta philosophorum. *Haeresis* enim apud Graecos et Latinos in bonam partem accipiebatur olim, ut et *secta*, etiam apud primos Christianos. Fortasse autem Stoica fuit, aut Academica secta, quam deseruit. *Graev.*

12 Vtitur per iocum formula illa solemni, qua utebatur Praetor in interdicto: VNDE TV VI HOMINIBVS ARMATIS DEIECERAS, ILLVC RESTITVAS. Et significat, Cassium ab amicis Epicureis quasi vi quadam a Stoicorum secta abductum esse. *Schütz.*

13 Quod addi solebat in omnibus interdictis. *Manut.*

14 *Virtuti*, — *voluptatis.* Academicis, vel Stoicis, qui virtutem summum bonum crepant, nuncium remisisti, Epicuro deditus. *Cort.*

15 Virilem togam induisti; ep. DCXLVIII. *Graev.*

16 Sed et metuo, ne secta Epicurea, quae mollis hactenus et imbecilla mihi visa est, plus virium habeat, quam ego putarim; si modo eam tu probas; tu, inquam, qui subtili vales et peracri iudicio, nihilque laudas, nisi id, quod laude dignum est. *Quarter.*

17 Sed petes, cur ego haec tibi scribam. Schützius ex ingenio *Qui id tibi — venit?*

DXXIII.

1 Quorum sectam probas, ut Epicurea meliorem. *Regeram*, contra obiiciam. Tu Catium notasti, ut rusticum et indoctum: ego contra, tot rusticos tibi Stoicos nominabo,

ut Catius cum iis collatus urbanissimus esse videatur. *Athenis*, in urbe totius Graeciae humanissima et eruditissima; ep. DXVII, 2: *In urbe ea es, ubi nata et alta est ratio ac moderatio vitae.* Manut.

2 Ep. DXX, 4.

3 Honores, provinciae.

4 Quod fit manifestum exemplo Pansae, qui clemens et probus Galliae administrationem accepit. *Quarter.*

5 Qui non recte Epicuri verba sunt interpretati. *Corrad.* Quum enim Epicurus affirmaret voluptatem esse summum bonum, ipsi opinati sunt, felicitatem ab eo reponi in obscoenis voluptatibus, quum tamen ille de voluptate loqueretur, quae cum honesto et virtute coniungitur. Ex mala Epicuri verborum interpretatione Cortius ait monstruosa Epicureorum dogmata orta esse. Vide Senec. de Const. c. 15, et maxime de Vita beata c. 12.

6 Sic melius in Dresd. 2, Victorii et Manutii libris legitur, quam ut apud Ernest. *a nobis.* Scil. *a vobis* Epicuri placita irridentibus.

7 Ep. DXX, 2. *Cuius iudicium probare debemus*, ironia, ut et infra *cuius ego mortem* etc.

8 Ne erraret in delectu, omnia bona sumsit. Ludit in ambigua *bonorum* significatione. Nam philosophi de summo bono disputabant; Sulla vero Pompeianorum bona omnia, quum in auctione venderentur, coëmit. *Manut.* Non necessario Lamb. *sed o. b. c.*

9 Arguta in primis et festiva sententia. Lege Pompeia damnatos restituerat Caesar, ut legimus apud eum B. Civ. III, 1. Hoc latenter Cassius notat: quum tamen de iis loquatur, quos Caesar ad sectiones faciendas, ne hasta refrigesceret (ep. DXIX extr.), Sullae mortuo suffecturus esset. Iocus est in verbo *restituat*, ambigua significatione, ad maiorem Caesaris contumeliam. *Manut.*

10 Nec Caesar ipse desiderabit, qui bona Pompeianorum emat, postquam Sullae filium viderit. Is enim patris in sectione facienda imitator erit optimus. *Quarter.*

11 Caesarem. *Novum et crudelem*, Cn. Pompeium, Magni F.

12 Pompeii Magni filius; ep. DXXI, 2.

13 Vicissim irridere. Irridere quidem gladio, rusticorum more; non facetiis, quemadmodum urbani homines. Vide Senec. Suasor. I, p. 5.

14 Vtrum solicito, an soluto me animo esse oporteat. *Manut.*

DXXIV.

1 Scil. ep. DXVII.

2 Aliquot libri scripti, edd. pr. et Lamb. *quam quod.*

3 Zel. A *ut ego, cui — alterum;* Lambinus *ut, cui — ego alterum.*

4 Hispaniensium, de quibus ep. DXXI, 2.

5 Sic, praeeunte Lambino, Schützius et Lemaire ex ingenio; vulgo *scio.*

6 Martyni-Laguna edidit *haec res*, ut iam Corradus voluerat.

7 Scilicet Caesaris.

8 Edd. Iens. et Lambini *esse futurum.*

9 Hoc est, mors, quae Aristoteli τῶν φοβέρων φοβερώτατον, *terribilium maxime terribile.* Graev.

10 Sic libri scripti. Alii, inter quos Lambinus, *ut non sit vivendum.* Quantum autem intelligo, inquit Victorius, ex utraque lectione idoneus sensus elicitur: ex recepta sc. *ut non sit vivendum*, ut opinor, hic: vivere amissa dignitate miserrimum est: docti enim et graves viri rectum non esse iudicabant vivere illi, qui dignitatem perdidisset. Quod etiam vetere proverbio declarabatur, quo Ci-

vero ipse usus est in ep. CDLII post med. ad Marium: *Vbi non sis qui fueris, non esse, cur velis vivere.* Ex antiqua vero sic: vivere, ut vivendum tum esset, si Caesar aut Pompeiani rem publ. oppresserint, quod omnino eventurum Cicero arbitrabatur, miserrimum.

11 Sic libri plurimi cum Lamb., quod et Ernestius praeferebat vulgato *dixit.*

12 Quod si ne beato quidem mori miserum est, quanto minus nobis in iis miseriis, quae post bellum impendent; ep. DCCCLVI. *Manut.*

13 Nempe Athenis; ep. DXVII, 2 et DXXVI, 2. *Idem.* Ergo bene in cod. Rec. haec ep. secundo loco ponitur, non, ut vulgo, tertio libri VI ad Div.

14 Haec verba *aut eorum, qui remanserint*, quae in plerisque mss. desunt, exstant in cod. Balliol. et ed. 1476. *Schütz.* Immo et in ed. Ro. 1469 hoc modo *aut eorum, qui manserunt in castris, aut eorum, qui discesserunt;* et in ed. Iens. hoc modo *a. e. qui discesserunt, aut eorum, qui remanserunt.* Remanserunt scilicet in armis contra Caesarem. Qui autem fuerint, vide ad ep. CDV, 2. Hi sunt, qui dimicant in Hispania.

15 Duo Ambb. cum uno Gruteri, duobus Pall. et ed. Ro. *tangar.*

16 Ad ep. DLVII, nota 28.

17 Nimirum, affero; ad ep. CXLIV, 4.

DXXV.

1 Ambr. 15 *etsi nihil novi occurrebat.*

2 Ab exsilio redeuntem; ep. CDLXIX.

3 Marcelli libertus; ep. CDLXVIII init.

4 Vt qui non libenter venias. *Graev.*

5 Confer ep. CDLXVIII, not. 4, 5.

6 Ad omnia, omnino, ante omnia argumenta valeret. Sic ep. CCCXCVIII, 1: *Brundisii iacere in omnes partes est molestum.* Confer etiam epp. DCII, 1 et DCL. *Nullam ad partem*, CXCVII, 1; et Horat. lib. II, Od. 16, v. 27: *Nihil est ab omni parte beatum.* Tum *idque in omnes partes valeret*, hoc est, omnino tuum adventum exigeret. Ambb. omnes *atque in omnes partes valere;* quod recepit Martyni-Laguna, sed ita, ut poneret post *familiaris tuae.*

7 Sic scribendum esse vidit Ernestius. Ed. med. *Quoniam, mihi quod placet.* Vulgo *quod mihi placeret.*

8 Non quousque, sed quo plane tempore. Sic ep. CDXLVII init. *ad Nonas*, pro *Nonis.* Manut.

DXXVI.

1 Duo Ambb. *praevideri.*

2 Hispaniense; ep. DXXI, 2. Sic legendum esse censuerunt Egnatius et Lambinus, et sic est in ed. Ro., recepitque iam Martyni-Laguna. Vulgo abest *fore.*

3 Sic cum Schützio Ambb. 2, 12 et 15. Vulgo *videatur.* Particula *etsi* fere semper iungitur cum indicativo a Cicerone.

4 Msti fere omnes *Non quo, sed quod difficilis* etc.; quibus verbis illa addita fuerunt ad sensum explendum: *ego certo scirem*, et *haud;* quae omnia adamussim habent duo Ambb. et ed. Iens., *sciam* tamen posito pro *scirem.* Primus Lambinus mutavit *sciam* in *scirem*, ut latinitas constaret, quum mox sequatur *erat.* Attamen neque his additis sensus aptus efficitur. Schützius correxit *putabam; sed quid? Difficilis* etc.

5 Ita tres Ambb. et edd. pr. cum Ernestio. Olim *sunt.*

6 Amb. sec. *inter victores;* non ita bene, quum iam scripserit Cic. in ep. DXXIV *video — qualis futura sit vel*

haec, vel illa victoria. Infra in eadem ep. codex Rec. habet *alteri victoriam timent.*

7 Caesarianos. Et ait *propemodum sumus experti,* quasi significet, non omnino, et adhuc modestiores fuisse, dum supererant, quos timere poterant. *Io. Fr. Gronov.*

8 Cn. Pompeio, Magni filio.

9 Vox *armatus* deest in Zel. B. Tum *quam sit* bene revocavit Ernestius pro olim vulgato *quum sit.*

10 Cod. Mentel. et Amb. 15 cum Lamb. *debebam;* et Amb. sec. *quom — levare debeam.*

11 Sic hoc loco, et infra libri fere omnes, praeter Graevium et Lemaire, qui vitiosae olim lectioni *quum — absumus, — quum praestitimus* insistere maluit.

12 Quia victi sumus. *Manut.*

13 Officium pium rei publ. et Pompeio; ep. DXVII, 1 a med.

14 Caesaris. *De aliis,* Pompeianis.

15 Pueris tuis.

16 Ep. DXVII init.

17 Eadem est sententia in ep. DXVII init.

18 Vide epp. CDLXX ante fin., CDLXI, DLXIX, CDXXXIX et seq., et CDLXXIV. *Manut.*

19 Fortasse melius De Franciscis et Lambinus *in dolore.*

20 Sic recte Graevius pro *prius* restituit. *Ernest.*

21 Sic edd. Iens. et Lambini cum Schützio. Vulgo *in hac inani;* quae praepositio insolens est cum verbo *delector.*

22 Praesertim quum mors sensum omnem auferat earum rerum, quae accidunt in vita. Infra, et ep. DXXIV extr. *Si non ero, sensu omni carebo.* Sed vide ad ep. DLVII, 4 not. 28.

23 Zel. B et edd. pr. *Adiuvat me.*

24 Pompeius; *ii viri,* vid. ad ep. CDXXXVIII.

25 Quo pertinet illud Senecae ep. XXII (Ed. Erasmi, Ba-

sil. 1515): *Nemo tam timidus est, ut malit semper pendere, quam semel cadere.* Quare et quidam opinati sunt, Caesarem *insidias undique imminentes subire semel confessum satius esse, quam cavere semper.* Svet. in Iul. 86. *Cort.* Mox cod. Rec. *illo ipso*, ut in ep. XXVI, 9; vulgo *ipso illo.*

26 Mors scilicet; conf. ep. DXXIV, n. 9. Infra expressi cod. Rec. et edd. Iens. Lamb. et Sch. *quum id i.*; vulgo *quum impendeat.*

27 Sulpicium, qui Achaiae praeerat; ep. CDLXX, a med. *Manut.*

28 Alii cum ed. Ro. *te te.*

DXXVII.

1 In nomine, cui haec epistola inscribitur, discrepant libri et VV. DD. Edd. pr. legunt *Trebatio*, ut et Amb. sext. a pr. manu. Manutius reponit ex libris fere omnibus *Trebiano*, ut vulgo editur. Vrsinus coniicit *Trebanio*. Libri aliquot etiam *Trebelliano* habent. Martyni-Laguna, praeeunte Corrado, *L. Torquato* reposuit; sed Martyni-Lagunam recte obiurgat Schützius, affirmans ex Ciceronis *Bruto* c. 76 L. Torquatum bello civili periisse, de eoque esse intelligendam narrationem scriptoris de bello Africano. Nuperrime V. Cl. Amedeus Peyron ex antiquissima membrana Taurinensi legit *Trebonio*, eique tute inscribendam esse hanc epistolam auctoritate membranae fretus et argumentis tuetur in opere: M. Tullii Ciceronis orationum pro Scauro, pro Tullio et in Clodium fragmenta inedita. Stuttgardiae et Tubingae 1824, in 4.°, pag. 176.

2 Ex his verbis colligere posse sibi videtur Manutius, scriptam esse hanc epistolam post bellum Africanum, de quo

ep. CDXXXVIII; si non post, saltem usque ad id bellum. At laudatus Peyron statim post pugnam Pharsalicam datam hanc epistolam dicit: cui tamen sententiae refragantur ipsa verba *diutius in armis civilibus commorandi.*

3 Sic Amb. 15, ut iam Manutius emendavit, et sic nunc editur. Liber Medic. apud Victorium et membrana Taurinensis apud Peyron *reciperas;* quod Gruterus et Gebhardus, ut margaritam arripuerunt. Sordes antiquariorum, inquit Ernestius. Ceteras huius epistolae varietates vide apud Peyron in cit. opere, ibique editorem docte disputantem.

4 Libri tum scripti, tum editi aliquot, inter quos Lambinus, *fuerint.*

5 Vulgo *et haec iis;* sed *haec* delebat recte Ernestius ex suo msto, et abest ab Amb. 6, Zel. B, edd. Ro. et Lambini.

6 Adverbium *ita* non dico abundare, sed vim quandam, aut saltem venustatem in sermone habere. Cf. epp. CXXXIII ante fin. et LII, 6.

7 Equestris. Nam si senatorii fuisset, *ordinis nostri* (ut Pompeius ep. CCCXXXVI A) dixisset. *Manut.* Vel ex hoc loco patet, hanc epistolam non esse ad L. Torquatum, L. fil., L. Nep. scriptam. Hic enim A. V. C. DCCIV praetor fuerat; ideoque dudum erat in senatorium ordinem adlectus. *Schütz.*

8 Sic mss. et edd. priores, teste Ernestio. Ambrosiani fere omnes *quando;* alii *sed, quum.*

9 Qui fuerit hic casus, nemo scit. Accedo ad Heumanni opinionem, qui putat, librarium vocem *eius* explicaturum in margine apposuisse *Caes.* compendiosa scribendi ratione pro *Caesaris.* Ex illo deinde scripturae compendio factum esse *casu,* et in textum irrepsisse. Cod. Rec. *quasi devicti.*

10 Multi libri *si quis;* non placet.
11 Movebo, parabo.
12 Iam olim fuerunt, qui hic finem epistolae fecere. Immo Lambinus addidit *vale.* Et sane Manutius illis verbis *antea misissem* novam epistolam exorditur, eamque priori loco scriptam putat. Nam, inquit, illa verba *antea misissem* etc. perspicue demonstrant, nullas antea Ciceronem literas ad Trebianum misisse. Adsentitur Graevius et Mart.-Laguna. Mihi tamen nullum dubium, quin una tantum sit epistola, et *antea misissem*, tanquam mantissam epistolae accipio.
13 Vulgo *invenirem.* Vtrumque habet Amb. tert. et ab eadem manu. *Invenissem* volebat Ernestius, et edidit Schützius.
14 Sic duo Ambb. sec. et sept., ut iam Manutius corrigebat, et edd. pr. omnes, teste Ernestio. At 13 *diuturniorem.* Male post Victorium aliqui edidere *diuturne,* inquit Ernestius.
15 Caesar.
16 Hoc est, ad agendum id, quod naturaliter agendum est ab hominibus: quod explicatur, opinor, paullo infra his verbis: *aliquid fit — liberalius, quam timebamus.*
17 Status, conditio nostra.
18 Nimirum, *polliceri.* Vid. sup. init. § 2.
19 Cod. Rec. *equidem.*
20 Quatuor Ambbr. et Rec. *in te uno.*

DXXVIII.

1 Tulliae reddenda; ep. DXXI, 5.
2 Est expedi, explica, nempe ut solvatur. *I. F. Gronov.*
3 *Regia conditio est,* idest, superba et iniqua, quam Balbus procurator Dolabellae absentis nomine fert delega-

tione ad alium eius debitorem solvendi. *Schütz. Delegandi* vide ad ep. DCXXIX, 4.

4 Relationem in Deos. Sermo est de monumento Tulliae excitando; ep. DXXXIII, 1. Insula, inquit, quam in praedio Arpinati Fibrenus fluvius complectitur (de Leg. c. II, 1), videri potest ad Tulliae monumentum excitandum valde accommodata, sed locus non habere satis dignitatis

5 Devia, qua non multi viatores commeant. Coniectura est Gronovii. Antiquae edd. habent γνώριμος; *nota*, quod est alienum; Lamb. ἐκγόνιμος; alii coniectores aliter.

6 Cogito monumentum in hortis excitare. Vnde illud ep. DXXXV, 1 hic a Manutio laudatum: *Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, et quidem ob hanc causam maxime.*

7 Cicero hoc tempore scribebat libros de *Finibus*, in quibus Atticus volebat, ut pro Epicuro loquentem induceret aliquem eorum, qui viverent; quod etiam fecit. Induxit enim L. Torquatum Attici familiarem, et Epicureae sectae studiosum. *Popma.*

8 *Commuto, ad alias personas transfero.* Sermo est de dialogis philosophicis, quos refingebat, et alias personas inducebat, ut in Academicis fecit. *Ernest.*

9 Non possum satisfacere omnibus, qui a me hoc honore affici volunt. *I. Fr. Gronov.*

10 Idest, eos, qui perierunt, inducam loquentes. *Manut.*

11 Lamb. *non quod.*

DXXIX.

1 Medico affirmanti nobis de Atticae morbo nihil gravius timendum esse, etiamsi illo diutius teneretur. *Popma.* De Cratero vide Persium Sat. III, v. 65.

2 Quibus eum de morte filiae (ad ep. DXXI, not. 16) consolatus erat. *Popma. Lacrymas attulerunt,* commemoratione scilicet Tulliae virtutum. *Schoenb.*

3 Minus dolorem meum acuit; sic *ardor*, infra, est dolor.

4 Augure novo, et eius cena augurali; ep. XCI. Ad eam necesse erat iure augurali omnes augures venire; morbi causa qui abesset, eum a tribus auguribus iuratis excusari (ep. seq. 1). Ex hoc loco apparet, eam cenam auguralem plures dies durasse, in singulos excusationem fieri debuisse. Ita fere Ernestius. Augures sacerdotium ineuntes collegis cenam dabant lautam in primis atque opiparam. Varro l. III, c. 6: *Primos pavones augurali cena posuisse dicitur Q. Hortensius.* Vide Gellium XX, 1.

5 Vt Romam irem ad cenam auguralem. *Manut.*

6 Adhibe C. Septimium et L. Statilium, ut cum Laenate (tres enim adhibendi erant testes; ep. seq. 1) me excusent apud Apuleium. Ed. Ro. *prehende.*

7 Ex coniectura Manutius *quemquem;* quod Schütz admisit. In ep. seq. § 1 *quemcumque.*

8 Ad ep. X, 1.

9 Idest, invalitudine per legem probata.

10 A quo Cicero videtur voluisse pecuniam mutuam sumere; nisi ipse Ciceroni debuerit. *Schütz.*

DXXX.

1 Cornificio Iunius pecuniam crediderat; pro eaque pecunia Ciceronem sponsorem acceperat. Corrado videtur legendum *a Flavio,* quia sic appellatur ep. DXXXIV, 2; nisi forte *Iunius Flavius* dictus sit. *Schütz. Te,* scilicet ut procuratorem meum.

2 Cicero sponsionis tempus non recordatur, et ait, Cornificium posse ipsum solvere. Sponsor enim, idest fideius-

sor, appellari non poterat, si locuples reus esset, ex antiqua lege, cuius mentio fit in Novel. Const. Iust. *Manutius.*

3 Cornificio patre, an pro eius filio; ep. DXXXIV, 2. *Schütz.*

4 Pro Balbo c. 20, et Valer. Max. VIII, 12. Recte Ernestius: Praediatores, inquit, qui praediis publico obligatis emendis (ut explicant glossae veteres ὠνητὴς ὑπαρχόντων) quaestum faciebant, operam dabant, ut hanc partem iuris de praediis publico obligatis, commodi sui causa accurate cognoscerent, ut sunt apud nos mercatores maiores *iuris cambialis*, quod vocant, plerumque non minus, quam ICti periti.

5 De consolatione, ut ipse appellat Tusc. Disp. IV, 29, quemque ad exemplum Crantoris composuit. Ex huius libri deperditi fragmentis (vide inter philosophica) Sigonius suum de consolatione librum confixit, Ciceronique supposuit.

6 Lamb. *aliquid.*

7 Hoc est, ut in malis, vel, si mea mala spectes, belle me in hac solitudine habebam. *Habebat* pendet a superiore *solitudo.* Aldus *habebar:* Herv. *habebam.*

8 Sic coniectante Ernestio Schützius. Vulgo *quamquam ipsum. Id ipsum*, scil. te interesse solitudini meae.

9 Ioci, facetiae, sales et alia id genus. *Schoenb.*

10 Ex Gallia; ep. sup. 1.

11 Quando in provinciam Galliam Bruto successurus proficiscatur. Nam ex urbe iam antea paludatus exierat; ep. DXX, 4. *Schütz.*

12 Sic edidit Bosius. Cod. Amb. 16 *Piliam angi vetabat is, est moerere pro omnibus.* Edd. vett., praeter Ro., *vetabat idest moerere pro omnibus;* in quibus verbum *solitus*, quod vulgo editur ex ed. Ro. et Vict. *satis so-*

litus es etc., non adest. *Moerere pro omnibus*, scil. communem rei publ. statum deflere. Lambinus *Cratero, qui Piliam angi vetat: satis est me moerere p. o.*

DXXXI.

1 Post te. Plaut. Cap. II, 1, 42: *Nam secundum patrem tu es pater proximus.*

DXXXII.

1 Lamb. *ego enim potius.*

2 Alii *decessissem.*

3 Scilicet, mihi, te convenire, propter turbam ibi praestolantium. *I. F. Gronov.*

4 Propter eos, scilicet, qui ad me visendum cursitaturi erant. *Idem.*

5 Alii *nihil aptius.*

6 L. Marcius Philippus, Caesaris familiaris et affinis; ep. CDLIX. Conf. ep. seq. 1.

DXXXIII.

1 De fano, ut infra, Tulliae erigendo; ep. DXXVIII, 2. En tibi luculentum idolorum cultus exemplum, ex quo coniectare licet quomodo primum coeperit. Lib. Sap. XIV, 15: *Acerbo enim luctu moerens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem, et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam Deum colere coepit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia.*

2 Aliquot libri scripti cum ed. Ro. et Vict. *cuiusmodi.* Minus recte.

3 Placet mihi fanum ea forma (*disegno*), qua Cluatius

descripsit. Videtur autem Cluatius hic architectus fuisse, aut certe huius generis intelligens, quod etiam infra apparet, ep. DLXI, 3. *Manut.* Mox *neque de re,* nimirum de re ipsa, hoc est, de fano erigendo.

4 Supple, dubito. Revera saepe in epp. seqq. sermo est de emendis hortis, quin tamen aliquid confectum sciamus.

5 Tulliam.

6 Verba *ab omnium — latinorum* videntur a glossatore adiecta, qui vellet explicare illud *omni genere monimentorum*, accepitque de scriptis, non de aedificiis. Certe legendum *et omnium ingeniis* etc. *Schütz.* Edd. Ro. aliaeque posterr. *monumentorum.*

7 Argumentum de consolatione; ep. DXXX, 3.

8 Sic semper Cicero, pro praesenti *mitto;* scil. cum hac epistola.

9 Intellige, Ciceronis.

10 Idest, ne nos frustret non solvendo pecuniam; ep. DXXIX, 4.

11 Particulam negantem Schützius delendam esse censet.

12 Hoc est, de ipso fenore, seu capite (*capitale*), pro quo Sulpitius et Egnatius spoponderunt. *I. F. Gronov.*

13 Ep. DXXIX, 3.

14 Significatur illud tempus, quo M. Antonius Roma profectus, ut in Hispaniam ad Caesarem iret, mutato deinde consilio, reditu admodum celeri per Italiam cucurrit, et noctu urbem introivit. Cuius festinationis maxima causa fuit, quod, quum tempus iam adesset eius pecuniae solvendae, quam pro emtis in auctione Cn. Pompeii bonis Caesari debebat, verebatur ne ipso absente praedes sui venderentur. *Manut.* Conf. Phil. II, 26.

15 Hoc est, homines praedes, sive fideiussores, quorum bonis praediis Antonius aerario caverat, vulgo *sicurtà.* Mox *accucurrisse* omnino insolenter; edd. vett. cum Hervagio, Lamb. aliisque *accurrisse.*

16 Calumniabatur Terentia Ciceronem, quod is paucos testes, et dumtaxat domesticos adhibuisset, ut quod in testamento esset, celaret.

17 Testes obsignandi testamenti.

18 Est breviloquentia. Putavit, quaesituros, quid esset in testamento; nisi scissent, non obsignaturos. *Ernest.*

19 Ne scilicet obsignatores mei vellent, nisi iam scissent, quaerere, quid esset in testamento.

20 His verbis explicantur superiora *quid simile;* scilicet, inter meum agendi modum, et Terentiae.

21 Ex filia Tullia. Quum enim *nepos* absolute dicitur, intelligitur ex filio, filiave natus, non ut vulgo *nipote.* Exstat hac de re Facciolati epistola 5 cum orationibus edita, teste Gesnero. Agitur de Lentulo Dolabellae et Tulliae filio; ep. DXLVI, 7.

22 Non Terentiam, ut putarunt Manutius et Popma, sed amicos, et ornatos viros, ut explanat I. F. Gronovius, praeter Silium et Publilium domesticos, quos in testamento obsignando adhibuit.

23 Ideo non venit in mentem, quia etc.

24 Publiliae, quam nuper uxorem duxit (ad ep. DXVI, 1), fratrem. *Ernest.* Supple *mitterem.*

DXXXIV.

1 Epp. DXXXI, 1 et DXXX, 1.

2 Idest Cornificius, de cuius re agitur, et a quo pecunia petitur; ep. DXXX, 2. Festus: *Reus,* inquit, *dictus a re.* Idem sentit Cicero de Orat. II, 43. Hinc *petitor* et *reus* contraria sunt.

3 Quam gessit A. V. C. DCLXXXIV, aetatis suae XXXVII.

4 Quid ad me? quum, etiamsi spoponderim, Cornificius ta-

men ipse solvere possit, ac debeat ante, quam ii, qui pro eo spoponderint, appellentur. *Schütz.*

5 Subaudi, appelles procuratores Cornificii: vide quid procuratores Cornificii dicant. Locutio Ciceroni familiaris. *Manut.*

6 Ep. DXXX, 4.

DXXXV.

1 Astura erat insula, quam fluvius eiusdem nominis in mare, prope paludes Pomtinas inter Antium et Circaeos, influens complectebatur, aberatque ab Antio V. m. p., et ab Vrbe XXX, totidemque a Tarracina. Ibi et villa Ciceronis, ibique Cicero a M. Antonii militibus fugiens interfectus est (Plutarch. in Cic. p. 884), et Corradinus Friderici II nepos detectus et captus.

2 Supple monumentum; ep. DXXVIII, 2 et DXXXIII, 1. *Quasi consecratum*, ex multis inscriptionibus satis constat, quam religiosa essent sepulchrorum iura, quamque curam veteres haberent, ne distraherentur. Qui agrum venderet, ubi erat sepulchrum, sibi tantum agri excipiebat, quantum adeundo sepulchro satis esset; Cic. pro Rosc. Am. c. 9.

3 Vectigalia hic sunt reditus et pensiones, quae ex fundis et possessionibus capiuntur. *Popma.*

4 Quibus ad fanum utemur; ne exspecta adventum meum, sed confice; idest transige cum Apella Chio, eme eas ab Apella Chio. Nec dubito, quin columnas intelligat e Chio marmore, qui moneat Atticum, ut ea de re cum homine Chio conficiat. *Manut.* Vide Plin. XXXVI, 6.

5 Idest, de meo officio iudicandi, ne propter id Romae esse me necesse sit. Nimirum ne augures quidem vacationem habebant. Vox *iudicatus* in hanc sententiam exstat

Phil. I, 8. *I. F. Gronov.* De Cocceio et Libone vide ad ep. XXXIII, 4.

6 Vide ep. sup. 2. Libri ante Bosium *de iudicatu meo responsum*, vel *de i. m. responsum sit;* unde Lamb. *quid de i. m. responsa sint.*

7 Lamb. aliique *sed tamen.*

8 Vide ep. DXXXIII, 7 et ep. seq. init.

9 Ad urbem redeuntis ex Gallia administrata. Mox ed. Herv. *quot ad dies.*

10 Officium scilicet; vid. ep. DXXXVIII, 3.

11 Quod Terentia de filii re in testamento faciendo cogitet.

DXXXVI.

1 Sic legendum esse viderunt Faërn. Malasp. Lambin. Ernest. *Schütz.* Vulgo *quam quod totos dies.*

2 Hoc est, simulo, fingo me non dolere, quod idem valet ac, dissimulo me dolere.

3 Pater Serviliae, uxoris Claudii.

4 Mortuo mortua est; quippe quae illum in exsilium sit secuta, et postea reductum fortiter amiserit; Senec. ad Helviam c. 16; Cic. in Brut. c. 29. *Corrad.* Quam prudens harum rerum fuerit Atticus, vide apud Cor. Nepotem in Att. 18.

5 Ep. DXXX, 3, not. 5.

DXXXVII.

1 Tulliolae suae interitus.

2 Iam enim Hispaniensis belli, cui Dolabella intererat, exitus exspectabatur. *Manut.* Dedimus *sed quoniam* cum Ernestio et ipso Clerico ex nostris fere omnibus. Alii

sed quando, aeque bene. Vulgo olim *sed quum*; omnino male.

3 Quatuor nostri cum Lamb. *non quod;* confer epp. CLXXV et LXXIV, 5, aliasque bene multas.

4 Ep. DCCCLVI sub. in.: *Homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra,* etc. Idem in epp. CLXXVI med. et CLXXIX. Quae tria iam Manutius laudavit. *Fortunae succumbendum,* praeclare Metrodorus apud Cic. Tusc. V, 9: *Occupavi te,* inquit, *fortuna, atque cepi: omnesque aditus tuos exclusi, ut ad me adspirare non posses.*

5 Idem ad ep. DLXVII, 3. Non solum hilaritatem amisit, sed, ut observat Manutius, victum se a fortuna fatetur illis verbis, quae sunt apud Lactantium, Div. Inst. III, 28: *Cedo*, inquit, *et manum tollo. En*, ait, *manum tollo, cedo, vicisti.* Quae verba et D. Hieronymus meminit.

6 Contra obtrectatores, qui eum non tam filiam, quam rerum statum lugere calumniabantur apud Caesarem; ut iam commentatus est Gebhardus.

7 Deest *mearum* in ed. Med.

DXXXVIII.

1 Graevius laudat cod. Balliolensem, qui habet *pudenter*, h. e. modeste. Optimum sensum habet etiam *prudenter*, h. e. scite.

2 Atticus in libro, quem in laudem Catonis Brutus scripserat, de rebus quibusdam sibi minus probatis Brutum ipsum quaesierat, ut Schütz explanat.

3 De puniendis (morte) iis, qui cum Catilina coniuraverant. *Manut.* Consulares omnes morte coniuratos esse multandos censuerunt; quum tamen eos Caesar in vinculis

coniiciendos dixisset, eius verbis assentiti sunt. M. Cato unus restitit, omnesque patres ad pristinam consularium sententiam revocavit. Sallust. B. Cat. 53 et seqq.

4 Sic bene ed. Iens., quae et plene *Manii* scribit. De re vide Sall. l. c. Aliae edd. *M. Annii Gl.* vel *M. Atilii Gl.*

5 Subaudi, iverunt; scilicet sententiam Catonis secuti sunt patres.

6 H. e. sententiam eamdem; quam nimirum consulares ante Catonem tulerant.

7 Hoc est, sententiam meam dixerim. Particula negans repetenda est in unoquoque membro, hoc modo: *non quod cohortatus sim*, *non quod denique — indicaverim. Patefecerim*, nimirum coniurationem. *Consulerem*, h. e. sententias aliorum exquirerem de animadversione.

8 Vt corrigas senatus consultum. *Ad cetera*, quae scilicet requisieras: ea ignoramus.

9 Sensus est: correxisses sic, etsi te non Brutus, sed vilis scriba admonuisset. Ceterum non tacebo, me aliquando coniecisse: *etiamsi ab alio admonitus non esses*, idest tua sponte. *Ernest.* Idem Ernestius edidit *correxisses — admonitus esses;* eique subscribit tacite Schütz. Pro *Ranio*, edd. aliquae habent *Tatio;* aliae *Rario*, vel *Kanio.*

10 Meas facultates. *Manut.*

11 A Faberio aliquid possumus exigere. Vid. ep. DXLIII. Sic ex sententia Corradi et Graevii primus Ernestius corrrexit vulgatum *aliquid recedit.* Manutius *res cedit*, Lamb. *aliquid procedit*, Lipsius (L. IV Ant. lect. c. 19) *a Faberio recidis*, idest aufers, iam tentaverant.

12 Sic ep. DXXXV, 6: *Officium multo magis movet*, *quod mihi est et sanctius et antiquius.*

13 Terentiae.

14 Supple, uxoris.

15 Ad causas agendas. *Schütz.*

16 Verba *aut quatenus eos mihi concedere*, de Mureti et Graevii sententia ut insititia delevit Schütziius.

17 De consolatione. *Manut.*

DXXXIX.

1 Inter ea, quae copiosius scripsi, sunt et ea, quae ad Ciceronem pertinent. Sermo est de Marco, Marci filio.

2 Cicerone filio. *Corrad.*

3 *Ex me*, iussu meo vel rogatu percunctatum esse ex ipso (Cicerone filio). *Velle Hispaniam*, respondit mihi, se in Hispaniam ire cupere (cum Caesare contra Pompeii liberos); rogare, ut pecunia in eo iuvarem se. *Ernest.*

4 Edd. pr. usque ad Grut. *Publius;* quod Graevius retinuit.

5 Scil., quod ad liberalitatem attinet, respondi, me quantum Lentulus filio dedit, tantum ei daturum. Hic flamen Lentulus est filius eius Lucii Lentuli flaminis, qui Ciceronis domum religione liberavit (ep. XC, 2 et Har. resp. 6), et A. V. C. DCXCVII mortuus est; ep. CIX, 1.

6 Pompeiana. *Manut.*

7 Subintellige, sequi contra Pompeii Magni liberos.

8 Patruele, Quinto Cicerone filio, qui familiarior et gratiosior esset apud Caesarem, utpote qui Lupercus in gratiam illius fuisset. *Manut.*

9 Volo, ut potius pecuniam a me, quantam vult, sumat, quam in Hispaniam eat. Et dicit *sua libertate*, quia si M. Cicero in Hispaniam ivisset, quum id patri sciret non placere, nimirum liberius agere visus esset. *Manut.* Fortasse scripsit Cicero *Velim illum.*

10 Sic rectius edd. vett. usque ad Herv. Vulgo *atque.*

11 Magni nostrum interest, et sine periculo novo est, manere.

12 Sic accipio: Dolabella, quum Tulliolam dimisisset, Ciceroni dotem debebat; eam tamen non numerabat, fretus gratia Caesaris, cuius partes in civili contentione secutus erat. Cogitabat igitur Cicero hac de re loqui cum Balbo Caesaris amicissimo. Nam et supra (ep. DXXVIII, 1): *de dote*, inquit, *tanto magis perpurga. Balbi regia conditio est delegandi.* Manut.

13 Hic manebo. Et dictio *tamen* venuste posita pro *certe;* quia desiderium rusticandi declaratur. Vt hoc dicat: Quum primum Balbus redierit, Romam me conferam: sin ille tardius, ego, quod optavi, tamen assequar, ut hic triduum etiam manere possim. *Manut.*

14 Mecum est.

DXL.

1 Vide epp. DXXXVIII, 3; DXXXV, 6 et DXXXIII, 8.

2 Ep. DXXXVI circa fin.

3 Expressi editionem Graevii. Omiserunt *et* Ernestius et I. V. Clericus.

4 Qui cos. fuerat A. V. C. DCLXXVI cum Mam. Aemilio Liviano. *Schütz.*

5 Idest, a Marcello; ut et infra a Postumia, a M. Cotta, a Syro et a Satyro.

6 Respicit illud *De Rutilia.*

7 Qui erant ex Attici servis literatis. *Schütz.*

8 *Pendere usuras non plus annum* est finire tempus solvendae usurae intra annum, reddita sorte (*il capitale*). Graevius corrigebat *non plus annua,* scilicet die, uti habetur ep. CXXIV init., quod Schützio probat. Sed quia dicitur ep. CCLXXVI, 4: *Plus annum obtinere provinciam*, idcirco Ernestius corrigere cum Graevio nolebat. *Enero*, scilicet. hortos.

9 Vt pecuniam ab iis, qui debent, exigam.

10 Hortis suis. Mox Lipsius (A. Lect. IV, 9) malebat *et is usuris*, ut Olivetus edidit.

11 Facile commovebitur, ut solutionem in annum differam, intereaque usuris contentus sit. *Schütz.*

12 Existima tuum esse negotium. *Manut.*

DXLI.

1 Ep. DXXI, 2.

2 Ep. DXXXVIII, 5.

3 Scripserat Atticus: quum Romae eris, si versari in foro non libebit, quod quosdam homines aequo animo videre non possis; at domi esse poteris, quae tibi erit pro foro. Ita et iis satisfacies, qui a te postulant, ut Romae sis, et assequeris, quod tu vis, ut forum ne frequentes. *Manut.*

4 Tulliam; ep. DXXI, 5. *Corrad.*

5 Nempe Romam. *Schütz.* Mox edd. Iens. Vict. Herv. *abduxerit*, scilicet a solitudine.

6 Sic corrigebat Manutius et Lipsius vulg. *praeter me*, illosque sequuntur Ernestius, Schützius et nuperrime editor Parisiensis Lemaire.

7 Quae proxime sequitur. *Manut.*

8 Caesarianus, ex Attici convivis; ep. seq. 3 et ad ep. CDXLV. Vbique edd. vett. cum Vict. et Ern. habent *Atedius.*

9 Vt in senatum venire, et ipsorum de re publ. consiliis velles interesse.

10 Caesariani, qui eum in senatum adducere volebant.

11 Ante Schützium corrigebat Ernestius, et ante Ernestium habebat Hervagius *non minima*, quia in edd. vett. et mss. *non* pro *nunc* reperiebatur.

12 Huius celeberrimae legationis annum designat ipse Ci-

cero Acad. IV, 45, eamque confert in coss. P. Cornelium Scipionem et M. Marcellum, qui fuerunt A. V. C. DXCVIII.

13 Melius ed. Ro. *Hoc.*

14 Hanc narrat Gellius: *Diogenem Stoicum, Carneadem Academicum, et Critolaum Peripateticum Athenienses Romam ad Senatum populumque Ro. legaverunt, impetratum, uti multam remitterent, quam fecerant propter Oropi vastationem. Ea multa fuerat, talentum fere quingentum;* lib. VII, c. 14 et XVII, c. 21. Plutarch. in Cat. Mai. pag. 349. Cic. de Or. II, 37.

15 Eas accipe a Quintil. lib. XII, c. 1: *Neque Carneades ille, qui Romae, audiente Censorio Catone, non minoribus viribus contra iustitiam dicitur disseruisse, quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit.*

16 Hoc est, quis Epicureorum princeps fuerit. Narrat Diogenes Laertius (in Epicuro X, segm. 17), Epicurum sua omnia Amynomacho Timocratique dedisse ea conditione, ut *hortum*, in quo ipse docebat, Hermacho assignarent, eisque, qui cum illo una philosopharentur, et quibus philosophiae successoribus reliquerit Hermachus, ut in eo philosophiae dare operam possent. Vtque semper hi, qui a suo nomine philosophi appellarentur, una cum Amynomaco et Timocrate omnibus viribus eam, quae in *horto* est, scholam conservarent. Itaque ut Peripateticis Licaeum, Stoicis Porticus, Platonicis Academia, sic Epicureis erant Horti.

17 Subaudi, libris: figura graeca, qua Cic. etiam alibi usus est, ut quum dixit *ad Martis, in Scapulae, per Locustae.* Subintelligitur enim *aedem, hortos, fundum.* Manut. Vett. aliquot edd. *ex Apollodoro.*

18 Nempe aegrotat.

19 Varie hoc nomen scribitur in libb. ant. Aliqui *Magala*

et *Megala;* alii *Megali* et *Megilia:* nomen incognitum, sed videtur fuisse Liguris filius, aut filia. *Dubium non erat,* supple *quin ex morbo decederet.*

20 Pro *ut ut.*

21 Quasi ex voto et promisso; ep. DXXXIII, 1: *Sed iam quasi voto et promisso me teneri puto.* Ed. Ro. et Herv. *officii et debiti.*

22 Locum sic explano: ad Sicam scripsi, qui familiaris est Lucii Cottae, ut si emi non possunt horti transtiberini (ep. DXXXV, 1), emat in celeberrimo loco pusillam villam, quam Cotta habet in Ostiensi via.

23 Ad fanum extruendum. *Manut.* Mox ed. Iens. *plus etiam, quam satis;* sed ep. DXL, 3 scribitur *non plus annum.*

24 Scilicet, Silianis hortis. Ed. Iens. *nihil est enim melius;* plane ut legitur in ep. DCXVIII, 3.

25 Scilicet, diem, quo de hortis cum Silio colloquatur Sica.

26 Sic habent Iens. Aldus et Vict., quod placebat Ernestio. Schützius *et ut tu videbis;* Graevius coniiciebat *at quanti, tu videbis.*

CDXLII.

1 Noli de emtione et venditione horti (ep. DXL, 3) capere, ut quidam faciunt. Controversiam habuit, de qua cum adversario transegit. *Ernest.*

2 Ep. DXXXVIII, 4.

3 Filio, Athenas ad studia mittendo.

4 Pecunia scilicet, an secum ferenda.

5 Ep. DXXXIII extr. Alii *Publius;* sic et infra ep. DXLVI, 6, et supra ep. DXXXIII extr.

6 Intelligit librum de consolatione, de quo epp. DXXXVI extr. et DXXX, 3. *Mongalt.*

7 Consulis cum Q. Catulo A. V. C. DCLXXV.

8 Nimirum nomina. Pecunia, quam mihi Cispius et Praecius debent, ut mihi solvatur, curabis. *Ernest.*

9 Vulgo *optime it.* Recte hoc *it* expungendum esse censuit Ernestius. Est enim e coniectura. Nam codd. et edd. vett. habent *id.*

DXLIII.

1 Ep. DXLI, 5 extr. *Rem detulisse,* rem narrasse; ep. DXXXIX, not. 3.

2 Malim emere hortos praesenti pecunia, quam dare in solutum aliquam rem aestimatam ex lege Iulia. *Bosius.*

3 Sicuti vectigalibus, idest redditibus et fructibus praediorum meorum (ep. DXXXV, 1), quae habeo, contentus esse possum; ita vix contentus esse possum minoribus, h. e. si eos diminuam.

4 Scilicet, solves?

5 Ante Bosium *Drusianis vero hortis;* Schützius *Drusianis vero hortis hos.*

6 Semper Siliani sine comparatione celebriores atque amoeniores habiti sunt.

7 *Id, cui insenescimus.* Manutius accepit de *subsidio* senectuti parando, quod Atticum putabat suasisse Ciceroni, ne tantam pecuniam in hortos erogaret. Cui interpretationi si favet locus ep. DXLVII extr., adversatur tamen alius, quem mox appellabimus. Schütz de loco, ubi senectutem quiete possit transigere, accipit, idque ex loco ep. DLXXIV, 2: *Mihi vero et locum, quem opto, ad id quod volumus, dederis* (nempe ad fanum Tulliae consecrandum), *et praeterea* ἐγγήραμα (hoc est quietum senectuti locum). Ernestius, I. F. Gronovius et Mongaltius *de rei publ. cura;* quo sensu usurpavit Cato maior apud Plutarchum p. 351: κάλλιστον ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν (*op-*

timam senectutis occupationem esse rei publ. curam). Huic tamen explanationi opponitur iam appellatus locus. Placet ergo Schützii sententia: Nam quod scribis locum mihi quaerendum esse, ubi senectutem quiete possim transigere, de hoc nihil amplius cogito.

DXLIV.

1 Grammatico; ep. DXIX.

2 Legendum suspicor *pro victu est*, vel *pro convictu est*. Sic in Pison. 22: *Solitudo tibi pro frequentia erat.* Schütz. Habet tamen et Svetonius De Illust. Grammat. c. 14 *provincia.* I. V. Clericus. Mox Ernestius et Schütz *ego magis i. desidero;* nescio an errore operarum.

3 Edd. Iens. et Hervagii *molestus esse velim*, et paullo supra *molliciem*: utrumque indifferenter.

4 De Terentia; epp. DXXXV, 6 et DXXXIII, 8.

DXLV.

1 Subintellige *villa;* ep. DXLI, 5.

2 Praeter quam ad fanum.

3 Quando velit discedere, ut Athenas eat studiorum causa. *Manut.* Ep. DXLII, 2.

4 Epp. DXLI, 1 et CDXLV.

5 Epp. DXXX, 4 et ad DXX, 4.

6 In prima provinciae Galliae parte; quod poterat esse vel Lucae, vel Ravennae; sermo est enim de Gallia Cisalpina.

7 Sic edd. Ro. et Herv., ut in ep. sup. extr., DXLIX extr., DLXII, 1 et DLXVII extr. Vulgo *Piliae, Atticae.*

DXLVI.

1 Silium.

2 A Terentia de testamento ipsius; ep. DXXXIII, 8.

3 Filium, de cuius re in testamento agebatur; ep. DXXXV, 6.

4 Vt videatur matris causa voluisse. *Manut.*

5 Officium; vide ep. DXXXV, 6.

6 Romam ad rem publ., et in forum; ep. DXXXVIII, 5. *Ernest.*

7 In sermone scilicet et suavitate Tulliolae suae, ut Manutius explanat.

8 Intelligit librum suum de consolatione; ep. DXXXIII, 1; DXXX, 3. *Ernest.*

9 Moeror est aegritudo flebilis, dolor aegritudo crucians; Tusc. IV, 8. Itaque moeror in fletum, gemitum, aliaque externa signa erumpit; dolor excruciat animum, nec extrinsecus apparet.

10 Praenomine Caio, Ciceronis familiari, et homine docto; Fin. I, 5. Brut. 76. *Illi volent*, scil. Triarii consanguinei.

11 Mancipia Castricius videtur vendidisse Quinto Ciceroni, pecuniam tamen non accepisse. Itaque de suis mancipiis abducendis cogitabat.

12 Demta scilicet de debito ea pecunia, quae, ut nunc loquimur, titulo usurae soluta esset. Lex ea, quam de creditoribus per aestimationem possessionum satisfaciendis Caesar tulerat, iubebat etiam, ut de summa aeris alieni sive de sorte (capitale), deduceretur, si quid usurae nomine ab initio belli civilis ad latam legem numeratum fuisset a debitoribus (Sveton. in Iul. c. 42); ut Titius, puta, qui 100 debebat, si 12 solvisset usurarum nomine, iam de 88, non de 100 teneretur. De hoc legis capite, non de aestimatione bonorum putat Mongaltius Ciceronem hic loqui. Nam *pecuniam* aperte nominat.

13 Nempe Castricium abducere mancipia sua.

14 Ep. DXLII, 3. *Navigaturus*, ab litore scilicet Romae proximo solvens iturus in Africam, non iter facturus per Siciliam.

15 Cornelio Dolabellae duo fuerunt cognomina, alterum *Lentuli*, alterum *Dolabellae*. Ideo scribit Plutarchus (in Cicer. pag. 882), Tulliam apud *Lentulum* (παρὰ Λεντύλῳ) virum ex partu decessisse (ad ep. DXXI, 5). Erat ergo hic Lentulus filius Dolabellae et Tulliae, qui matri superstes fuerat, quem supra (ep. DXXXIII, 8) Cicero nepotem appellat. *Bosius*. Minus recte; nec unde duplex cognomen fuisse Dolabellae hauserit, Bosius aperuit. Locum Plutarchi Tunstallus intelligit de marito *P. Lentulo*, quem ei tribuit Asconius ad Orat. in Pison. init. Et *Lentulum* simpliciter dicit Macrobius generum Ciceronis (lib. II, 3), et paullo infra simpliciter *Dolabellam*.

16 Sic edd. Ro. et Herv., ut ep. sup. extr.

DXLVII.

1 Scilicet, tecum de hortis (ep. DXLI, 5) loquetur; ut iam Manutius vidit.

2 Ex provincia redeuntem; ep. DXLV, 3.

3 Prima et praecipua causa quod fanum celebri loco fieri velim. *Popma*.

4 Quodam loco, ubi manere possim, et in hortis prope urbem esse ita, ut nec in turba sim, et te saepe, et alios amicos mecum habeam. *Corrad.* Ernestius corrigebat *mihi ipsi quidam locus sit*.

5 Eleganter *ita* positum, ut in ep. CXCVII, 1.

6 Hoc est, si pecuniam a Faberio exprimere possimus; epp. DXXXVIII, 2 et DXLIII.

7 Suadeant scilicet Faberio, ut mihi pecuniam solvat; vel,

ut Bosius explanat, num soluturi sint Faberii nomine pretium hortorum.

8 Schütz dedit: *quoad possunt adduci, adducito*, quia *adducito, tum*, vel *adducito tuum* habent edd. vett. cum Vict. Sed mihi videtur τὸ *adduci* facile subaudiri posse a sequenti *adducito*. Vulgo *quoad possunt adduci*.

9 Schützius correxit *vel tu illud* ἐγγήραμα, hoc sensu: Emendi sunt mihi horti, inquit, tuque illud vel ἐγγήραμα, sicut scripsisti, h. e. locum senectuti quiete transigendae (ep. DCXLIII), vel ἐντάφιον, idest locum sepulchro meo idoneum putato.

10 Perizonius (ad Aelian. V. H. I. 16) docet ἐντάφιον esse quodcumque ornamentum mortui, ut vestis, quum in atrio exponitur, sepelitur; unde ἐνταφιάζειν dicitur tota illa cura, quae ornando, condiendo, condendoque mortuo adhibetur. Hoc loco ipse I. Fr. Gronovius interpretatur *sepultura*. Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu ἐγγήραμα, ut tu aliquando scripsisti, sed ἐντάφιον adeo, *requies mortui*. Non absurde, qua sensum; modo verbum graecum eum pateretur. Constat, Graecorum more non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed saepe etiam *morituros*. Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerebat magnificam vestem, qua induta, demum cicutam biberet, apud Aelian. V. H. I. 16. Cf. III, 24. IV, 8. Itaque etiam ἐνταφιάζειν mihi videtur hanc vim habere Matth. XXVI, 12, honoris causa *moriturum ungere*. Nondum enim mortuus erat, etsi unctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci huius, mea sententia, sensus: *In his hortis ego non solum suaviter agere senectutem, sed etiam honeste iucundeque mori me posse confido*. Ernest.

11 Scil. de villa Cottae in via Ostiensi; epp. DXLV, 1 et DXLI. 5.

12 Ep. DXL, 3.
13 Subaudi, ut hortos habere possimus; ep. DLII.

DXLVIII.

1 Ep. DXLVI, 7.
2 Verba *de eo* iam Ernestio suspecta delevit Schützius.
3 Forte argentarium, de quo ep. CCCLXXXI.
4 Quia de re pecuniaria sermo est, videtur Hermogenes Clodius esse, qui occurrit infra ep. DCXVI, 1. *Ernest.*
5 Ep. DXLVI, 5.
6 Epp. DXLII, 1; DXXXVIII, 4.

DXLIX.

1 Quia filio velit obsequi, roganti ne vendat: quum habeat, qualem vult, hoc est, plane ex animi sui sententia: ut reprehendendus non sit, qui tali filio obsequatur. *Manut.*.
2 Si praeter hortos ab eo emere velimus aliud praedium, quod ipse non amet, et vendere cupiat. *Destinatum*, scilicet venditioni. *Ernest.* Quam sententiam etsi ipse veram esse arbitror, facilius tamen e verbis exiret, si sic legeretur: *si addiderimus aliud, quod ab ipso fuerit destinatum* (venditioni), *etiam illud*, *a quo* (vendendo) *refugiat, venditurum.* Schütz.
3 Quantum constituam, sive putem istos hortos Drusi (ep. DXLI, 5) anteire Silianis. Mox rectius, ni fallor, edd. Iens. et Herv. *accessi propius numquam*, h. e. hortos Drusianos numquam vidi.
4 Hoc est, necessitati, quam habeo excitandi fani. *Vtrivis*, nimirum villa, et silva Coponiana.
5 Ep. DXLVII, 3.

6 Hoc est, pecunia numerata hortos Silianos emere non dubitarem.

7 Etiam tanti; nimirum Drusi hortos emerem.

8 Argentarius, ut supra ep. DXLIII. Corradus tamen putabat esse Hermogenem Clodium Tragoedi Aesopi filium ditissimum; Plin. IX, 35. Si Hermogenes solveret, facilius repraesentarem, h. e. non exspectarem diem solutionis, quam constitueram (epp. DXXXVIII, 2 et DXLI, 5), sed universum pretium statim persolverem.

DL.

1 Ad ep. DXXXIII extr.; Plutarch. in Cicerone, p. 881; Quintil. VI, 3; et Dio XLVI, c. 18.

2 Vulgo edebatur: *matrem suam (cum Publilio loqui retur) ad me cum illo venturam.* Nempe sic ediderat Bosius e cod. Decurt. Alii codd. *cum Publilio loqueretur.* Vtrumque corruptum. Equidem cum Mongaltio abiicienda putavi verba *loqui retur*, et *cum illo.* Nisi forte malis: *quum Publilius proficisceretur, ad me cum illo venturam.* Schütz. At Lambinus: *Matrem suam cum Publilio domi: eam ad me cum illo venturam.*

3 Apparet, a matre scriptas, aut dictatas. *Manut.* Bene Lambinus: *Non esse illius.*

4 Ed. Iens. *illi:* quod Schütz edidit.

5 Scilicet ab illis hic opperiri. Mallem legere: *Vna est vitatio, ut ut ego nolim: sed necesse est,* scilicet, ut hinc discedam. Lambinus: *Vt ego nolim: sed necesse est (te hoc nunc rogo), ut explores* etc.

6 Ep. DXLII, 2.

7 Vt sibi viveret, nec cogeretur socrum ferre; ep. DCCXLIV.

8 Montes Romae, in quibus tabernas habuisse dicendus est, ex iisque fructus percepisse.

9 Athenas proficiscenti; ep. DXLII, 2.

10 Maius est, quam si diceret: *pro certo habeo, et quavis sponsione contendo.*

11 Lamb. *reficietur.*

12 Scilicet, tabernarum in Argileto et Aventino. Tum *quanti*, sc. conducant. Mox Lamb. *ut sint, qui ad diem solvant.*

13 Pecuniae scilicet ad viam faciendam; ep. CCCXV, 4.

DLI.

1 Vt Athenas literarum causa proficiscatur. *Manut. Comes*, comitem Montanum nominat ep. DLXXXII init.

2 Exigamus primam pensionem dotis a Dolabella (ep. DXXI, 5) ante, quam Ciceronem Athenas mittamus. Adest enim dies solutionis, nimirum Kal. Quintiles: et Caesar ex Hispania reditum accelerat, cui Dolabella obviam ibit. *Popma.* Haec eadem est sententia Mongaltii; at Manutius, Graevius et Ernestius haec omnia interpretantur de Caesare; quod tamen appellatae epistolae, ubi est aperta mentio de pensione, non convenit.

3 Facete Cicero ludit in vocabulo *campi.* Foenicularius campus erat in Hispania. Itaque vel hoc dicit: utrum Caesar bellum in Hispania sit persecuturus (ep. DXXI, 2), an Romam ad Comitia venturus; vel paullo alio sensu: utrum candidatos in campum Foenicularium, an in campum Martium evocare cogitet; idest, utrum liberam sit magistratus creandi potestatem permissurus, nec ne? *Schütz.*

4 In deducendo aliquo candidato, qui Piliae cognatus fuit. *Corrad.*

DLII.

1 Haec epistola periit. *Schütz.* Cf. tamen sequentia cum ep. DXLIX. Mox *is fuerit,* difficilis in hortis vendendis, ut Manutius explanat; de quo initio et fine laudatae epistolae DXLIX.

2 Ep. DXLVII extr.

3 Scilicet, Tiberina. Nam hortos transtiberinos quaerebat Cicero, ut celebri loco fanum exstrueret. *Manut.* Vide epp. DXLI, 5 et DXXXV, 1. *Partes fecit*, hoc est, in partes suos hortos divisit.

4 Paedagogus custos erat vitae et morum potius, quam institutor liberalium disciplinarum. Vide Senecam de Ira. II, 22; Terent. Phorm. I, II, 94.

DLIII.

1 Fabrûm praefecti in Cilicia; ep. CCXLIV, 3.

2 Civilis inter Caesarem et Pompeium Magnum, quod coeptum est A. V. C. DCCIV, et in Italia primum gestum est.

3 Pompeii in ulteriore Hispania legato; Caesar B. C. II, 17. *Ante bellum*, Caesaris scilicet contra Pompeii legatos; ep. CCCLXXIV.

4 De cuius interitu vid. Auct. Bell. Hisp. 33; Dio XLIII, 29.

5 Cn. Pompeio, Magni filio; ep. DLXII, 5 et DLXXIV, 4.

6 Ingeniosa excusatio: quasi Suberinus voluerit quidem, sed nullo modo potuerit eius belli societatem vitare. *Manut.*

7 Haec plane insulsa sunt, et nullius sensus. Rescripsi ex Hittorpiano: *qui est item ut Calenus.* Non male etiam sext. Palat. *qui est item uti Calenus Leptae nostri familiarissimus.* Graevius. Omnino aliud, opinor, agebat vir doctissimus. Nam *Calenus* non est hic nomen homi-

nis, sed loci. *Qui est item Calenus*, hoc est, qui est aeque Calenus, sive ex Municipio Caleno, ac Suberinus ille, de quo supra. *Olivet.*

8 Ita Ambb. omnes cum Lambino; vulgo *ambo;* etsi *ambo*, pro *ambos*, ut *duo* pro *duos* apte dici vidimus.

9 Aliquid singulare habere in illa forma *proxime atque ille*, iam sensit Cortius. Schützius autem ordinem immutans edidit: *proxime, aut etiam aeque atque ille.*

10 Amb. sec. *me amas*, et 12 punctis subiectis correxit *me ames.*

11 Non enim pati videtur amor in me tuus, ut te orem; petere satis est. Simile illud ep. CXLVIII, 9: *Ea tantae mihi curae sunt, ut me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore non possim.* Manut.

12 Omnibus scilicet Calenis, ut recte explanat Manutius.

13 Quadringenta millia sestertium. Hor. lib. I, ep. 1, v. 58:

> Si quadringentis sex, septem millia desunt,
> Plebs eris.

Id ipsum et Iuv. Sat. V, 132, II, 117 et I, 106. Primum iam Manutius laudavit.

14 Ita msti cum recentioribus; ut ad ep. DXXXVII. Graevius *quum — concessit.*

15 Abest a nostris duobus *vehementer.*

DLIV.

1 Hoc est, singulariter, ut *unice amare.* Graevius.

2 Ipsis factis edoctus; Sall. Cat. 35. *Cort.*

3 *De illis* hic inculcatum recte omittunt mss. Hittorp. et Pal. 6. *Schütz.*

4 In bello civili contra Pompeium.

5 Apud Homerum hoc emistichium est post alterum ver-

sum ἄλκιμος ἔσσι. Itaque eo transposuere Victorius et Graevius. Sed videtur huic loco aptior. *Ernest.*

6 Pompeianos, cum ironia.

7 Scil. proceres. Aliquot libri *idem me consolatur*, nimirum Praecilius, quum me tibi carissimum esse asserit. Sed non placet, quum sequatur *volunt, loquuntur, movent.*

8 Lambinus, probante Manutio, *inani gloria*, quod in vulgus abiit. Schützius *et hominem iam perustum inani gloria.* Sequimur Victorium et libros scriptos.

9 Mss. et edd. plures cum Lamb. *Sed me minus:* quod tamen elegantius subintelligitur, teste Ernestio, e sup. *me consolantur.*

10 Cumulum ex commendatione mea. Gruterus *commendationi meae*, minus recte: nam *addideris* iam habuit suum complementum in sup. *ad id.*

11 Ob interpositos graecos versus. *Manut.*

DLV.

1 M. Crassi, a Parthis interemti, filium; epp. CXX, 2 et CXXXI, 2.

2 Legendum arbitror *perbene.* Schütz. *Optime* iam ediderat Lambinus.

3 Sic hunc locum correxi vitiosum in scr. et edd. Primum pro *ex eo* feci *de eo:* nam *bene sperare ex aliquo* dici non potest. Deinde delevi *ex* ante *iis:* quod et ipsum non satis placet. *Iudicia cognita* sunt, quae eventu vera vel falsa reperiuntur; sed magis in bonam partem dicitur, ut *amicus cognitus*, et similia. *Ernest.* Iam ante Ernestium habebat Lambinus *de eo.*

4 Bello Parthico, A. V. C. DCC. Historiam late Plutarch. in Crasso p. 563; Dio XL, 27; Appian. in Part. circa med.; Oros. VI. 13; Florus III. 11; Val. Max. I, 6.

5 Libri aliquot male *quo.*

6 Male in ed. Gruteri *Siciliam;* quod ad quaesturam pertineret. Sed ea nimis remota est ab his temporibus. *Ernest.*

7 Sic ante Ernestium rescripsit Lambinus, et habet cod. Rec.; vulgo olim *meum.*

8 Sic Schützius cum Ernestio. Vulgo *cupiebat.*

9 Abest *id* ab edd. pr.

DLVI.

1 Cuius consuetudine delectabatur; ep. DXLIV. *Manut.*

2 A Publilia; ep. DL, 1.

3 Agro; a Ficulea, seu Ficulnea, vetere oppido ap. Livium I, 38 et Dionys. Hal. I, p. 13, Sen. c. 15. Nunc fanum, aiunt, *S. Basilio,* m. p. III a Fidenis. Corrigendus Plinius, qui scribit *Ficolenses:* lib. III, c. 17. A Ficulea erat via Ficulensis (Liv. III, 52), quae postea Nomentana dicta fuit.

4 Rectius Herv. *et in i. l.*

5 Haec verba, *Tu tamen,* in edd. recentioribus initium faciunt ep. DLX; rectius in edd. prior. appendicem constituunt huius epistolae. *Schütz.*

6 Egeris de hortis; epp. DLII, DXLIX et super.

7 Quum Silius dixisset, hortos suos se esse venditurum, sed velle quemdam locum excipere: vide, inquit Cicero, ne velit eum ipsum locum excipere in venditione hortorum, cuius loci causa hortos ipsos emere cogitamus. *Manut.*

8 Extremae partis hortorum. *Idem.*

9 Forte consolatoriam in morte Tulliolae. *Idem.*

DLVII.

1 Achaiae praefectus. Audita Tulliae Ciceronis filiae morte, moerentem patrem hac epistola, perfectae et elaboratae consolationis exemplo, solatur. Quam epistolam Sulpicio suppositam ab antiquo rhetore putat cl. Ciampius. Primo enim locutiones sunt tanto viro, ut Sulpitius erat, indignae, de quo Cicero ipse scribit: *facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae* (ep. CDLXIX); deinde haec omnis amplificatio est depravata imitatio epistolae consolatoriae DCCCLVI ad Titum, vel XVIII inter spurias ad Brutum. Ciampi, Feriae Varsavienses an. 1820.

2 Amb. 4 *nuntiatum.*

3 Zel. A et edd. pr. *minimum:* Zel. B *miserrimum.*

4 Hoc est, confici. Caes. Bell. Gall. VII, 58: *Postquam id difficilius confieri animadvertit.* I. Fr. Gronov. At libri plures *fieri debent.* Tum Lamb. *id confieri debet;* scil. id genus; at *ea* respicit *consolationis.*

5 Sic libri ad unum omnes et scripti et typis impressi, praeter Schützium: forma loquendi non insolenti, pro *propinqui ac familiares ipsi, per quos* etc. Terent. in Prol. Andr.: *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas,* pro: ut placerent populo fabulae, quas fecisset. Virg. Aen. I, 577: *Vrbem quam statuo, vestra est;* et Cic. ep. DCXXXVIII, 1: *Ad Caesarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere.* Adde ep. CCXXIII, 5. Itaque non video, quare rescribere voluerit Schützius: *propinqui ac familiares, ipsi* etc.

6 Ed. Ro. *queunt.* Mox vulgo *uti magis;* at libri multis partibus plures *ut m.*

7 Ed. Ro. *Mihi in m. v.*

8 Lamb. *Non quod — existimem;* Zel. B *non quo — existimarem;* qui rescribere etiam debuisset infra *perspiceres.*

9 Libri aliquot *tantopere.*

10 Cic. ep. DCXCII. extr.: *Vestorium — in arithmeticis satis exercitatum,* et pro Mur. c. 18: *homines in maritimis rebus exercitatissimi.* Vide, sis, plura alia pro Cluent. 19, ep. XXIX, 1. Itaque minus recte post Mart.-Lagunam Schützius: *Non illis rebus e.* Tum *qui* pro *quomodo* tralaticium est. Mox *callere,* h. e. callo ex consuetudine facto durare.

11 Adverbium *an* hic servit dubitationi, non interrogationi; apud Lucretium V, 175:

> An, credo, in tenebris vita, ac moerore iacebat,

hoc est, an, ut credo etc., cum ironia, ut iam vidit Manutius. Schützius *At illius vicem, credo, doles;* quod sic posse corrigi iam pariter monuerat Manutius et edidit primo Lambinus. Tum Davisius ad Cic. Nat. D. I, 24 facili negotio coniicere poterat *cedo,* pro vulgato *credo,* quum iam ed. Ro. scripserit *cedo.*

12 Martyni-Laguna cum Schützio *necesse est tu veneris.*

13 Vt post quam scilicet iam tribus primariis adolescentibus nupsisset, C. Calpurnio Pisoni Frugi primum (ep. VIII extr.), deinde Furio Crassipedi (ep. CXIII, 7 et CIII, 1), tertium Dolabellae (ep. CCLXXII, 1 et CCCLXXII, 1), quartum etiam nuberet Tullia.

14 Lamb. *ageret;* usitatiori forma.

15 Zel. B *te, tua.*

16 Pepererat (ep. CCCLXXXIV); sed infans obiit. *Manut.* Victorius et Gebhardus ex mstis *pararet;* quos tamen notat Graevius, Cortius et Ernestius.

17 Msti *libertate* et *liberalitate;* sed primum opportunius cum vulgo ad rem videtur. *Vterentur* restituit Ernestius ex msto Guel. et edd. primis, et est in tribus Ambb. et Rec. pro vulgato *uti,* quod unde pendeat non habet, et ad *possent* referre durius est.

18 Sic Schütz et I. V. Clericus ex ingenio; vulgo *est;* Lambinus utrumque omisit.

19 Graevius *nisi hoc peius.* Mox *haec,* quae scil. patimur amissa re publ.

20 Zel. uterque, Rec. edd. pr. et Lambinus *oppidorum.*

21 Ad ep. CDXXXVIII, not. 6.

22 Sic omnes Ambbr. Alii: *etiam ab hisce tu rebus.* Mox *ac cogitationem* edidit iam Lambinus; quem recentiores tacite sequuntur. Vulgo et libri scripti *ad cogitationem.*

23 Stetisse quamdiu res publ. stetit. In duobus Ambbr. omittitur *fuisse.* Schützius ex ingenio *floruisse.*

24 Hanc ob causam, quod vita nunc excesserit. *Manut.* Supra Zel. B *aut tu, aut illa;* infra codd. fere omnes *queri possis.* Schützius cum Martyni-Laguna *q. possit.*

25 Edd. pr. cum Lamb. *consueveris.*

26 *Tu te* insititium putavit Ernestius, et omiserunt Martyni-Laguna et Schützius. Tum *ea* omittitur a multis libris; Zel. B *soles, tu tibi.*

27 Lambinus, et novissime Mart.-Lag. et Schützius: *Hoc t. e. tempus, ac non ei rei — occurrere, tibi turpe est.* Rursus multi libri non agnoscunt *rei;* quod praetulerim.

28 Quia dubitabant veteres, an sensus rerum humanarum ad defunctos perveniret. *Ritterhus.* Immo sensum et curam rerum nostrarum inferis fuisse, plures veterum evincunt. Virgilius Aen. VI, v. 653:

> . . . . quae gratia currum
> Armorumque fuit viris, quae cura nitentes
> Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.

Ovid. Metam. IV, 444 eamdem veterum doctrinam tangit, quae agit de affectibus, qui mortuos comitantur:

> Parsque forum celebrant . . . .
> Pars alias artes, antiqua imitamina vitae.

Virgilium et Ovidium iam docuerat Homerus (Odyss. XI, v. 540, seqq.), quem pressis vestigiis imitatur Fenelonus (Telemaque XIX post med.) loquens de animis in Elysio degentibus: *Ils conservent*, inquit, *encore ici leurs peines et leurs défauts naturels.* Nec poëtarum tantum haec erat opinio, sed etiam philosophorum. Vide Plutarchum (Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λαθεβίωσας, in fine), qui animas post mortem describit mutua se consuetudine oblectantes commemorandis et explicandis rebus praeteritis ac praesentibus; Platonem (in Gorgia, circa fin.), qui docet, animam corpore disiunctam suum habitum retinere, in eaque inhaerere tam quae ex natura, quam quae ex affectibus contraxerat ante, quam corpus exuerit. Consule Vincentium Monti *(Lettera all'Abate Saverio Bettinelli)*, a quo fere hactenus disputata hausimus. In aliquibus libris sive mss., sive impressis *si qui — sensus est.* Mox *qui illius in te amor fuit,* notum loquendi genus, quod vide ad ep. CLXXXI, 1 et plura in Ind.

29 Vulgo *apisci,* quod a Victorio fluxit, ut et supra *oppidum* pro *oppidorum;* quae duo cum *confieri* pro *fieri* aliquanto antiquiora esse idem Victorius iudicavit.

30 Ed. Ro. *cognovero.*

DLVIII.

1 Lamb. *benivolentiam pari prudentia coniunctam:* Amb. 15 *benivolentiam tuam coniunctam pari prudentia:* Mart.-Lag. *benivolentiam pari prudentia coniuncta.* Infra edd. pr. *ex tuis literis.*

2 Non pendere ex fortuna. Parad. II: *Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex se se, quique in se uno sua ponit omnia. Cui autem spes omnis et ratio et cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil potest esse*

certi, nihil, quod exploratum habeat, permansurum sibi ne unum quidem diem.

3 Loquendi forma, quae alias etiam occurrit; ep. CCLII, 4 extr. Duo Amb. 6 et 15 *mihi animo non excidisset.*

4 Schützius, praeeunte Martyni-Laguna, *concussu.*

5 Amb. 15 *Etiam proximis tuis.* Schütz de sententia Martyni-Lagunae *etiam proximis literis tuis.*

6 Gladiatorum similitudine Lucceius probare studuerat, non esse penitus de re publ. desperandum: quum saepe, qui iam victus ab adversario gladiator videtur, is ita convaleat, ut victorem prosternat. *Manut.*

7 Benedictus e codd. Dresd. 1, 2, 3, et Torg. recepit *vetabunt;* quod confirmant etiam duo Ambb.

8 Quum ego nihil sperem; et, qui nulla spe tenetur, eum esse fortem quis non miretur? *Manut.* Zel. A *cum a. spectes.*

9 Fratris et eius filii iniurias (epp. CCCXCVI, 5; CDII et CDV, 1), uxoris divortium, et filiae mortem; ep. sup. 1. *Corrad.*

10 Sic quinque Ambb. et vulgo; alii vel cum uno Palat. *in omnium rerum desperatione*, vel *in omni desperatione;* male vero *in omnibus desperatione*, ut iam vidit Olivetus.

11 Ern. *postulandum;* errore puto operarum, ut et paullo supra *monimentis* pro *monitis.*

12 *Aegritudine* offendebat Ernestium ob praecedens *cogitatione.* Nam *levare* simpliciter dicitur.

13 Studia literarum. Pro Arch. c. 7: *Haec studia* (literarum) *adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent.*

14 Multi libri tum scripti tum editi *volemus*, qui et infra *iisdemque studiis.*

15 Ambb. quatuor cum Rec. *nonnumquam una.*

DLIX.

1 Fortasse melius Benedictus e codd. Dresd. *absum.*

2 Amb. 7 *tuasque omnes laudes.*

3 Hoc est, a Caesarianis. Recipiebatur autem, inquit Manutius, quia licet in urbem redire non posset (ep. DXVII), in Italia tamen ei licebat esse. Hoc etiam e postremis epistolae verbis colligitur: *ut aut quo scribam, aut quo veniam, scire possim.* Nam si extra Italiam Torquatus esset, non diceret Cicero *quo veniam.* Praeterea Torquatum in Tusculano fuisse, eiusque reditum in urbem Dolabellae, qui a Caesaris partibus erat, a Cic. commendatum, licet intelligere ex epp. DCI, 1 et DCXIII, 2. *Quos adiuvisti,* Pompeianos.

4 Ex hoc loco intelligitur, hanc epistolam scriptam esse bello Hispaniensi (epp. CCCLXXII, 1 circa fin.; CCCLVI, *A.* et CDV, 2) adhuc flagrante, nec dum eius exitu satis cognito; hoc est ante, quam de proelio apud Mundam nuntius Romam pervenisset. *Schütz.* Mox libri multi cum Lamb. *et dignitate tua.*

5 Ambb. 6 et 15 *interierit, fueritque.* Interierit scil. civitas.

6 Orator; de Or. I, 7 et III, 3. *Iam tum,* ante Marii et Sullae bellum, quo in bello ipse est interfectus. *Manut.*

7 Hoc, quod habent Ambb. omnes, Rec. et Zel. B cum Lamb., dedit Ernestius, et recepit Schützius contra vulg. *accidit.*

8 Non his proximis, quibus de omnium rerum interitu locutus est, sed illis superioribus, ab eo loco: *necesse est aut armis urgeri rem. publ. sempiternis:* quibus aliquid eum, quod speret, habere ostendit. Nam tribus propositis: si arma valeant, si omittantur, si funditus intereant omnia; ex primo liberat eum timore, ex altero spem

affert recuperandi fortunas et dignitatem, tertium si eveniat, praecipuum dolorem adimit in eo, quod accidat universis. *Manut.*

9 *Si attendas* habent Amb. 7 et Zel. B.

10 Durante bello. *Aliquo,* positis scilicet armis.

11 Amb. 13 et Rec. *ferendam esse omnem fortunam,* h. e. conditionem.

12 Nempe Torquatus iam in Italiam permissu Caesaris venerat; vide ad ep. DXVII.

DLX.

1 Cicero nimirum post ep. DLVI in suburbano Sicae eum convenerat. *Schütz.*

2 Legendum videtur *quum plus.* Schütz.

3 Caesar, lege sumtuaria, vel alia singulari, definiverat sumtum in sepulchrorum monimenta erogandum; quem qui excessisset, tantumdem, quantum sumtus factus summam lege definitam superabat, populo dare iubebatur. *Schoenb.*

4 Edd. Iens. et Herv. *quod me magnopere.*

5 Poterat Cicero sepulchrum magnificentissimum filiae suae honori excitare, neque legis poena magnopere detineri, quum excessum pecuniae lege definitae in populum erogare potuisset. Attamen hoc monumentum similitudinem et nomen sepulchri praeseferebat (ep. seq. 1). Atqui non sepulchrum, quod apotheosi non decebat, sed fanum dici et haberi volebat.

6 Horti Transtiberini, ubi fanum extruere Cicero volebat (ep. DXXXV, 1), quia avidissime expetebantur ab opulentissimis hominibus, atque ex frequentibus dominorum mutationibus fani sanctitas multum periculi aditura fuisset; ideo de iis mutandis, etiamsi celeberrimo in loco

essent (loc. app.), nunc cogitat Cicero. Hoc patet ex ep. seq. Aliter tamen Manutius. Coniiciebat Schützius *nisi tuto a mutatione loco.*

DLXI.

1 Deleri ex animo, vulgo *cavar di testa;* non, ut Ernestius explanabat, eripi, scilicet, e manibus. Sic legunt codd. Amb. aliique, et edd. vett.; neque sensus, opinor, est obscurus. Quia tamen aliqui libri legebant *suaderi*, ideo Bosius *suada erui*, Iunius *dissuaderi* correxerunt. Neutrum necesse.

2 Scilicet in insula Arpinate; ep. DXXVIII, 2.

3 Libri omnes *Nam*; quod ne ineptum dicamus faciunt loci ep. LXXXVIII, 1 et Rei publ. II, 15, in quibus ante *ne — quidem* positivum membrum ponit Cicero.

4 Scil. ut fanum fiat, ubi fiat, quale fiat. *Manut.*

5 Inspice legem sumtuariam; ep. sup. not. 3.

6 Vict. Man. Lamb. *dixi;* cf. ep. DXLVII, 2.

7 Ep. DXXXIII, 1.

8 Suburbanam venies; vide ep. seq. 3 extr. Hoc ultimum membrum Lambinus epistolae seq. adiecit.

DLXII.

1 Edd. pr. cum Vict. Lamb. *a tabellario.*

2 Haec verba *Hae literae — tertiodecimo die* Manutius ex alia epistola huc translata esse censebat. Incredibile enim videbatur, quum Cicero esset in Antiati, Atticus autem Romae, vel in suburbano, eum, qui Attici literas tulisset, tredecim dies tantulo in itinere consumsisse. Schütz ea transposuit post verba *ad me quoque misit.* Poterat tamen, qui literas ferebat, morbo vel alio impedimento detineri.

3 Misisti, quas ad te scripserat. *Corrad.*

4 I. e. conficias negotium de hortis, vel transigas de hortis, ut ep. DCX; at ep. CXXXVIII a med. *mandata conficias.*

5 Subaudi hortis; ep. seq. 4.

6 Vrbis. *Vbi sis*, explanari potest: *ubi sim*, quasi ad Atticum referat, quod de se ipso dicit.

7 Ne totum diem ponam ab urbe proficiscens in villam, explanat Manutius; laudatque illud ep. CDXXVII, 2: *Itinera enim ita facit, ut multos dies in oppidum ponat.*

8 Quia iam Ciceroni Atticus mandaverat, ne hortos Drusi, utpote nimis caros, emeret; ep. seq. 4 et DXLIX. Sic Mougaltius explanat.

9 Sic optime correxit Graevius vulgatum *si ergo aliud erit, non mea erit culpa, nisi emero.* Nam prima pars membri est resumtio superioris *Si nihil erit.* Itaque interiecta verba parenthesi inclusi perspicuitatis gratia. Si nihil aliud fano ponendo invenire possumus, explanat idem Graevius, quam hortos Drusianos, si eos cessatione mea patiamur nobis elabi, ut alius eos emat, mea erit culpa.

10 Supple, cupiditate emendi. Ep. DXLIX: *Tu concede mihi, — ut eo animo sim, quo is debeat esse, qui emere cupiat*, etc. quem locum laudat Manutius.

11 Terentiam iam dimiserat: quippiam fortasse nunc significat de dote reddenda. *Manut.*

12 Pompeii Magni liberos. Sextus Pompeius, audita fratris re infeliciter apud Mundam gesta, et Caesaris adventu, Corduba, quam cum praesidio tenebat, profugit. Cn. autem, ut in speluncam se occultare coepit, a Caesarianis militibus deprehensus interficitur, eiusque caput Hispalim prid. Id. affertur, et populo datur in conspectum. Hirt. B. Hisp. 39.

13 Lambinus ex Aldo *dubia re.* Paullo supra *Caninii*, Rebili, Caesaris legati.

14 Alias Lambinus corrigebat *scribas — velim*, vel *scribes.*

15 Edd. Ro. et Ald. *multum proficies;* utrumque et *levaris* et *proficies* abest a libris scriptis.

16 Alterum ex heredibus Scapulae; ep. seq. 4.

DLXIII.

1 Libertus vel servus.

2 A cogitatione malorum, et dolore. Sic § 3 *aberrationem a dolore*, et ep. DXVIII *aberrationem a molestiis.* Vidit Ernestius.

3 Fratris sui et Attici sororis filio, qui in Hispania apud Caesarem patruo detrahebat. *Schütz.* Cf. epp. DXXXIX et DCXXIII, 1. *Cognatus*, quasi una natus, ex eadem stirpe natus.

4 Manifestum est subintelligi *scripsit.* Manut.

5 Dudum cavendus visus est propter malitiam. *Ernest.*

6 Supple, *scribere.*

7 Lamb. *provideri.*

8 Multa certe maledicta passim legimus in Ciceronem iacta ob eius in filiam amorem. Donatus primum illud Virgilii Aen. VI, 623:

Hic thalamum invasit natae,

dictum fuisse affirmat de Tullio, quod nefas esse credi ait Servius (ad loc. app.). Deinde auctor *declamationis* in Ciceronem (inter Sallustii opera) ait, Tulliam matris pellicem fuisse, patrique iucundiorem atque obsequentiorem, quam parenti par esset; Calenus denique (apud Dionem lib. XLVI, c. 18) Ciceronem, ne a propinquissimis quidem abstinuisse, uxorem prostituisse,

cum filia incestum commisisse. Sed quae fides sit habenda utrique, quisque novit. Ceterum *gravius quosdam loqui* de Cicerone ad Ciceronis animi imbecillitatem notandam dicta potius sunt, quam ad eius incontinentiam exprobrandam.

9 Lambinus e coniectura *maxime, quae liberalissima*, etiamsi nosset et Columellam eodem modo, quo Cicero, locutum lib. IX, c. 3: *Apis si saevior, maxime pessima est:* et alios. Eum sequitur Schützius. At *maxime* est hic pro *sane, certe;* vide Gesnerum.

10 Quasi ex voto et promisso; ep. DXXXIII, 1. *Corrad.*

11 Intellige, inter ipsos heredes.

12 Qui Publicii cuiusdam fuerat, nunc Trebonii et Cusinii (codd. *Cassinii*); vel qui erat ad viam Publiciam Romae in Clivo Publicio, de quo Varro L. L. IV, 32; Ovidius Fast. V, 294, et Festus in hoc vocab.; quod alterum minus verum puto. Nam Cicero non volebat in urbe fanum filiae exstruere, ut iam monuit V. C. Lemaire. Alii, ut Lamb., legunt *publicatus*, hoc est publice venalis propositus. Vtrumque puto ex coniectura. Editt. enim et mss. passim *publicanus.*

13 Scis in eo aedificati nihil esse, quo maiore impensa fanum esset extruendum. *Manut.*

14 Horti.

15 Hoc est, nisi fanum; quod aedificare cogito, etiamsi hortos illos Drusi non habuero.

16 Cyrus IV, V. Diogenes Laërtius (in Antisthene lib. VI, c. 16) Antisthenem refert duos libros Cyri nomine inscripsisse, quorum unus quarto tomo operum Antisthenis continebatur, alter quinto. Itaque utrumque tomum Cicero Graecis literis more Graecorum notavit, apud quos numerus quaternarius τῷ δ designatur, et quinarius τῷ ε. Scribit ergo, Cyrum quarti et quinti tomi ita sibi placuisse, ut cetera Antisthenis. *Bossui.*

DLXIV.

1 Lambinus ante Schützium ex coniectura *nimirum.*
2 Scilicet, tabellarium.
3 Vt certos tabellarios instituam. *Manut.*
4 Ibant, redibant statis horis. Mox *erat aliquid,* quod scriberemus; puta, de Silio etc., ut explanat Manutius.
5 Ab urbe. Sic ep. CDXLII. Es enim in suburbano; ep. DLXXVII, 5 et DLXIII, 1. *Corrad.*

DLXV.

1 Continuatio potius, quam initium epistolae videri potest aliquibus hic modus dicendi. Attamen sic erat exordiendum, quod Cicero Sulpicii ep. DLVII respondet. Simile est initium ep. DCLIII aliarumque.
2 Libri aliquot *praesentia.*
3 Sic edd. pr. cum Lambino et Schützio. Vulgo *literis lectis.*
4 Filius.
5 In aliquibus mss. legitur *licet*, et in ed. Iens. *iucundiora si saepe.* Has diversas voces delebat Graevius libente Ernestio, ut commenta librariorum. Quid discriminis intersit inter voces *iucundiora* et *gratiora* docet Cic. de Fin. II, 4 extr. Est enim id omne iucundum, quod *sensum aliquem movet* et iuvat. Est ergo *iucundum* quasi *iuvicundum* a *iuvo.* Catil. IV, 1: *Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra erga me voluntas.* Dixit *iucunda in malis,* ut quae sensum mali auferre possit. *Gratum* dicitur quod est acceptum, et pro quo nos aliquid debere sentimus. Sic medicina aegro grata est, non iucunda: sensum enim non iuvat.

Ep. CDLXXXVI: *Tale enim tuum iudicium — non potest mihi non summe esse iucundum. Quod quum ita sit, esse gratum necesse est.* Ex eo colligere licet, omne iucundum esse etiam gratum, sed non contra. Confer epp. LXXXII extr., DLXIX init. et DCCLXXXVIII.

6 Q. Fabius Max. Verrucosus, Ovicula, Cunctator (Off. I, 24, ibique Car. Beierum, et ep. XLV, 1), V Cons. et Dictator, qui filio mortuo laudationem in foro dixit, et postea scriptam edidit. Adeo forti animo filii mortem tulit. *Corrad.*

7 L. Aemilius Paullus Macedonicus, ob Macedoniam A. V. C. DLXXXV in deditionem populi Ro. acceptam, de qua anno posteriori etiam triumphavit. *Duo* pro *duos*, quod habent nonnulli codd. cum edd. prior. et Lamb., vide ad ep. LII, 2, not. 10. *Septem diebus;* alterum quidem XIV annos natum diebus quinque ante triumphum; alterum XII annorum, triduo post amisit. Plut. in L. P. Aemilio, p. 274, aliique.

8 Ex vestra gente Sulpicia. C. Sulpicius Gallus, qui cum M. Claudio Marcello cos. fuit. *Corrad.* Ligures consul devicit A. V. C. DLXXXVII. *M. Cato,* nimirum Censorius, sive maior, consul A. V. C. DLVIII, Catonis Vticensis proavus.

9 Vulgo ex Victorii coniectura *ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea.* Libri *ut eorum* (vel *eos*) *tum ipsorum dignitas consolaretur ea.* Nos *tum* inseruimus ante *ea* secuti correctionem Andreae de Franciscis.

10 Lamb. *licebat.*

11 Ambb. omnes et alii multi *consenuisse;* quod multi receperunt. Non aeque bene. Nam *consanuisse* manet in translatione *vulnerum;* quod facit etiam verbum *recrudescunt*, ut iam Victorius vidit. Fateor tamen, unos Columellam et Celsum hoc vocabulo usos inveniri apud

Gesnerum et Forcellinum. In altero post sequens membrum edidit tacite Schützius *quem e re publ. capio.* Exemplum sequerer si libri sinerent, et nisi quidam timor errandi me abduceret.

12 Ex Achaia; ad ep. CDLXI.

13 C. Iulii Caesaris. *Corrad.*

14 Ob ea, quae ad epp. CCCLXV et CDLXI diximus.

15 Multi libri scripti et edd. pr. *consensu.*

DLXVI.

1 *Iucundum* habet Amb. 15. Omnes autem legunt *me nuntium vobis.*

2 Reperta est postea haec lectio in antiquis libris, et recepta a Grutero aliisque. *Graev.* Addendum et a Lambino. Libri tamen fere omnes *in bonis;* quod multi receperunt, et I. F. Gronovius defendit, inquiens, hanc esse simplicem praefationem ad Tullium praeparandum, qui interitum optimi viri (Marcelli) et amici robuste exciperet: scilicet quia casus et natura in bonis dominatur, atque adeo videamus bonos perire, hos naturali morte, alios latrocinio; necesse est minus tibi et reliquis eius Romae amicis videri iniucundum nuntium de nece Marcelli; nec conturbari in eo, quod virorum praestantissimo accidit. Sed haec omnia a Gronovio disputata de *viris bonis* aeque valent, immo rectius ad consolandum Tullium, si disputentur de omnibus hominibus hoc modo: Quoniam casui et naturae nos, ut homines, obnoxii sumus; hinc quod sum narraturus, nihil te contristet. Saepe enim hoc accidere hominibus videmus. Sententia autem: *casus et natura in bonis dominatur* non est recta, quia impetum casus et naturae non boni tantum, sed et mali

experiuntur. Lamb. *in nobis dominantur*, contra Tullii consuetudinem.

3 Hanc loquendi formam, quae insolens videri potest, defendit ad hunc locum Cortius. Nos unice locum Ciceronis huc revocamus ep. DXVIII: *Itaque facio me alias res agere*. Lambinus *ut vos certiores facerem*, ut Cic. in epp. LXXVIII, 1; CCLXII, not. 7; CCXXII, 1 alisque locutus est.

4 Abest praepositio a Zel. B, quae tamen infra etiam *Athenis* praemittitur.

5 In consulatu A. V. C. DCCII.

6 Supra Maleam; Italis *all'altura di Malvasia*. Promontorium nominatissimum in angulo Peloponnesi, quo Australe latus cum orientali coniungitur e regione insulae Citherae. Videtur, inquit Graevius, locutio trita Graecis Latinisque, qua significabant cursum ex Asia et Graecia in Italiam *per Maleam*. Graecis verbis dedit primus Lambinus ex ep. 26 libri X Plinii, puto, qui scribit ὑπὲρ Μαλέαν, et postea Martyni-Laguna: quae graeca locutio melius responderet latinae *super Maleam*, attenta ipsius latinae linguae natura, quemadmodum Lambinus vidit. Ceterum in omnibus libris antiquis est *supra Maias*; procul dubio vitiose. Mox *Italiam versus* habent duo Ambb. et edd. Iens. et Med. cum Lamb.; vulgo *in Italiam versus*: quam locutionem frustra defendit Manutius, et nuper cl. Lemaire ad hunc locum. Exempla enim, quae afferunt, praepositionem *ad* non *in* respiciunt, et non Ciceronis, sed Caelii sunt, ut ep. CCCXXXV *ad Alpes versus*.

7 Verba *eius diei* exsulant a tribus Ambb. Sext. *post diem tertium*, nimirum ex interpretatione.

8 Sic omnes libri, quos vidi; vulgo *circiter hora decima*, ex Victorio. Tum Schützius *Sp. Postumius;* melius, puto, quam vulgo.

9 Inepte inculcatae a librario sunt voces *collegam n.*; vide not. 5.

10 Sic cod. 15 cum Lamb., Schützio et de Franciscis. Vulgo *Cilone*.

11 Pronomen *se* bene addidit Schützius e codd. Dresdd. Iis consentiunt duo Ambb.

12 Vide ad ep. DCII, 5.

13 Edd. pr. *ut*.

14 Manliorum cognomen; de Orat. II, 64.

15 Lamb. et Schütz *taeterrimo*, ex ingenio.

16 Significat Caesarem.

17 Sic recentiores non sine libb. veteribus. Vulgo *ei mortem a.* Lambinus vero *qui ei mortem offerret.*

18 Ne quaestioni traderentur. Cautum enim fuit, ut domino occiso de servis, qui sub eodem tecto, in eademve regione fuissent, quaestio haberetur, suppliciumque de reis sumeretur prius, quam aperiri tabulae adirive hereditas scripto ab herede posset. Vid. Tacitum Ann. XIII, 32.

19 Amb. quartusdec. *deferre*.

20 Nam lex XII tabularum de Solonis legibus translata ita habet: IN VRBE NE SEPELITO, NEVE VRITO. *Corrad.* Legem vide de Legg. II, 23.

21 Propter Platonem, qui in Academia docuerat.

22 Loquendi modum vide ad epp. CCLXXXII, 1; CCXCVIII, 1 et CCCII, 5. Mox *pro collegio*, scil. consulatus, ut Corradus adnotavit.

DLXVII.

1 Significat librum a Caesare scriptum, cui titulus *Anti-Cato*, ut Ciceronis *Catoni* opponeretur. Vterque liber iniuria temporum intercidit. Vid. epp. DLXX, 3.

2 Hirtii liber ad ipsum Ciceronem scriptus, ei inscriptus erat. Itaque Cic. infra ep. DLXX, 3 *epistolam* vocat. Lemaire.

3 *Consilii plenum.* Librum significat, quem ad Caesarem scribere cogitabat de re publ. ordinanda. Planius vide in ep. DLXXXVIII, 2.

4 *Aristotelis et Theopompi* libros; Aristotelis quidem περὶ βασιλείας (Ammonius in Vita Aristotelis), Theopompi autem συμβούλας, idest consilia (Athen. VI, 4), et epistolam ad Alexandrum (Athen. XIII, 7).

5 Lamb. *quî pote' st:* h. e. quomodo istud potest fieri, scil. ne doleam?

6 Dum apud te fui doloris levandi causa, omnes admisi, qui me convenire vellent, et eos comiter tractavi. Idem mox dicit aliis verbis post *in hortis fui.* Ernest.

7 Scribebat libb. *de Finibus*, et *Academ.* Recole ep. DLXIII, 3.

8 Hac appellatione non olerum tantum, herbarum, arborumve loca appellata fuisse, sed villas ipsas, seu rusticas domos, suadent, praeter hunc locum Plinii XIX, 4: *In XII rom. legum tabulis nusquam nominatur villa, semper in ea significatione hortus*, Asconius p. 203, qui de Pompeio extra urbem propter proconsulatum habitante ait, eum *habitasse in hortis;* et Iulius Capitolinus, qui M. Antoninum Philosophum *Romae in Monte Caelio, in hortis* natum narrat, in M. Antonini Phil. init.

9 Idest tempus, quo senatoribus discedere licebat, et rus petere; quod incidebat in tempus aestivum versus Kal. Quintiles. *Schütz.*

10 Quibus, scilicet, hac anni tempestate, et his vacationibus uti soleo, utpote frigidiusculis.

11 Fortasse *Baianas.* Videtur Lucullum significare. *Schütz.* Is enim ad Baias domum cum celeberrimis piscinis habebat.

12 Ep. DLXIII, 4 et DLXII, 3.

13 Partim. *Manut.*

14 Scilicet, auctionis; pro simpliciter *ad auctionem.*

15 Qui, utpote dives, emere volebat; vid. loc. app.

16 Verendum, ne is hortos mihi eripiat, quum eos valde appetat; non est in eo positum, ut auctione vincere me possit; novi enim eius facultates. *Bosius.*

17 Quam vide ad ep. DXLVII, 3.

18 Futurus sim. *Corrad.*

DLXVIII.

1 Quatuor Ambb. et Zel. B *paullo etiam.* Totum hoc membrum *Si vales — soleo* abest a libris quibusdam.

2 In tua praedia post Tulliae mortem, nec amplius veneris Romam. Libri fere omnes *quam a me discesseras;* quam lectionem interpp. passim meminerunt ac tuentur, nec tamen vulgatam immutarunt. Victorius e msto Vaticano substituit *discesserat*, subaudito *Caesar,* adstipulantibus Lambino et Gebhardo. Sed id nimis abruptum esse iam vidit Ernestius.

3 Genus loquendi Graecis usitatum; apud quos relativum, quod appellant, congruit cum eo, quod antecedens nominant. *Lambin.*

4 Libri scripti aliquot cum edd. Iens. et Lamb. *requiem quaerit.* Victorius *requietem*, ut nobiliorem dictionem ex Med., et Graevius *quaerat* ex suo primo firmavit ob sequens *promat.*

5 Ambb. omnes, Rec. et edd. pr. cum Lamb. *te ipsum.*

6 Antequam rus proficiscereris. Iac. Gronovius legere volebat ex mstis *sicut hinc discesseras*, nempe lacrymis et moestitiae traditus. Graevius ex suo msto *sicut indi-*

cas; Ambb. duo *sicut hic dixeras.* Tum Lamb. *et lacrimis et tristitiae:* et cod. Rec. infra *angeris.*

7 Lamb. *nec possum;* quo modo et Lallemandus malebat; at Ernestius *sed non p.*

8 Rec. *aleviare.*

9 Lusus elegans in voce *consuetudo*, quae quum refertur ad τὸ *nostram communem* significat familiarem usum, conversationem; quum ad τὸ *tuam solius ac propriam*, significat morem ac rationem vivendi. *I. F. Gronov.*

10 Male duo Ambb. et Rec. addunt *possum:* sensus est: si non delectaris.

11 Sic edidit Martyni-Laguna. Vulgo *quum duae res istae — me conturbent.* Schütz. Et quidem *conturbant* pro *conturbent* est in duobus Ambb.; et, quod vulgo editur, non habet aptum sensum.

12 Passive, pro *non offendaris,* ut multis probat hoc loco Manutius ex ep. XXIX, 4: *Sed si quis est, in quo iam offenderis;* in Verr. Act. II, lib. 1, c. 25: *Veritus, ne quid in ipso se offenderit* (nunc *offenderetur*), et ex Caes. B. Civ. II, 32: *Si Caesarem probatis, in me offenditis.*

DLXIX.

1 Quasi nihil animum eius, aut sensum post obitum filiae iuvaret; ep. DLXV not. 5.

2 Ex morte filiae accepti. *Corrad.*

3 Ep. CDXXXVIII, not. 6.

4 Amb. decimus sec. cum Martyni-Laguna *Tecum vivere posse equidem maxime vellem.*

5 Mstorum varia est lectio, itemque edd. priorum: alii *quod vinclum quasi deest nostrae coniunctionis?* ut olim vulgo; alii *quod vinculum, quae res est n. c?* alii *q.*

vinculum, quae res id est n. c? Ed. Iens. *q. v., quae res deest nostrae coniunctioni?* Itaque variae etiam virorum doctorum emendationes; Manutius, Lamb. et nuper Mart.-Lag. Iensonianam lectionem probarunt, nisi quod Lambinus omisit *quae res;* Benedictus *q. v. quaeres, si id est n. c.;* Schütz *q. vinclum, si quaeris, deest nostrae coniunctioni?* Vulgatum hodie est e Graevii libro.

6 Schützius ex ingenio *possumus igitur — nec mehercule.* At Lamb. *Possumusne i. e. una? Possumus. Nec m.*

7 Praedia Ciceronis, quibus praedia Lucceii vicina fuisse videntur. *Lemaire.*

8 Amb. decimus sec. et Rec. *illae ipsae.*

9 Productio. Tusc. I, 35: *Is propagatione vitae quot — hausit calamitates!*

10 Melius edd. pr. *Quid est enim*, ut in ep. DCXVIII, 3 aliisque.

DLXX.

1 Secundo post Idus Iunias die, h. e. XVII Kal. Quintiles.

2 *Querula res calamitas;* scis, quam facile querantur, qui in calamitate sunt. Tacite hortatur Atticum, ut de fano Tulliae extruendo diligentiam adhibeat maiorem; quod paullo post dicit apertius: *Nisi fanum fieri videro, incursabit in te dolor meus.* Schoenb.

3 Subaudi *hortos*, de quibus in ep. DLXIII, 4 aliisque. Mox *nolet,* sc. vendere; *aget iniuste*, nimis magno vendere volens.

4 Nimirum, areae Cusinii et Trebonii; ep. DLXIII, 4. Illius areae, quam communiter possident Cusinius et Trebonius, puto Terentium etiam esse dominum; Rebilum fuisse certo scio. *Tertium e. d.* habet codex Tornaes., quod Schützius maluit.

5 Ep. DLXII, 3. *Tusculanum placet*, ubi scil. aedificemus fanum.

6 Quam in ep. DLXVII, 1 *librum* appellat.

DLXXI.

1 Virgilius unus erat ex coheredibus Scapulanis (ep. DLXIII, 4), qui fortasse Attico dixerat, se suam partem Scapulanorum hortorum Ciceroni concessurum: ut ei locus esset, si fortasse coheredes non in auctione hortos vendere, sed inter se liceri cogitarent; vid. ep. DLXVII, 4 et seq. 2. *Manut.*

2 Scapulanos hortos primum cupio; secundum eos Clodiae. Idem scribit epp. sup. 2, seq. 2; DLXXIV, 2 et DLXXXII, 2. *Idem.*

3 Scilicet, *rationes*, vel *conturbem*, hoc est, decoquam; ne vel impenso et insano pretio emam Drusianos (ep. DLXIII, 4) adeo, ut mihi decoquendum sit. *I. F. Gronov.*

4 Cogam Drusum ad vendendum hortos quovis pretio; ut explanat Ernestius.

5 Redeo ad consilium aedificandi fani in Tusculano meo; ep. DLXII, 3 et sup. 2. *Ernest.*

6 Supple fanum.

7 Conor equidem in Tusculanum proficisci, sed etiam atque etiam animus refugit. Abhorrebat autem a Tusculano propter ea, quae ad ep. DLXXVI dicemus.

8 Quas meo nomine scribas et mittas ad alios. *Ernest.* Sic enim me a scribendo levabis, qui die ac noctibus scribo.

9 Supple *capio.*

10 Venero, et epistolam mecum feram.

DLXXII.

1 Te, scilicet, esse occupatissimum; ep. DLXIII, 1. *Nullum a te desideravi diem literarum*, h. e. numquam desideravi, numquam exspectavi tuas literas. *Manut.*

2 Sic edd. Iens., Silberi (Romae 1490), Aldi 1513 et Ascensii. Vulgo deest *nisi;* quod tamen ante Schützium revocari volebat paullo aliter I. F. Gronovius: *nisi novi te* etc. Hic aliquid deesse, deficiente *nisi*, senserat etiam Lambinus, qui marte suo rescripsit *quam novi te* etc.

3 Post Othonem, post partem Othonis (de qua ep. DLXIII, 4), nihil magis desiderem, quam Clodiae hortos; vid. ep. sup. n. 2.

4 De Othonis hortis emendis. *Ernest.*

5 Ad fanum; ep. DXXXIII, 1. *Corrad.*

6 Romam, scilicet; ep. DLXX, 1 et seq.

7 Scilicet, ut e suburbano in urbem redires. *Schütz.* Et domi te includeres; ep. DLXXIV, 2.

8 Scilicet, rationes. *Domi*, nimirum Romae, ut sup. not. 6.

DLXXIII.

1 Alii *scies autem.*

2 Sensus hic est: Quod dissimulas apud eos, quibuscum agis de hortis, consilium meum (fani extruendi), et me ex consecrata Tullia levationem doloris petere, laudo. Nam tu ipse, quam hoc ita sit, quamque penitus ego imbiberim, iudicare nescis, qui nec sentias, nec senseris parem dolorem. *Gronov.* Nimirum Atticus, quum de hortis emendis agebat, occultabat Ciceronis cupiditatem, ut salubrius emere posset. Ernestius delevit *recte* vulgo ante *mihi* inculcatum; idque iam in edit. Rom. omissum.

Schütz. At Lambinus duobus primis membris superiori epistolae appictis sic exorditur: *Quod scribis reri te, illam rem fore mihi levamento, quum bene facis, tum, mihi crede, id esse proinde* etc.

3 Correxit Schützius *quamquam id est — possis.* Et Manutius explanat: Quamquam id esset maiori levamento, quam tu existimare posses.

4 Fani aedificationem.

5 Me posse eum vincere in hortorum licitatione; epp. DLXVII, 4 et sup. 2. *Manut.*

6 Nimirum, hortos.

7 Ep. DXXXIII, 1. *Corrad.* Et ep. DLXX, 3.

8 Epp. DLXIII, 4 et DLXX, 2.

9 Epp. DLXXI, 1 et DLXX, 3.

DLXXIV.

1 Ne vulnus refricaret.

2 Epp. DLXX, 3 et DLXVII, 1.

3 Caesarianorum; Caesaris et Hirtii potissimum, ut docet Corradus. Mox *illius,* nimirum Catonis.

4 De hortis Scapulanis; ep. DLXXVII.

5 Quum Pontianum defendi, eius amicum, vel affinem. *Ernest.*

6 Ex quatuor Scapulanis coheredibus; epp. DLXVII, 4 et DLXIII, 4.

7 *Ad patrem familias pertinentia.* Non satis officio patrisfamilias boni et diligentis Siliani aut Drusiani horti convenire videntur. Quia ita fortasse pusilli erant, ut bono oeconomo deesset, in quo posset occupari, ut explanant Bosius et Ernestius, et ut innuunt illa, quae sequuntur: *Quid enim sedere* etc.

8 Supple *illa Othonis*, et hoc pro *hortos*, quos Otho coheres sibi liceri vult; epp. DLXVII, 4 et DLXIII, 4.

9 Aliquod malitiae genus est excogitandum, ut suos nobis hortos Drusus vendat aequiore pretio *Manut.*

10 Ep. DLXXII, 3.

11 Ep. DLXXI, not. 7, ep. seq. 3 et DLXXVI.

12 Hervagius *ad summum.*

13 Receperunt Graevius, Ernestius et I. V. Clericus, pro corrupto olim *nec artim.* Schützius tamen *negat Carteiae.* Vide Hirt. Bell. Hisp. 32.

14 Idest imitator Fulvii (nescio cuius) in mentiendo. Multi mss. habent *Fulviniaster.* Gronovius coniiciebat legendum *ψευδομάρτυρ. Schütz.*

15 Edd. Iens. Aldi et Herv. *habes*, *mitte*, ex glossa.

16 Ep. DLXII, 6.

DLXXV.

1 Sunt duo libri Academicorum. Confer ad Att. ep. DCV, 1 *Schütz.*

2 Ep. DLXIII, 1 et 3.

3 Torpedo, qua scripserat se laborare Atticus.

4 Sic melius edd. pr. cum Aldo et Schützio. Vulgo *ceteroqui.*

5 Vulnus, scilicet, ex morte Tulliae. Sed quare in Tusculano potius, quam Romae? Id vide ep. seq. Graevius corrigebat *nunc haec* — *angent;* quod Schützius adoptavit.

6 Eum, qui in eodem templo colitur. Atticus domum habebat in Colle Quirinali. In eodem et Quirini templum erat, et Salutis aedes, ep. LXXXVII, 1. In Quirini templo statua Caesaris posita erat. Inde eum Cicero Attici

vicinum appellat. Quum autem dicit: *Eum* σύνναον *Quirino malo, quam Saluti*, significat, se ei Romuli potius interitum, quam salutem precari. *Schütz.*

7 Librum ab Hirtio scriptum contra Catonem. *Manut.* Epp. DLXVII, 1, DLXX, 3 et sup. 1.

8 Hirtii.

DLXXVI.

1 Ad ep. DLXXIV, 3.

2 Ex emend. Manutii. Libri scripti et impressi *tantummodo ocius.* Pius in ed. Ascensiana *tantummodo socius.* Graevius malebat *tantum modestius.* Subintelligo, inquit Lambinus, vel *manebit*, vel *urgebit*, vel aliquid tale.

3 An quod ibi aliquid esset, quod illi memoriam sui doloris renovaret? Nisi coniectura fallor, aliquid erat quod ad Tulliolae obitum pertinebat. Suspicarer, eam ibi diem suum obiisse, nisi scirem, Plutarchum et Asconium etiam tradere, eam apud secundum virum mortuam esse ex partu. Verum hi optimi auctores fortasse intelligere voluerunt, quod verum est, eam, quo tempore obiit, in coniugio Dolabellae fuisse: — ut non repugnet, quin credi possit, eam in Tusculano Patris degentem, morte correptam fuisse; praesertim quum peregre (in Hispania) vir esset. *Victor.* Immo Tulliam Romae peperisse (quo ex partu etiam decessit), aperte declarat Cicero ep. DXXI, 5. Aliud ergo, quam Tulliae mors, in Tusculano vulnus Ciceronis refricabat. Fortasse ibi dies suos magnam partem degere solebat cum patre Tulliola. Mox *quam quibus*, supple *admonitionibus.* Quae erant istae admonitiones, quibus assidue Cicero conficiebatur? Virtutes Tulliolae, inquit Manutius.

4 Supple, proderunt?

5 Hoc est, dolori impenetrabilis, si literas non callerem. Literarum enim studium, inquit Ovid. ex Pont. II, 9, 48:

Emollit mores, nec sinit esse feros.

6 Vett. libri *exto:* unde alii, ut Bosius, ξεστῷ; alii, ut Vict. Man. Lambinus, *isto;* quod recte ex edd. pr. revocavit Ernestius. *Isto* enim est animus Ciceronis, qui literas callet; quod idem valet hoc loco ac *exculto.*

DLXXVII.

1 Subaudi, ad me venies. *Manut.*

2 Commeare, interea scribi. *Ernest.*

3 Ep. DLXXIV, 2.

4 Ad hortos Clodiae emendos; epp. DLXXIII, 2 et DLXXII, 2.

5 Hoc est, incerta exactione pecuniae nobis a Faberio debitae; epp. DXLIII et DXLVII, 3. Victorius primum *incerta:* in postrema ed. *re incerta;* Lambinus *incerto*, quod Schütz praetulit, sc. incerto nomine.

6 Cum Othone; epp. DLXIII, 4, DLXVII, 4 et DLXXIII.

7 Eum mentitum esse de Cn. Pompeio; ep. DLXXIV, 4. *Ernest.*

8 Iocatur, quasi Caesar in vicinia Attici domum emisset; innuit autem statuam eius, de qua ad ep. DLXXV, 4. *Schütz.*

DLXXVIII.

1 Scilicet, rationes; ep. DLXXII extr.

2 Indicat hic locus, Ciceronem et Atticum congressos esse paullo ante hanc epistolam; ut et illi duarum sequentium epistolarum. Facillime autem id poterant, propter

locorum vicinitatem. *Prodesses*, levando familiari sermone dolorem.

3 Intelligunt cum tota familia. *Ernest.*

DLXXIX.

1 *Puto* superfluum est, quia sequitur *ut videbantur.* Itaque sunt qui malunt *pueri quidam urbani.* Delevit Schütz et rescripsit simpliciter *urbani*, quo significare videtur, eos, quum istas literas afferent, sibi visos facetos ac derisores esse.

2 Idest, *Caii filio*, *Caii nepote.* Formula usitata, quum quis in actis publicis ostendere volebat, se esse neque libertum neque libertinum, sed liberum hominem. Vide ep. DCLXXXVIII.

3 Hic si fuisset Caii Marii iunioris filius, avum maternum habuisset L. Crassum oratorem clarissimum, cuius filia iuniori C. Mario nupsit (Brut. 58): si nepos C. Marii septies consulis, cognatione attigisset Ciceronem, cuius avus in matrimonio habuerat amitam Marii, ut est lib. III de Legg. 16; et propinquus fuisset Caesaris ex eo, quod idem Marius uxorem habuerat Iuliam Caesaris amitam. Sed fuit Pseudo-Marius, et vero nomine Herophilus quidam medicus equarius; quem agnitum Caesar extra Italiam relegaverat: deinde post mortem Caesaris carceri impactus et necatus est, quod de trucidando senatu cogitasset; ep. DCLXXXVIII, Phil. I, 2; Valer. Max. IX, 15, 2. *Popma.* Vide etiam ep. DCLXXXV, et App. Alex. Bell. Civ. III, 2.

4 Intelligit poëma olim scriptum de C. Mario, quod inscripserat *Marius.* Schütz. De eo Legg. I, 1 et Divin. 1, 47.

5 Contra eos, qui negabant C. Marii nepotem esse. *Manut.*

6 Quum deliberet de consulatu petendo Curtius indignus

homo (epp. CCCXLIII, 3 et DCLXXXIX), qui re publ. bene constituta pro certo habuisset, sibi ad petitionem nullum aditum patêre.

7 Romae aegrotante.

8 Ep. DLXXI, 3. Aliquot libri *ad Ciceronem;* nimirum filium, Athenis degentem.

DLXXX.

1 Peducaei; ep. seq., 1 et DLXXXIV, 3.

2 An de Terentia dimissa est sermo?

DLXXXI.

1 Grammaticus. *Valerium,* iureconsultum.

2 Sc. mecum. Nam cum illis non communicabo.

3 Post Peducaeum, hoc est, post Peducaei auctionem.

4 Vno ex coheredibus Scapulanis; ep. DLXXI, 1; de quibus in ep. DLXIII, 4.

5 Hortorum Scapulanorum futura sit. Cf. epp. DLXXIX, 3; DLXVII, 4; DLXIII, 4 et DLXII, 3.

6 Lambinus aliique vett. non agnoscunt *hoc.*

7 Balbus et Oppius, Caesaris familiares. *Corrad.*

8 Edd. Ro. Aldi, Lamb. et Herv. *An vero simulent.*

9 Si isti epistolam sibi placere simulant; quae simulatio ex verbis et vultu cognosci facile potest. Mox μηλώσῃ eruit Victorius ex meliore codice, idque probarunt VV. DD. cum Ernestio, qui tamen in textu retinuit μυῖα ὅσῃ. Sed si verum esset μυῖα, malim, inquit Schützius, μυῖαν ὡς, ut Cicero respexerit ad vers. Homer. Iliad. IV. 130, Atticumque monuerit, ut hanc rem ita caute tractaret, ut mater muscam a dormiente infante abigens.

10 Ep. DXIII.

11 Debitorem esse. Lamb. *Ei debere.*

12 Solutionem ex argentarii mensa.

13 Sc. absurdum. Versiculus ex antiquo poëta, quo utitur etiam in Topicis c. 13. *Schütz.* Vtitur et ep. DCCV, ut significet absurdum esse timere minus malum, quum maius non timemus. *Mongalt. Hoc*, scilicet, me debere; *alterum*, perscriptionem.

14 Debitoribus meis. *Sciamus*, utrum mihi solvendo sint. Mongaltius ait, nomine Metonis designari Caesarem, qui, ut Meto (ep. CDXLIV, not. 12), annum correxerat. Nimis acute. *Faberianum nomen* vide in epp. DLXXVII, DXLIX aliisque.

DLXXXII.

1 Epp. DLI; DL, 2; DXLV, 2 et DXLII, 2.

2 Edd. pr. cum Aldo et Lamb. *XX.* Emendavit Bosius ex suis scidis.

3 Montanum.

4 De hortis Silii. *Manut.* Ep. DLXX, 2 aliaeque.

5 Hortos, ep. prox. cit., 2 et seqq.

6 Sic supra ep. DLXXII, 2: *Vbi ea est? aut quando ventura?* et ep. DLXXVII: *Sed quando Clodia Romae futura est.* Recte igitur Victorius his exemplis usus, et vett. libris correxit vulgatum olim *veneant.*

7 Filium eius, ad quem sunt epp. XCII et seqq. Eius uxor Metella; CDXVII, 2.

8 Tu non laboras de egestate linguae latinae. Respondit Cicero: ἀπόγραφα *sunt*, scilicet ad exemplum descripta; ea, quae scribo, non scribo cum labore, quum e graecorum libris descripta transferam in meo; ut explicat Manutius.

9 De Philosophia (ep. DLXXV, 1); cui scribendae parum apta videbatur ob egestatem lingua latina.

10 Verba affero de meo, res mutuor a Graecis. *Manut.*

DLXXXIII.

1 Lamb. et nuper I. V. Clericus *pomeridianae.*

2 Quas in Epirum scribis tuorum negotiorum causa. Fortasse autem *literae* abundat. Aptius certe ad brevitatem videretur. *Manut.* Schütz delevit.

3 Quem in Epirum mittis, ut ex Epiro deinde Athenas deferantur. Nam Athenis erant Marcianus et Montanus cum Cicerone filio. *Manut.*

DLXXXIV.

1 Quem Athenis (epp. DL, 2 et DXLII, 2) immoderatos sumtus facere percrebuerat. *Schütz.*

2 Olim *Ulli ut neque;* quod ab edd. pr. abest: itaque delevit primus Ernestius, quem ceteri secuti sunt.

3 Sic primus Bosius; ut alibi Cicero. Edd. Iens. et Victorii *temperantius.*

4 Marcianum et Montanum; ep. sup.

5 Minus recte Corradus coniiciebat *agemus.*

6 Ante Bosium *Et si efficis.*

7 Ad fanum exstruendum.

8 Epp. DLXXI, 1 et DLXXIII extr.

9 Cod. Amb. et edd. Ro. et Aldi *iam profecto.* Vulgatum significat: fanum iam pro facto habeo.

10 Oppio et Balbo; ep. DLXXXI, 3.

11 Sensus est: quanti patrem Peducaei feci, id totum in hunc contuli. *Bosius.*

12 Scil. merito suo.

13 Quid istis placeat.

14 Quod scribam.

DLXXXV.

1 Quae sit illa, certo divinari non potest. Videtur tamen ad aliquod Terentiae factum pertinere. *Schütz.* Tum *celeritas,* scil. in nuntiando.

2 Humanum sensum malorum. *Idem.*

3 *Quid enim* novi est? *verumtamen* exspectabam.

4 Idest, Pisonem argentarium, sicubi poteris de auro, convenies; confer ep. CDXLIX, 3.

5 Tibi, scilicet, tantum pecuniae adsignetur ad solvendum pro hortis mihi emendis, quantum ille mihi debet (ep. DXLIII). *Attribuere* est adscribere, adsignare, sive, ut Schütz monet, solvere per delegationem. Cic. Phil. XIV extr.: *Quaestores urbis ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere iubeant.* Verr. I, 13: *Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est.*

6 Cognosces ab Erote, quantum nobis a Faberio debeatur. *Manut.*

7 Epp. CCXIX et CCXXXVIII, 1. *Ariobarzani* habent libri fere omnes, praeter Iens. et Lamb. pro *Ariobarzanis;* quemadmodum de voce *Isocrati* factum vidimus ep. XXVI, not. 4, et de voce *Theophani* ep. CCCXLI, not. 10.

8 Praevenit, inquit, me Sextius loca et lautia praebendo iussu Senatus, ut solebat fieri legatis externorum populorum et regibus Romam venientibus. Assentior enim iis, qui pro vulgato *parochus publicus*, scribunt *parochis publicis* (παροχαῖς). *I. F. Gronov. Parochus* est a παρέχω *praebeo,* quia peregrinis salem et ligna praebebat, ut inquit Acron ad Hor. Serm. seu Sat. I, 5, 46. Nomine autem

salis lignorumque omnia hospitibus necessaria intelligenda sunt. Παροχαὶ autem erunt, ex sententia Gronovii et Bosii, lautia, quae quis publice praebenda conduxerit. Sic Ventidius Bassus (apud Gellium XV, 4), qui praebenda publice conduxerat, *Parochus* vocari potest; et foenum, lectum et tectum, ligna, ceteraque, quae ipso Cicerone teste (ep. CCVIII, 1) magistratibus in provinciam euntibus dabantur, παροχαὶ dici poterunt.

9 Ep. DLXXXI, 1.

10 Ad me venies. *Ernest.*

11 Qui Ciceronis filios docuerat; ep. CCCXXVII, 1.

12 Quos Romae habebat, non autem Ciceronibus, quorum alter in Hispania (ep. DXXXIX), alter Athenis (ep. sup. 1) erat. Lamb. *se a discipulis* etc., ut Ernestius postmodum coniiciebat.

DLXXXVI.

1 Advenire tabellarius potuit cum literis tuis. *Ernest.* Goerenz. ad Cic. Acad. II, 27 interiectum colon delet, quemadmodum et Aldus, legitque continenter *A te literas exspectabam nondum scilicet;* quod praefero.

2 De quibus ad me scribis. *Manut.* Gronovius putat hic per nomina intelligi posse praedes, quos Cicero daturus erat in auctione hortorum Scapulanorum. Intelligo autem, eos, qui Ciceroni debebant, eum ad alios quosdam debitores suos delegavisse. *Lemaire.*

3 Sic in posteriori ed. Lambinus; at in prima *Quid ipse negotium gererem, nisi consilio tuo?* Vulgatum confirmavit scidis suis Bosius.

4 Decreverat Cicero iam ante mortem Tulliae, metu belli civilis, quicquid domi habebat auri argentive facti vel

infecti cum pecunia commutare, ut intelligitur ex ep. CDXVI, 2; quod postea fecit. Nam argenti aurive, quod erat in supellectile, magnam partem cum Caelio nummulario numis aureis permutavit. Idcirco rogabat Atticum ep. CDLIII, 1, ut videret de Caelio, ne qua lacuna esset in auro. Quia vero valde egebat pecunia ad hortos emendos, negotium dederat Attico, ut si non posset ea vendere, quae proscribi iusserat, quod domi superesset auri argentive, cum Caelio pecunia permutaret. Cui mandato ita rescripserat Atticus, se non probare quod ille scripserat de auro argentove commutando cum Caelio, cuius fraudes antea expertus fuerat, suadereque, ne plura ex supellectile distraheret. Id ergo Attici consilium scribit se probare in utraque re, ne scilicet cum Caelio sibi negotii quicquam sit, nec de supellectile plura commutet, sed illis nominibus utatur ad hortos emendos. *Bosius.*

5 Schützius *aut praes a. f. e.*, sententia planiori: aut his nominibus mihi utendum est, aut in hac pecunia, quam solvere debeo pro emtione pretii, praes pro me factus esses, quod tu numquam ante fecisti. *Tabulis,* auctionariis.

6 Fient.

7 Quantum ad id attinet, quod dies meorum nominum longior est, quam ut pecuniam repraesentare possim, spero praeconem in tam longam diem, quam illa nostrorum nominum sit, solutionem destinaturum: aut, si id a praecone impetrare non possum, certe ab heredibus Scapulanis assequar. Teneamus modo, quod volumus, et hortos illos nobis elabi ne sinamus. Haec enim verba, *teneamus modo quod volumus* παρὰ παρένθεσιν sunt legenda. *Bosius.*

8 Vt in auctione Scapulanorum hortorum, quantum po-

terint, nos adiuvent. Erant enim ex coheredibus. *Manut.* Epp. CDXLIX, 3 et DLXIII, 4.

9 Ep. DXXXV, 5.

10 Humaniter, modeste.

DLXXXVII.

1 Significat illum librum συμβȣλευτικὸν, de quo in ep. DLXVII, 2. *Schütz.* Vulgo ante Bosium *Epistolam ad C.*

2 Caesariani; ep. DLXXXI, 3.

3 Fecerunt. *Corrad.*

4 Idest multa illi quidem, sed tamen, ut non causa sit novam epistolam scribendi. *Ernest.* Vt melius sit totam hanc epistolam omittere. Paullo post enim scribit: *Totis igitur literis nihil opus est.* Schütz.

5 Quod et Caesar in animo habebat, et Cicero suadebat; ep. DXCI, 3. Ideo Cicero suadebat, ut Caesari, qui illud cupiebat, blandiretur.

6 Ad Caesarem, praesertim συμβουλευτικὸν, aut tale, quale est in epistola. Nam epistolas saepe scripsi. *Corrad.*

7 Me exspectasse exitum Hispaniensis belli, deinde scripsisse: quasi antea ideo non scripserim, quod de Pompeianorum victoria speraverim. *Manut.*

8 Catonis lenimentum; hoc est, pro meo libro, quem de laudibus Catonis scripsi; ep. DLXVII, 1.

9 Incidissem in calumniatores, qui apud Caesarem sunt; inter quos Q. Cicero sororis tuae filius. *Popma.*

10 In ep. DXLVII, 3.

11 Schützius edidit *Erotem,* quod in τῷ *eum* latere ei visum est; qui Attici libertus erat, et venerat e Cumano, ubi tum erat Attica cum matre Pilia; ep. DXC, 2.

DLXXXVIII.

1 Ex tuis literis cognoscam. *Manut.*

2 Scilicet, aliam ad Caesarem epistolam scribere; ep. sup. 1. *Schütz.*

3 Ex adulatione; ibid.

4 Me turpitudo deterreret: essem enim philosophus, non adulator; sed non scribo, quia nihil in mentem, quod scribam, venit.

5 Ep. DLXVII, 2.

6 Ex qua materia, vel quia inter ligneam duriore, vel aliam ob causam, nihil pulchri, nihil quod simulacrum perfectum repraesentet, elaborari potest, sed tantum aliquid, quod simile sit simulacri. Extra metaphoram, scripseram cum labore.

7 Lamb. *Si ad eum pervenissent.*

8 Alexandrum magnum. Pro *Aristotelis* (ut in ep. DLXXXV, 2), quod Ernestius edere maluit.

9 Scilicet hunc pompae plenum, nimia pompa superbientem. Mordaciter in Caesarem, de quo Dio (lib. XLII, 19 et XLIII, 14), et Svet. (in Iul. c. 76) narrant, sibi decerni passum esse templa et aras et simulacra, aliaque ad pompam insignia. Popma animadvertit, Pacuvium etiam dixisse *de circo aruspices;* et Catullum (carm. XXV, 5) *de via mulier.*

10 Ep. DLXXV, 4.

11 Malim potius doleat, me non scripsisse.

12 Ep. CDXLV. Quomodo, scilicet, possem Caesarem mihi conciliare salva bonorum benivolentia.

13 Exsilium, vel interitum, quem tum timebam; scilicet statim devicto in acie Pharsalica Pompeio, et ante obitum Tulliae. *Quem*, sic recte edd. pr., inquit Ernestius;

sequitur enim *vel quem*. Male recentiores *quam*, referentes ad *magis*.

14 Adverbialiter. Terent. Andr. III, 6, 534: *optato advenis*.

15 Hoc nimirum, quod de Nicia scripsi. Sic Div. Paullus, qui alias amanuensis manu utebatur, scribens ad Philemonem v. 19: *Ego Paullus scripsi manu mea*. Et II ad Thessal. c. III, v. 17: *salutatio, mea manu Paulli: quod est signum in omni epistola*. Nam antiqui subscriptionem non habebant, et plerumque manu aliena literas dabant.

DLXXXIX.

1 Quum simularem, me de aliis philologis, quam de Talna sermonem cum Nicia Grammatico instituere.

2 *Thalnam* mavult Schütz ex fastis Capitolinis.

3 Ingenium Talnae Nicias laudabat, sed non supra modum: frugi hominem et modestum dicebat esse. *Manut.*

4 Quod sequitur, scilicet Talnam petiisse in matrimonium Cornificiam contra mulierum, matris scilicet et filiae, approbationem.

5 Ante Malaspinam *probatam*.

6 Supple: Cornificio esse DCCC sestertium.

7 Forte quia Cornificia affinitatis aut amicitiae iure Attico coniuncta erat, ut putat Manutius.

8 Scapulanis; ep. DLXVII, 4. *Chrysippo*, Vettio, Cyri Architecti liberto; ep. XXX, 8, et ipso Architecto.

9 Hoc est, in domo, quae in hortis Scapulanis est.

10 Chrysippus Architectus.

11 In iisdem hortis Scapulanis.

12 In emendis Scapulae hortis; ep. DLXIII, 4 et DLXVII, 4. *Corrad.*

13 Futurus. *Corrad.* At Lamb. *emturus non esse*.

14 Nescio quid fieri, quod numis redimere posset, si numos haberet? *Gronov.*

15 Aggrediamur. Videamus, inquit, de hortis Clodiae; ep. DLXXVII. *Minoris sunt,* hòrti Clodiae.

16 Et Dolabella, quam pecuniam debet, iam eam nobis solvet. Debebat autem ex dote Tulliolae. *Manut.*

17 Idest, ut me pecuniam sine mora numerare posse sperem. *Schütz.*

18 Aut te exspecto, aut causam, cur non veneris. Causam autem, quae te moretur, puto fore, ut pecuniam exigas a Faberio; ep. DXLVII, 3. Sed, si poteris, omnino velim venias. *Manut.*

DXC.

1 Quinti filii ad Atticum. *Manut.* Quinti filii, qui de periculis in bello Hispaniensi exantlatis scripserat. *Schütz.*

2 Ironia. *Manut.*

3 In epistola altera, quam ad me misit.

4 Expono: Sed non mitto: nam illam alteram, quae ad te data est, puto iisdem esse verbis conceptam, quibus illa, quae ad me, quamque propterea ad te non mitto. Schützius mutavit *Nunc illam alteram.*

5 Incipit in vett. edd. usque ad Lamb. hoc verbo nova epistola. Verba, quae antecedunt, superiori epistolae iunguntur.

6 Post eam huc venies. *Eam* intellige auctionem hortorum Scapulanorum (ep. sup. 2), quae biduo futura est.

7 Quem quidem Faberium negat Eros hodie venturum.

8 I. F. Gronovius recte censuit negationem esse tollendam: idque Ernestius et posteriores VV. DD. probarunt. Cicero non dixisset, colendum esse Faberium verbis paullo mollioribus, si ea verba prope scelus essent.

9 Videbo. *Manut.*

10 Ad ep. DXCV, 1.

11 Epp. DXCII, 4 et seqq.

12 Non consentaneum est, hominem, qui tam longe adhuc abfuerit a consulatu, iam legatum in tali causa missum esse, in qua fere consulares mitti solent. *Ernest.* Cf. ep. DXCII, 4.

13 *Conventum, seu sermonem de re publ.* habitum seu factum. Cicero fingere volebat, disputationem illam, quam instituebat de re publ. ordinanda, habitam fuisse Olympiae. Quo exemplo fortasse Dicaearchus Ὀλυμπικὸν scripserat. Vide Athenaeum, XIV, p. 620. Fertur enim librum hoc titulo edidisse. *Bosius.*

DXCI.

1 Morae causam tibi afferam negotio meo, de Faberio, quod Romae curas.

2 Mallem *diu abes.* Muretus. Ms. Amb. *quoniam dum abes.*

3 *Constitui;* epp. DLXXXVIII, 2 et DLXXXVII, 1. Haec lectio est e coniectura Lambini, quam omnes probant; ed. Ro. κελτικὰ; Victorius κέπφικα, *fatua*, *inania;* Bosius κεκύβικα, *certo constitui.* Alii etiam alia.

4 Hoc est, sin minus iturum in Parthos, posse Caesarem, auctore me, facere quod liberet.

5 Ironice.

6 Quanti putem nos emere posse Scapulanos hortos, ita ratiocinor: Quum C. Albinus proximus vicinus ∞ iugerum H-S CXV de M. Pilio emerit; nunc, iacentibus omnium rerum pretiis, debere Scapulanos hoc multo minoris esse. *Manut.*

7 Hoc est centies quindecies. *Ernest.*

8 Emuntur propter civilis belli perturbationem.

9 Cf. cum ep. DLXXIII, 2.

10 Q. Gellius Kanus, de quo Nepos in Attico c. 10.

11 Schütz *O gulam Q. insulsam.* De Quinto filio hic agi Tunstallus, de Marco filio Mongaltius coniiciunt. Alii ad Othonem, alii ad Kanum retulere. Verba *pudet me patris* de Q. filio hic esse sermonem innuunt. Scripserat aliquid Atticus de insana Q. filii luxuria, cui Cicero respondet cum indignatione: *O gulam insulsam.*

DXCII.

1 Fani aedificandi. *Si non incidisset,* si mihi in mentem non venisset.

2 De anima utrumque sermonem. Muretus *utique* Καταβάσεως, vid. ep. sup. 2.

3 Tusculanas disputationes. In harum enim lib. I, c. 10 Dicaearchi Corinthiacos libros, et c. 31 Lesbiacos, seu sermones Mitylenis habitos, memorat. *Schütz.*

4 Idest liber I de Fin., in quo Torquatus disputat; ut *Brutus* inscribitur liber *de Claris Oratoribus*, aliique.

5 Sic duo Bosiani apud Ernestium, qui et vulgato *iussi* praetulit. Nam *iussi ut* non bene satis habet, et *Catulum et Lucullum antea* non potest ad *iussi* referri, sed ad *misi* commode.

6 Hoc est, duos Academicorum libros, quemadmodum eos primum Cicero inscripserat ediderat que; nam eos iterum edens in quatuor partitus est; ep. DCV, 1.

7 Non aliud intelligi potest per *eas literas*, quam prooemia ista, de quibus est sermo. Nam omne genus scripti *literarum* nomine significatur.

8 Lambinus *intellexisti.*

9 Per signa, per notas. Exstat *de notis Romanorum ve-*

terum liber, Tironis et Senecae nomen prae se ferens, editus a I. Grutero, et magno Inscriptionum corpori subiectus. *Graev.* Exstat etiam Alphabetum Tironianum a Carpentier editum. *Notae sunt signa, quae in minutis et brevibus figuris multarum literarum vim continent.* Primum Ciceronem a Graecis ad Romanos artem scribendi per notas transtulisse, ex hoc loco probat Morcellius, atque ex illo Plutarchi in Cat. min. p. 770: *Hanc unicam Catonis orationem* (de coniuratis Catilinariis) *superesse perhibent, quod Cicero consul, expeditissimos scribas ante docuisset notas: — inde alium alibi* (orante Catone) *passim in senatu scriptorem collocasset.* Nondum enim usi fuerant, neque habebant notarum, quos vocant, scriptores; sed tunc primum obtinuisse dicunt. Vide Morcelli *Dello Scrivere degli Ant. Rom.* Diss. IV.

10 Annali; ep. DXC, 3. Graeca φράσις. *Corrad.* Cod. Granuellani apud Pighium (ad an. DCXX) plene habet *in Libonis annali.*

11 Petendae aedilitatis annus XXXVI; praeturae XXXIX; consulatus XLII; ut inter curules magistratus (hi tres enim dicebantur curules) biennium necessario interesset. *Manut.* E Pighii emendatione (ad a. DCXXI) edidit Schütz *praetor.* Recte sane. Nam et hic agitur de magistratibus curulibus, inter quos quaestura non numerabatur: et cum veteres initialibus tantum literis scriberent, *Q.* pro *quaestor*, *P.* pro *praetor*; facili negotio altera cum altera in mss. litera commutari potuit. Vulgatum tamen defendit I. V. Clericus explanationi Mongaltianae innixus.

12 Lege *nesciebam.* Muretus.

13 Fortasse scripsit Cicero *qui cos. cum Lucullo fuit.* Anno scilicet DCII.

DXCIII.

1 Balbi et Faberii, qui Ciceronem de facta professione census ne semel quidem certiorem fecerant.

2 Denuntiationem, declarationem bonorum suorum apud praetorem ab ipsis factam esse. *Profiteri* est nomen et bona sua declarare, atque in censum referre. Sic Vulgata Luc. II, 4: *Ascendit Ioseph, — ut profiteretur.* Caesarem post bellum civile censum egisse, communis est interpretum sententia. At negat Mongaltius, et defendit, hic agi de privato Faberii negotio, deque illa privata professione, quam quis apud praetorem faciebat, si quid, condito lustro, ad possessiones suas accedebat, quemadmodum in ep. DCXCVI.

3 Balbi et Faberii. Codd. Balliol. et Amb. cum ed. Rom. *meorum*, quod Graevius et Ernestius probarunt.

4 Qui tabulas censorias scribit, a quo cognoscere potes quum professio facta sit. *Ernest.*

5 Ad librarium, scilicet, ut ea de re certior fias. Mox *confestim* est e Decurt. Bosii; ceteri libri cum Lamb. *confectum.*

6 *H.* intelligunt *hodie.* Vix credo recte. *Ernest.* Totum sic emendavit Schützius: *Puto te a. fecisse. De hortis Scapulanis in Virgilio* etc. De Virgilio vide ad ep. DLXXI, 1.

7 Sc. δυσωπεῖσθαι, vereri, ne illum offendam, et ea causa ab emtione abstinere. *Ernest.*

8 Lamb. *expostulet*, h. e. queratur; scil. me emisse.

9 Verebatur Cicero, ne forte, quemadmodum C. Caelius Caldus (ep. CCCLXXVIII, 1 extr.) in Italia Marianarum partium reliquias collegerat, ita hic Virgilius in Africa (Hirt. B. Afr. 79, 86) novas Pompeianis faces subiiceret, instauratoque bello viam sibi ad honestiores pacis condi-

tiones muniret. Tunc enim exigere potuisset, sua sibi praedia ut redderentur ipsa, non modo pretium, quo venierant, coactusque esset Cicero eam restituere partem hortorum, quae ad Virgilium e Scapulana hereditate pervenerat. *Mongalt.*

10 Ep. DXLII, 5. Minus recte Lamb. cum edd. pr. *Cuspio.*

11 Statuit hortos emere. *Manut.*

12 Quia Plancus plurimum apud Caesarem valebat; ep. CXCII, 5.

13 Auctio Scapulanorum hortorum. *Manut.*

14 Epp. DLXXIII, 2 et DLXVII, 4.

15 Quum agere coeperimus de hortis, tum videbimus quid agendum de aestimatione; quae sc. creditoribus Scapulanis tradatur pro pretio hortorum, ut in ep. DXLIII.

16 Caesar in lege, vel Balbus ad me: etsi videri potest Otho de hortis aliquid, sed de aestimatione nihil scripsisse. *Corrad.*

17 Epp. DLXXXV, 1 et CDXLIX, 3.

18 Delent copulam *et* Herv. et Lambinus.

19 Hic manifestum est, quaedam verba intercidisse. Sic enim fere scripserat Cicero: *De decem legatis Antiocho* (vel aliud scribae nomen posuerat) *negotium dederis*, scilicet quaerendi. *Schütz.* Iam ante Schützium Lambinus *Negotium de decem reperies* etc. Ed. Iens. *Negotium si dederis reperies.* Et *reperies* quidem etiam Aldus aliique habent; quod cum I. V. Clerico praetulerim vulgato *reperiet.*

20 Coniunctionem *tum* omiserunt Herv. et Lambinus. *Tum illum*, scil. fuisse.

21 Verba *vide etiam*, ut insititia, omisit Schützius, deditque *scire poteris quo anno.* Edd. Ro. Aldina aliaeque *sed tu scire p.*

22 Verbum *quadret* bene supplevit Bosius ex Decurt., qui et explanat: Si tempora non conveniant, neque quadret Tuditanum quaestorem, aut tribunum militum fuisse bello Achaico, sed contra constet, eum Quaesturam aut Tribunatum militum alio bello gessisse, tu scire poteris ab Antiocho, num saltem ad Corinthum unus e praefectis aut contubernalibus Mummii fuerit.

23 Tam sero. *Graev.* Vid. ad ep. DCCLIX med. *id aetatis.*

24 Impensius eum non invitavi, non coëgi, ut maneret. Proverbialis locutio.

25 Intellige morem in talibus hospitibus repentinis. *Ernest.* Edd. omnes usque ad Lamb. *tui.* Tum *et multi erant*, cum ipso comites.

26 Sc. ortus est. Malaspina coniiciebat: *Sed cecidit belle casu sermo:* Schützius edidit *c. belle, ut sermo.*

27 Italis *Ponte Molle*, qui Tiberi impositus est ad secundum lapidem ab urbe. *Tiberim duci sécundum montes*, idest, ut mutato alveo, Tiberis posthac ad radices Vaticani flueret. Cf. ep. DCXX, 1.

28 At ego ibo, vel ire cogito ad tabulam auctionis Scapulanorum hortorum, ut, si possim, commodo pretio emam hortos. *Possim* dedit primus Ernestius ex ed. Ro., et recipiunt nunc omnes; olim *possem.*

29 Quia tum Cicero hortos suos amisisset. Campum Martium extra urbem fuisse satis constat. Post Campum Martium sequebatur Campus Vaticanus (Tiberi tamen inter utrumque fluente), in quo erant horti Transtiberini, proindeque etiam Scapulani. Si ergo Campo Martio in urbe incluso, Campus Vaticanus quasi alter Martius effectus fuisset, ibique comitia habita, actum erat de hortis, quos Cicero emere volebat.

30 Legem de urbe augenda perferri.

31 An Idibus, ut putamus, auctio sit futura. Auctio enim me Romam adducet. Vide Manutium.

32 Idest, dum ad me accedis, in itinere nimium laborare et defatigari. *Victor.* Ante Victorium *in tua re.*

33 Si non ad me venit.

34 Manifestum mendum iam Corrad., Manutius et Ernestius viderunt. Nam eae Idus dudum praeterierant. Ernestius tantum *Mai.*, ego utrumque uncis inclusi; Schütz utrumque omisit.

DXCIV.

1 Quod hic Cicero scribit de columnario, hoc est, de tributo in singulas columnas pendendo, ad legem Iuliam sumtuariam referendum arbitror, quasi Iul. Caesar singulis columnis, quae postea erigerentur, tributum imposuerit, ut hac poena Romanorum animos ab insanis aedificiorum sumtibus revocaret. Antea monuimus (ad ep. DLX) eadem lege minutos fuisse sumtus sepulchrorum. *Bosius.* Columnariorum meminit Caesar B. civ. III, 32: *Multa — ad avaritiam excogitabantur: in capita singula servorum ac libertorum tributum imponebatur: columnaria, ostiaria, frumentum — arma — vecturae imperabantur* (a Pompeianis). *Vide ne ullum debeamus*, idest, cura, ut nullum debeamus, enitere, ut columnarum numerum lege praefinitum non superem. Aldus cum aliis nonnullis *columnarium vide, ne debeamus*; quod etiam Ernestio placebat, idque valet contra Mongaltium aliosque, qui explanant, multas adhibebo columnas, etiamsi poena legis mulcter. Vid. ep. DXXXV, 1. Secutus sum Ernestium, qui et ipse editionem Ro. secutus est. Vulgo *vide ne nullum*; quod sonat idem ac *vide ut aliquod.* Dixisset Cicero *vide ut nullum.*

2 Hoc est, solum esse Catonem, et a tutoribus destitutum.

Piso hic, et reliqui coheredes Herenniani, pecuniam videntur saepe frustra a pupillo Catone petiisse, minatique esse, se aliquid contra eum facturos, puta postulaturos a praetore, uti in possessionem bonorum pupilli mitterentur. Eis, neque eis solum, sed creditoribus etiam pueri Luculli Cicero tutor (Fin. III, 2) respondit, pupillos esse solos. Mox legendum videtur Schützio: *Nec de coheredibus solum Herennianis, sed etiam, ut scis, mecum egit de puero Lucullo.*

3 Vt solutio non urgeatur, quum is tutor non adsit, qui eam pecuniam mutuam sumsit in Asia (Achaia). *Bosius.*

4 *Fecisti* rectius abest a multis libris. Addidit Bosius ex Decurt. et Tornaes.

5 Verbum *oportere* delebat Lambinus; defendit Iunius ut verbum ab eo dictum, quod *est opus*, quodque eleganter apud Latinos in coniecturis necessariis et conclusionibus ponitur, ut in illo Plauti Poen. V, 2, 70: *Servum te esse oportet, et nequam et malum — qui irrideas.* Hinc interpretare: *tu la dei avere*, vel *bisogna che tu l'abbia.*

6 Quia Brutus eum obiurgaverat, quod interitum filiae mollius ferret, quam virum deceret. *Manut.* Cfer cum ep. DLXIII, 3.

7 Ep. DXXXV, 2.

8 Hortensii avum; vide ad ep. seq. 1. Mox corrigit recte Ernestius *qui tum non poterat.*

9 Nepos, ut opinor, Spurii Mummii, quem dicit ad Corinthum fuisse cum fratre. *Manut.* Vide de tota re ep. seq., 1 et DXCVI, 1.

10 Vocem *mortuus* vulgo omissam addidi ex edit. Ascens., suadentibus Lambino et Schützio. In Victorio est lacuna. Nam neque δυσφημίαν vitare voluisse dicendus est Cicero in nomine mortis, quo utitur ep. VIII, 1, et praesertim

DXXII, neque ipsum concise locutum puto. Dixisset: *qui nuper fuit*, vel *qui nuper vixit.*

11 Nescio quam recte Bosius addiderit *coniunctissimos*, quae vox ab omnibus fere libris abest.

12 Qui cum ipso in provinciam ierunt; nam illi decem quasi secundi fuere. *Ernest.* Vide ep. DXCVI, 1.

DXCV.

1 Ex quatuor locis epistolarum DXCIV, 5; DXCIII, 4; DXCII, 4 et DXC, 3 colligitur, quaestionem de decem legatis ex SCto ad Achaiae res constituendas A. V. C. DCVII cum L. Mummio Procos. profectis huc tandem recidere, quinam fuit Tuditanus ille, quem in decem nominatum in vett. annalibus reperiebat Cicero. Nam C. Tuditanus ille Hortensii oratoris avus maternus, qui anno post quaestor provincialis fuit, quam Cos. Mummius, scilicet A. V. C. DCVIII, quique XIV annis post consulatum eiusdem Mummii, scilicet A. V. C. DCXXI P. Popilio et P. Rupilio coss., praetor est factus (ep. DXCII, 4), quem tamen in decem fuisse putabat Cicero (ep. DXCIV, 5); non poterat esse legatus, qui nondum praetor factus fuerat (ep. DXCII, 4): sed C. Tuditanus senior, superioris pater, et Hortensii proavus, quem Cicero non norat (ep. DXCIV, 5). Rem sic esse nunc putat, et ex his duobus Tuditanis patrem, non filium, qui sero post consulatum Mummii dumtaxat quaesturam adeptus est, in decem fuisse compertum habet.

2 *Sic* bene addidit primus Schützius. Pighius ad an. DCVIII, et Varr. Aldinae *et sic quidem puto,* ex vet. codd., ipso teste Pighio. Puto, nimirum, Tuditanum patrem, Hortensii proavum, in decem legatis fuisse, ut tu scribis.

3 De debitoribus meis; ep. DLXXXVI.

4 Epp. CDXLIX, 3 et DLXXXV, 1.

5 Schützius Manutio auctore edidit *Aulus*, reiicitque lectores ad ep. 6 lib. IX ad Att. (CCCXLVII), ubi tamen nihil ad rem. Sed vide ep. CDXLIX, 3, ubi itidem Piso cum Aulo coniungitur, quem locum laudavit iam V. C. Lemaire ad h. epistolam.

6 Velim ante, quam Brutus veniat (ep. DLXXXVI, 2), mecum esse possis. *Corrad.*

7 Qui literas afferat.

DXCVI.

1 Alter Ciceronis error. Cfer cum ep. DXCIV, 5.

2 Sed verisimile est, legatum fratri fuisse, non vero in decem. Hic locus vulgo sic legebatur: *sed videlicet. Etenim* εὔλογον etc.; sed particulam *etenim* sustulit Schütz auctoritate cod. Balliol. Helmst. Recte; omisit et Aldus.

3 Librum meum, nomine *Torquatum*; ep. DXCII, 3. *Ernest.*

4 Intelligit hortos Scapulanos, quum dicit *illam diem*: quum, *istam*, Silianos: et *diem* intelligit solutionis. Silius enim concedebat, ut hortorum suorum emtor mense Maio pretium persolveret: heredes Scapulae tam longam diem non concedebant. Ideoque Atticum Cicero hortatur, ut urgeat de Silianis. *Manut.* Vide ep. DXLVIII.

5 Vtroque herede Scapulae; ep. DLXXXVI, 1. *Scilicet*, scribes.

6 De fano; ep. DXXVIII, 2. *Corrad.*

DXCVII.

1 Torannius, vir praetorius, ob Pompeianas partes susceptas exsulasse hoc tempore Corcyrae videtur ex ep. DCXXXII. Vulgo *Toranio*, contra lapides.

2 Quod gerebatur in Hispania. Infra Schütz coniecit editque *aut iam illud actum.*

3 Pompeiano. *Corrad.*

4 Iniustos dominos eramus habituri, Pompeium et paucos, quos ille audiebat; quamquam mallem: *si vicisses, interitum*, propter proscriptiones et caedes denuntiatas a Pompeianis (ep. CCCXXXIV, 1): *aut si victus esses*, *servitutem*, nempe sub Caesare; quod evenit. *I. F. Gronov.*

5 L. Domitius pater et Cn. Dom. filius, L. Lentulus (tum cos.) et Publius Lentulus. *Corrad.* Voces *fortes, sapientes* recte Manutius cum ironia dictas accipit. Tum Lamb. *et eram p.*

6 Ambb. tert. et sept. *perfici.*

7 Subaudi *malum.* Simile illud Virgilii Ecl. III, v. 80:

Triste lupus stabulis.

8 Ipsius rei publ., cuius antea dignitas, bello autem civili salus etiam concidit. Significat illud tempus, quum accipiendas, quas tulit Caesar, conditiones censuit, ne rei publ. salus, quando iam dignitas amissa erat, in discrimen adduceretur. *Manut.*

9 Amb. tert. *quum recordabere;* Lambin. *quum recordere,* ut Schützius maluit.

10 Amb. 15 *interque nos.*

11 Idem cod. cum Rec. *possum.*

DXCVIII.

1 Alii *Sestius*; male; Sestius enim exsulabat (ep. CLXXVI). Hic alius videtur.

2 Cnidius, familiaris Caesari; vide Strabonem lib. XIV, p. 938, et Plutar. in Caesare p. 730, qui Caesarem ait Cnidiis Theopompi gratia vacationem munerum dedisse.

3 De qua in epp. DLXXXVII et seq.

4 Male edd. Ro. et Aldina omittunt *suae*. De Legg. a Caesare latis post bellum Africanum vide Manut. ad hunc locum et Dionem Cass. lib. XLIII, c. 25.

5 Caesarianis, Oppio et Balbo. *Mos gerendus est*, sc. omittendo epistolam.

6 Nisi tu in hac opinione es, ut omnino scriptam epistolam ad Caesarem mittamus. *Manut.*

7 Sextius narrabat venisse a Caesare literas, et Lentulum fecisse divortium cum Metella. De Lentulo epp. DLXXXII, 3 et DCII, 5.

8 Scil. nosti.

9 Lamb. *aliquid.*

10 Alii *quod.*

11 Graevius *aut Silium videris*, non sine libris; h. e. nisi forte Silium videris.

12 Bruti, non Ciceronis. Male ergo ed. Ro. *ad me venit heri in Tusculanum.*

13 Ep. DXCV, 3. Addidit recte *tu* Ernestius ex ed. Iens.

DXCIX.

1 Cod. Rec. *cliens tuus.* Vatinius ille est, qui tribunatum gesserat Caesare cos. A. V. C. DCXCIV (epp. XXXV,

2, 3 et XXXIV, 1). Illyricum per haec tempora regebat, illuc a Caesare Dictatore missus. *Struma* illi cognomen erat.

2 De supplicationibus obtinendis. *Corrad.* Mox edd. pr. *dicere vult.*

3 Ep. CXLVIII, 5.

4 Catonis, Favonii, et aliorum. *Corrad.*

5 Zel. A et Rec. *terat.*

6 Schützius, praeeunte Martyni-Laguna, *me si, ut soles.*

7 Edd. pr. cum Lamb. et Ern. *si quis.*

8 Benignitatem; ut ep. CXIII, 2 et DCCLXXXVIII.

9 Non, ut Corradus interpretatur, *copia*, sed qua formula, quo concepto. De ea re vide ad ep. DCCCXXII. Mox Ernestius recte corrigit *nisi.*

10 Lector; ep. XVI, 5. De hoc servo vide ep. DCXIX, 3.

11 Amb. 15 cum edd. pr. *nisi in;* vide ad ep. CCCXXXV. *In Dalmatiam*, non quidem extra imperium Vatinii; nam et Dalmatia pars erat Illyrici; sed quia inde eum eruere difficile erat. Dalmati enim nondum subiecti; epp. DCXLVII extr. et DCLV, 3.

12 Edd. pr. cum Lamb. *A. d. III.*

13 Ed. Ro. *Narone.*

DC.

1 Idest triplices codicillos, seu codicillos trium paginarum, ut recte interpretatur I. F. Gronovius. *Schütz.*

2 Hoc est, Caelii Antipatris Annalium in epitomen a M. Bruto redactorum; quemadmodum de Fannianis fecit; ep. CDXLIX, 4.

3 Mitte Panaetii librum de Providentia, a Philoxeno sumtum. *Manut.*

DCI.

1 Ad multum diem productus.

2 Sic rescripsi auctore Schützio, et Manutio suadente. Vulgo *ventum est tamen.* Incidit tandem sermo de Quinto Cicerone filio, multa a quo contra Ciceronem dicta referebat Dolabella; ep. DLXIII, 2.

3 Caesaris in Hispania.

4 Neque tamen scribit, sed plus in suspicione relinquit; ut sit quaedam ἔμφασις, quam *significationem* vocat auctor ad Herenn. IV, 53. Quivis tamen, quid illud esset, cognoscere poterit ex ep. CCCLXVI, 1. *Corrad.*

5 De eius nuptiis cum (Porcia) Catonis (Vticensis) filia; de quibus illa intelligenda: *Laboro idem quod tu;* scilicet, ut nuptiae illae fiant. *Ernest.* Vide Plutarch. in Bruto p. 989, et Catone Min. p. 771, et Valerium Max. lib. IV, 6, 5.

6 Dimissa Claudia, Appii filia, propter quam gener Appii M. Brutus dicitur in ep. CXCIV, 2.

7 Si quid est in divortio Claudiae offensionis, hoc sanari potest si Porciam uxorem ducat. *Schütz.*

8 Vt fructus reddant uberiores; ep. DCIII: *Vt constituerem mercedulas praediorum.*

9 H. e. longius abeundi Roma, in quo suspicari potuisset Caesar ex Hispania victor regressus, Ciceronem data opera longius abisse, ne victorem videret.

10 Forte: *quam tu, quum coniecturam faciebas.* Lamb. Quod Schütz edidit.

DCII.

1 Interfecto; ep. DLXVI.

2 Vt amicus ab amico et comite interficeretur.

3 Contra historiae veritatem est, quod tu scribis, me esse, Marcello interfecto, reliquum consularem, qui scilicet vere consularis sit. Nam vivit Servius Sulpicius homo vere consularis. Tu praesertim, inquam, qui errare non soles in historia; ut iam Manutius monuit.

4 Quamquam reliquum esse consularem et vere consularem, Caesare tenente omnia, nihil prodest, mihi praesertim, qui sic existimo, non minus bene actum cum illis esse, qui perierunt, quam nobiscum, qui fortunae beneficio conservati sumus.

5 Ed. Ro. *domi an foris?*

6 In quo, h. e. in qua cogitatione nullitatis meae, quo me verterem, non haberem, nisi hoc mihi venisset in mentem, scribere scilicet ista philosophica opera.

7 Communiora quaedam et magis politica, quam sunt philosophica, quae scribo. *Faciendum ad Dolabellam*, scilicet inscribenda haec, et mittenda.

8 Si quid constituerit de Porcia in matrimonium ducenda; ep. sup. 2. *Egerit* habent Faërnius, Anton., Tornaes., Decurt. et edd. Iens. et Aldi; ideoque revocavi, ut Lambinus et Bosius ex mss. ediderunt.

9 Eorum, qui divortium Claudiae reprehendebant. *Manut.* Ep. sup. not. 7.

10 Ipse Brutus optime statuet.

11 Ep. sup. 3.

12 Agam; nimirum praediola saltem constituam. *Aliquid* adiecit Bosius ex Decur. Ante illum *sed tamen illic;* depravate.

13 Lentulum Spintherem filium, de quo iam in epp. DLXXXII, 3; DXCVIII, 1 et iterum in ep. DCXCI extr.

14 Ἀιτίαν ἄν ὑπέχοι, idest, nonne in eum furiosum omne crimen verti debet? Ad verbum enim transtulit, quod Graeci αἰτίαν ὑπέχειν, et αἰτίαν ἔχειν dicunt, hoc est *suspectum esse*, et *crimine premi.* Gaudet enim Cicero graeca quam maxime assequi, praesertim quum apud doctos, et liberius loquitur. Et esse κατὰ λέξιν videri potest δίκην ὑπέχειν, quod Cicero causam sustinere dixit. *Budaeus.*

15 Cur Brutus Caesarem purget. *Corrad.*

16 Pro Magio sponsor factus erat Marcellus. Schütz et I. V. Clericus: *Factus. Et nimirum*, ut habent edd. pr. et libri scripti multi. *Nimirum id fuit*, nimirum propter eam sponsionem Marcellum Magius interemit. *Manut.*

17 Ed. Ald. *credo enim.*

18 Scilicet, negantem se daturum. Valerius Max. tamen (lib. IX, c. 11, 4) hanc causam affert, quod Magius (ep. DLXVI) indignatus sit, *aliquot sibi amicorum ab eo praeferri.* Schütz.

DCIII.

1 Cicero (quod iam Victorius intellexit) respicit hos Euripidis vers. in Ione v. 585:

> Οὐ ταυτὸν εἶδος φαίνεται τῶν πραγμάτων
> Πρόσωθεν ὄντων, ἔγγυθεν τ' ὁρωμένων.

Non eadem est facies rerum quum procul sunt, et quum prope cernuntur. Recte autem Casaubonus monuit, haec verba principium huius epistolae, non clausulam superioris facere; quod male est deinde ab editoribus ne-

glectum. *Schütz.* Hoc idem eo libenter ipsemet edidi, quod video in omnibus fere libris epistolas quam plurimas libri XIII, XIIII, XV et XVI ita simul coniungi, ut unam fere in unoquoque libro epistolam tantum constituant.

2 Me esse sine te in Arpinati.

3 Sic Amb. 16, cum Herv. Cfer cum ep. CXIII, 1. Vulgo *diiunctior.*

4 Ep. DCI, 3.

5 Quum dicit *in Tusculano* intelligit villam suam; quum *Tusculani*, villam Bruti; cf. cum ep. DXCVIII, 2. Edd. Iens. Aldi et Herv. paullo supra *et ego ad illum* etc.

6 *Si Servilia*, M. Bruti mater, *venerit* Romam, *si Brutus quid egerit* de divortio, et nuptiis suis; ep. DCI, 2, *etiam si constituerit*, *quando* sit iturus obviam Caesari ex Hispania venienti; ep. DCI, 3 et DCXIII, 7.

7 Ep. DLXXXV, 1.

8 Tempus, ut hortos emamus, quum dies adsit; ep. seq. extr. *Corrad.*

DCIV.

1 Quod eam significabant aegrotare; epp. DCV, 2; DCVIII, DCIX, DCXIII, 7 et DCXIV, 5. *Manut.* Ed. Ro. *Valde enim me* etc.; haec cum superioribus coniungens.

2 Orationem pro Ligario. *Vendidisti*, hoc est, ita praeclare auctoritate tua commendasti, ut alii eam probaverint et legerint. Male Graevius *Ligariana;* vide ep. DCXI, 2.

3 Faciam, ut tu auctionem publice denunties, h. e. rogabo te, ut antequam emittam aliquod scriptum, tu tua auctoritate illud commendes; ut Manutius explicat. Persistit in metaphora venditionis.

4 Libri, quos vidi, omnes, praeter recentiores, *antea.*

5 Eruditiora; libros scilicet philosophicos; ep. DCII, 1.

6 Libri *destinationem*, dedicationem, ut nunc loquimur. Expressit graeco verbo, quod latino non potuit. *Manut.* Dixerat Varro, se mihi velle libros de lingua lat. dedicare. Confer ep. DCXVII.

7 Fuit aliquis in stadio cursor; vide Graeci Anth. tit. εἰς Ἀγωνιστὰς lib. II. *Casaub.* Καλλιπίδην igitur Varronem appellat, quod assidue scribendo nihilo tamen processisset magis, quam Καλλιπίδης in cursu. *Manut.* Svet. in Tiberio cap. 38, Plutarch. in Apophthegm.

8 *Vt eadem mensura, et cumulatiore* redderem. Hesiod. *Opera et dies* v. 350.

9 *Academicam commentationem.* Sermo est de secunda Academicorum editione; ep. DCXI, 3. Vide etiam ep. seq.

10 Varroni inscribamus; ep. DCX.

11 Hoc est, sententiam Antiochi (Acad. I, 3) de Academia complectuntur.

12 Id scilicet, quod abstulimus, transtulimusque ad Varronem, libros duos nimirum, quorum prior *Catulus*, alter *Lucullus* dicebatur; Catulo et Lucullo alibi reponemus, sive Catulum et Lucullum aliis libris ornabimus. Gronovius coniiciebat *Catulum et Lucullum alibi reponemus.* Lego *Catulo et Lucullo aliud quid reponemus.* Mox Graevius *si tu hos probas:* contra libros fere omnes, et sententiae veritatem.

13 Ep. DCVII, 1.

14 Magistrum auctionis me esse constitutum. *Manut.* Vt ipse decernam de die auctionis, et auctione ipsa. *Ernest.*

15 Spurio Vettio. Alias scribitur *Sp. Vettio.* Ante Bosium *vel Othoni*, errore operarum.

16 Scil. Sextiles. *Schütz.* Ergo *VIII Kal. Quint.*, quod

superius legitur, non bene quadrat. Vel reponendum *Sext.* vel delendum *Quint.*, ut subaudiatur *Sext.*

17 Nunc et Piso et Eros Romae sunt. Cum Pisone igitur, si potes, confice de auro, et ab Erote cognosce, quantum nobis a Faberio et aliis debeatur. Cf. ep. DLXXXV, 1. *Manut.*

18 Auctionis.

DCV.

1 Graevius *abstuli*, *transtuli*, ex Ball. et Helmst. Totam Academiae doctrinam a Catulo et Lucullo transtuli ad Varronem nostrum sodalem.

2 Scribas, quomodo intellexeris, Varronem velle, ut ego eum meis ornem scriptis. Cf. cum ep. DCX.

3 Ob libros *de Finibus* ei inscriptos; ep. sup. 3.

4 E manibus: absoluti sunt, sed nondum tamen divulgati, atque adeo ne Bruto quidem dati; ep. DCXIII, 6 et DCXV, 2. Sic Horat. Art. poët. 22 *urceus exit.* Corrad. Sic et Gronovius locum explanat, notans Manutium, qui *exierunt* explanabat de editione in vulgus, et libros intelligebat *de Finibus* ad Brutum, quum tamen hic sermo sit de quatuor Academicis ad Varronem.

5 Supple, in vulgus exiit.

6 Librum aliquem inscribere; ep. DCII, 2. *Ernest.* Male edd. lens. Aldi, Herv. supplent *placere.*

7 Vid. ep. XXXI, 1. Scil. bonorum accusationem timeo, si quid in gratiam Dolabellae scripsero, qui arma contra rem publ. tulit Caesarem sequutus.

8 Vulgo *si aliquid, qui potero.* Sed *qui* est a Victorio et Bosio, illudque nullo modo fert vox *neque.* Itaque cum Manutio, Lamb. Ernestio et recentioribus omnibus delevi. Non possem, inquit, reprehensionem effugere, si aliquid reperirem, quod ad ipsum scriberem. Haec fere Ernestius.

9 Aut quaerere aliquod argumentum, quod sine offensione ad illum mittere possim. *Ernest.*

DCVI.

1 Loca sola, ut explanat Bosius, qui et vulgatum tunc *solitudinem* primus immutavit. Flumina, sc. Fibrenum et Lirim; vide de Legg. II, 1. Mox *sustentare*, debilitatos interitu tum filiae, tum rei publ. Ep. DCXII: *Etsi hoc loco facillime sustentor.*

2 Sic et ep. DCIV, 3. At Graevius *academicen;* Lamb. *academicam*, ut ep. DCXI, 3.

3 Edd. Iens. Aldi, Herv. *quae modo fuit.* Sed vulg. *primo* bene respondet seq. *deinde.* Immutavit Bosius ex Dec. et Tornaes.

4 Schützius: *Non illorum quidem* ἀπ. Mox *in iis rebus*, sc. in academicis disciplinis.

5 In ipsa secunda edit. Academicorum, primo Catulo, Lucullo, Hortensio; deinde, simul ac veni in Arpinatem villam, Catoni et Bruto; postremo, post scil. tuas literas, Varroni illos sermones Academicos dedi, qui et ipse Ἀντιοχείᾳ ratione maxime delectari videtur; cf. cum ep. DCXI, 3, et DCIV, 3.

6 Aliquid ad Varronem mitti. Mox *hoc ne*, sc. hos libros Academicos. Ep. DCXI, 3 extr.: *Dandosne putes hos libros Varroni;* cf. et ep. seq. 3.

7 Servilia, Bruti mater, venit Romam; ep. DCIII, ubi et de Bruto.

8 Bene Lamb.: *Ego in Tusculano ad Nonas*, scil. ero; ep. DCIII.

9 Conficies de auro; ad ep. DCIII, not. 7.

DCVII.

1 Vt hanc molestiam veniendi ad me, Arpinum usque, subeant.

2 Diem auctionis inter coheredes constitutam, non autem proscriptam, h. e. in vulgus editam.

3 *De Bruto*, h. e. de Bruti nuptiis; *de Caesare*, de eius reditu ex Hispania.

4 Quatuor libros Academicos. *Manut.*

5 Varro, Cicero, Atticus; qui in iis libris colloquebantur. *Manut.* Facete, inquit Ernestius, ex re pecuniaria, in qua proprie *nomina facere* ille dicitur, qui, quod alteri debet, in tabulis scribit, locutionem traduxit ad significandas sermonis personas.

DCIX.

1 Si sana est lectio, significat: Exspectabam Roma aliquid (non quo imperassem); sed frustra exspectavi. Igitur aliquid tuis literis antea acceptis reponam. Sic fere Schützius.

2 Scire cupio, quae tibi alias mandavi, de Bruti nuptiis, de Caesaris ex Hispania adventu.

3 An convaluerit.

DCX.

1 Vides nunc, quum longe absimus, quid boni propinquitas habeat; vide ep. DCIII. Ante Gruterum *quid habet.*

2 H. e. iam iam colloquemur; nam ad Nonas iterum futurus sum in Tusculano.

3 Respondeas. *Corrad.* Mox *scripsi,* in ep. DCV, 1.

4 *Lacessere* est priorem aliquid mittere ac dedicare; quod recte vidit Manutius, ut in epp. DCCCXXII sub init. et DCCCLVII. *Graev.*

5 Lamb.: *Quem* ζηλοτυπεῖν, *Brutum non, multo H. m.* Sed, quae deerant, supplevit ex Decurt. Bosius; cf. cum ep. DCV, 1. Hortensio (qui hoc tempore iam mortuus erat) inscripserat dialogum *de Philosophia*, eumque loquentem induxerat. Dialogus intercidit.

6 Hoc est, qui in libris de Re pub. loquentes inducuntur, ut Scipio, Laelius, Manilius (epp. CXLIX, 2 et CLIV, 1), qui omnes vita iam functi erant, ideoque extra invidiam; ep. seq. 3.

7 Ad Varronem quatuor libros Academicos.

DCXI.

1 Ep. DCIV, 2.

2 Eam statim aperit, ne, scilicet, videretur φιλένδοξος, hoc est, *ambitiosus* et illustrium virorum gratiam adpetens, sive magna personarum nomina in dialogis suis inducendo, ut Catulos, Lucullos, Varronem, Africanum etc.; sive hunc dialogum Varroni inscribendo, etiamsi ab illo πολυγραφωτάτῳ nullis fuerit scriptis lacessitus; ep. sup. et DCXVII. Non eo fugiebam, M. Varronem in meis dialogis inducere, quod timerem rumores hominum me φιλένδοξον esse clamantium; sed quia statueram, neminem includere in dialogis eorum, qui viverent; ut feci iam in sex de Re publ., et tribus de Oratore libris. Nunc, quum tu scribas, Varronem desiderare, quatuor libros Academicos confeci.

3 Accedo Manutio coniicienti, haec verba *academicam omnem quaestionem libris quatuor* nata esse ex annotatione superioris τοῦ *eos.*

4 Dicere licet verbo philosophico *incomprehensibilitatem.* Arcesilaus nihil omnino comprehendi posse adseruerat. *Schoenb.* De Antiocho vide ep. DCVI.

5 Ciceronis πρόσωπον ob id fortasse κωφὸν (mutum) fuisset, quod vivente C. Cotta Cicero iunior erat, quam ut cum eo, et M.' Varrone de philosophia disputasse videri posset. *Corrad.* Revera C. Aurelius Cotta orator et philosophus academicus consulatum cepit A. V. C. DCLXXVIII, ac proinde duodecim annis ante, quam Cicero (Brut. 49, 88, 89, 90); et Varronem annis ad minimum XXVI natu maiorem fuisse colligimus ex ipso Varrone R. R. I et III. Videmus quidem et nunc Ciceronem disputantem cum Varrone; sed ita, ut alter ex disputantibus, nempe Atticus, aequalis sit Ciceroni, et partes eas, nempe Philonis, sibi Ciceronem sumsisse, quae victoriam, ut decorum erat, competitori suo natu grandiori pepererunt.

6 Hoc est, vita iam functis se puero, vel etiam non nato.

7 In quo ita disputatur, ut eius sententia, qui illam disputationem scribit, principem locum obtineat. *Manut.* *Aristotelicum* morem, quo scilicet in dialogis usus est (Aristoteles), qui iam nulli sunt. Ipsi non satis placuere, et in dialogo scribere desiit, quod aequare Platonis et Xenophontis copiam et venustatem non posset, iisque adeo postponeretur. *Ernest.*

8 Ep. DCVI, 1. Sine libris Lambinus, et sine necessitate: *Academica, ut scis, quae in Catulum, Lucullum, Hortensium contuleram, sane* etc.

9 Edd. pr. habent *easque partes*; quod Gronovius, ac nuper Goërenzius ad Cic. Acad. praef. p. 17 praeferendum putabat (intelligebatque Antiochinas, quae Varroni datae sunt). Sed verum est *measque.* Significat enim Cicero, se Varroni Antiochinas, sibi autem Philonis (epp. CXCVII, 2 et DCXVII med.) partes tribuisse, ut non

possit videri hoc consectatus, ut suae partes, scilicet sua causa superior videretur. Antiochia enim valde probabilia esse. Confer ep. DCXVIII, 3. *Schütz.* Lambinus *easque partes sumsi, ut.*

DCXII.

1 In Tulliolae morte; ep. DCXIV extr. *Manut.*

2 Epp. DXCIII, 5 et DCXX, 1.

3 Quod eum Dolabellae de meliore nota commendaverim; ep. DCI, 1. *Manut.*

4 Verba *Ad Ligarianam* absunt ab editionibus ante Bosium. Confer ep. DCIV, 2. *In Ligarianam* edidit Schützius iubente Gronovio ex ep. XVIII, 6: *In illam orationem Metellinam addidi*; et ex Sallust. in orat. Caesaris: *Quamobrem in sententiam addidistis.* Vide ipsum Gronov. ad Senecae Tyhestem V. 995. Sed et *addere ad* pluribus in locis idem Cic. dixit, neque censeo, omnes omnino locutiones operis alicuius, praesertim cuiusmodi sunt epistolae, ad unam loquendi formam esse redigendas.

5 Quod scilicet ab istis mulieribus instigatus sit Tubero ad accusandum Ligarium apud Caesarem, ubi Cicero oratione sua eum defendit. *Gronov.*

6 Hoc est, extra culpam ponere, quasi istis potius feminis, quam suo ingenio, istam accusationem dederit. *Gronov.* Schützius ex coniectura Ernestii edidit *offendere*, quasi vulgatum *defendere* repugnet subiectae rationi, quod nempe Tubero sit querelarum cupidus; cui rationi contra quadret optime verbum *offendere.* Explano: Mihi non est tanti, ut hominem querulum et litigiosum a culpa liberem.

7 Hoc videtur pertinere ad Ligarianam, quam Atticus in consessu virorum nobilium legerat. *Schütz.* Spectatores

sane multos, et locum sane amplum habuisti in venditanda oratione. Ep. XXIX, XIV: *Theatrum virtutibus datum.*

8 Ad ep. DCVI init.

9 Ad nonas in Tusculanum; ep. DCVI, 2.

10 Quid homines de me loquantur, et quam carpant meam sive infirmitatem, sive desidiam, quod absim a curia et foro.

11 Nihil esse melius, quam laborare de fama.

12 Atque hoc: *In omni vita* etc. videsne quam philosophice sit dictum? Edd. Iens. et Herv.: *Nihil enim melius* (Herv. *minus*) *curandum est atque hoc* etc. Legerim: *Nihil minus curandum est. Atqui hoc — vides, quam* φιλοσόφως.

13 Libros philosophicos.

14 *Morsum esse.* Nollem te momordisset id, quod nihil erat; id scil. quod scripsi, me nihil laborare de fama. Non est tanti scilicet, ut te mordeat.

15 *In toto*, in toto hoc negotio de amico periclitante, ut idem Gronov. explanat. Scribendum esse coniecit Ernestius, et rescripsit Schützius *nisi ut cui ne desim.* Videtur, inquit Gronovius, fuisse, qui dixerit turpe fore Ciceroni, si pro amico in foro periclitante non contenderet.

16 Sensus est: quasi vero id mihi curae sit, ut in foro dominer, et primus oratorum esse videar. Sic *forum tenere* dixit in Brut. 27. *I. F. Gronov.* Var. mss. Aldinae: *iudicia timere.*

17 *Neque enim illis*, scilicet nunc delector. *Idem.*

18 Epp. DCI, 1; DLXIII, 2 et DCXXIII, 1.

19 Intellige, mutare. Dicitur ironice; immo licet. Pertinet ad superius vitae genus in foro et iudiciis: quod se dicit olim probasse, nunc iure suo posse contemnere ac relinquere. *Ernest.*

DCXIII.

1 Edd. pr. *quam tu;* minus recte.

2 De A. Torquato in Caesaris gratiam reducendo; ep. sup. et DCI, 1. *Schütz. A Dolabella?* supple, cognovero. Tum *simul ac*, intellige *cognovero.*

3 Edd. Hervagii et Ascens. *aut ad summum.*

4 Tabellarios. *Corrad.*

5 Ita scribendum erat pro vulg. *IIX Kal.* Nam *XI Kal.* profectus erat, quod ex ep. DCII, 4 intelligitur. *Schütz.*

6 Cicero aliquo loco Academicorum priorum (prioris editionis; ep. DCXI, 3), quum de ἐποχῇ (*retentione*), seu de assensione ex Academicorum sententia retinenda loquutus esset, usus erat vocabulo *sustinere*, ut in Lucullo (Acad. prior. lib. II, 29). Atticus ei vocabulum *inhibere*, ut in re nautica de sustinendo navis motu solemne verbum, reponendum esse monuerat, eique Cicero obsequutus locis Acad. pr. II, 18 et 21, pro *assensionis retentio* rescribi voluerat *assensionis inhibitio*, et pro *sustinenda est — omnis assensio*, *inhibenda est — omnis assensio.* Deinde autem quum navis ad villam Arpinatem appelleretur, intellexit, quum nautae iuberentur *inhibere*, eos non sustinere remos et a remigando cessare, sed alio modo remigare, nempe versus puppim, non versus proram remigare, ut navis conversa subito eat retro et in puppim procedat ad littus. Hoc nimirum est *inhibere remis*, ἀνακρούσασθαι. Cicero igitur meliora doctus vult ubique servari, ut fuerat, verbum *sustinere.* De hocce toto loco multis disputat I. F. Gronovius Observ. IV, 26.

7 Acad. quaest. primae editionis; alii librum de Oratore (I, c. 33) significari volunt. *Corrad.* Significari primum de Oratore putat Lambinus, quod libri Academici non-

dum fuerint editi, nondumque ad Varronem pervenerint; ut licet intelligere ex iis, quae § 6 infra scripta sunt. At missi fuerant describendi ad Atticum antequam vulgarentur.

8 Fortasse hic latet nomen servi literati, seu librarii. *Schütz.* Nam cum plerisque interpretum non puto, Ciceronem Varroni umquam Academica prioris editionis dedisse.

9 Si forte, quae scripseram, mutavit, interposito verbo *inhibere.* Ernestius lectionem Bosii retinens scripsit *nisi forte mutavit*, quod Mongaltius et Goerenzius in Introd. ad Cic. Acad. p. 31 damnant.

10 Faërnus et Malaspina malebant *Lucilius;* ut sequens versus sit Lucilii poëtae satyrici. Iis assensit Schütz in ed. epistolarum. At sententiam mutavit in ed. Opp., et explanat (in Proleg. in Acad. libb.): Nihil melius est, quam ut Lucullus, quum de ἐποχῇ loquitur, dicat, se currum sustinere, idque versiculo illo veteris poëtae, sive is Lucilius, sive alius fuerit: *Sustineat* etc. Acad. prior. lib. II, 19. Rescripsi *bonu'*, ut versus constet, more scilicet poëtarum veterum; vide Goerenzium loco cit.

11 Est, interprete Budaeo (Comm. Gr. Lin. p. 390), *status pugilis in procinctu stantis, occasionique inferendae plagae imminentis.* Adiicere placet locum e Gellio XIII, 27 de hac re insignem: *Sicuti illi* (Athletae) *ad certandum vocati, proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt* etc. Ex Ernestio.

12 Ep. sup. dixit: *de fama nihil sane laboro.*

13 Qui erat cum Caesare in Hispania, sive de eo, quod Pollio ad Ciceronem scripserat de Quinto filio (ep. DLXIII, 2), sive Pollioni aliquid accidisse adversi. *Gronov.* Quemadmodum ignoratur, quo haec de Pollione pertineant, sic et illa, quae sequuntur de Pansa, Critonio, Metello et Balbino, explicari non possunt.

14 Schützius: *Si quid esset certi; de Metello et Balbino. Sed dic mihi.* Sine causa.

15 Libros a me scriptos. Leviter Attico queritur, quod Balbo quintum de Finibus librum dederit describendum. *Manut.*

16 Ex quo proverbium natum est: verbis Hermodorus mercatur, h. e. *traffica di parole.*

17 Dari librum de Finibus.

18 Supple, mutavi. Male edd. sorores Iens. Aldi, Herv. *quaedam addidi.*

19 Tacite flagellat Caesarem, per quem viris etiam ad res gerendas natis, nihil agere concedebatur. *Gronov.*

20 Vulgo *quum autem;* olim *quomodo autem;* Lamb. *quoniam autem.* Schütz. *Quod autem* est pro *in quo autem.*

21 Epp. DLXXXI, 4 et DXIII.

22 Lamb. *ut homo;* quod et Anton. et Tornaes. habent. *Humanus* tamen pro *homine* reperiri defendit Graevius laudans illa Ovid. Fast. II, v. 503:

> Pulcher et humano maior, trabeaque decorus
> Romulus;

Lucretii III, 80 et Iustini XLII, 3. Mox addidi *librariis* ex ed. Ro. post *a meis*, etiamsi scio superioribus *ut fieret tuis*, et *describit a tuis* deesse, et tamen subaudiri *librariis.* Hic enim aliquid esse debet, qui regat sequens *afuerunt;* et idem modus loquendi occurrit ep. DCXXIX, 2 in verbo *cognovi*, ubi vide.

23 Nimirum librarii mei, qui libros de Finibus describebant.

24 Binos libros, h. e. bina apographa, sive bina exempla; *due copie.*

25 An liber ei sit a me inscribendus (epp. DCII, 2 et DCV, 1). *Coheredes*, intelligit Brinnianos; epp. DCVII, 1 et DCIV, 4. *Ernest.*

26 Ita scribendum erat pro vulg. *Kal. Sext.* Confer ep. DCXXVIII, not. 3. Vere Caesar rediit ad urbem initio mensis Octobris. *Schütz.*

27 Vulgo *levius ac lenius:* quod iam Lambinus ante Schütz delevit. *Quod levius*, scil. laborat.

28 De Attica proco alicui despondenda. *Schütz.* Dubitat Mongaltius; Attica enim nondum erat apta viro, utpote circa A. V. C. DCCII nata; ep. CCXX, 4. Fit tamen aliquando, ut infantes etiam desponsentur vel propter futuram hereditatem, vel alia de causa.

29 Ea, quae novi: *hominem*, aperte repugnat seqq. *ipsum non novi.* Iccirco Schützius mutavit *ea, quae novi — nomen.*

30 A Scrofa.

DCXIV.

1 Quae videbis ep. DCXVIII, 1. *Corrad.*

2 De Marcelli interitu; epp. DCII, 5 et DLXVI.

3 Edd. Ro. et Aldi *sed ea timui;* explana: sed ea tum malo foras dari. Mutavit iam Victorius. Redit ad rem, de qua supra egerat, quod Atticus, se invito, quaedam ex libris de Finibus edidisset; ep. sup. 5 et 6, ut ait idem Victorius.

4 Et hoc mutavit Victorius; quamquam et libri vett. iam habebant. Alii olim *sat faciendum.*

5 Fortasse *inchoatum* scripsit Cicero pro *rude* vel *impolitum;* confer ep. sup. 5.

6 Debitores a me tibi assignatos, quod flagitas, ut pecuniam numerent, qua ad fani aedificationem uti cogito, valde bene facis. *Attribuere* et *appellare* ad pecuniae solutionem exactionemque pertinent. Vnde *Attributi, Attributio nominum*, et *attributa pecunia.* Popma. Cf. ad ep. DLXXXV, not. 5.

7 *Oviae* rescripsit Schütz. Intelligendum est praedium Oviae uxoris Lollii a Cicerone solutionis causa traditum; ep. DXXXVIII, 4. *Exerceri*, vexari.

8 Quod Bruto est domesticarum tricarum, sane quam molestum est; sed haec eveniunt quotidie, et vix possunt vitari. *I. F. Gronov.* Pertinet ad causam divortii, et nuptiarum novarum, de qua epp. DCIII et DCI, 2. *Ernest.*

9 Vix satis humane faciunt; ut ep. DLXXIV, 1; h. e. in mulieribus mitiorem animum desidero, quae, quum utrique aliarum rerum constet pudicitia et boni mores, altera alteram tolerare non possit, ut Gronovius explanat. Sermo est de Servilia matre, et de Porcia uxore Bruti.

10 Flagitares, ut pecuniam tibi numeraret. *Si fuisset*, nimirum si causa fuisset, cur eum appellares. Atticus ex mandato Ciceronis quantam posset pecuniam Ciceroni ipsi cogebat ad fanum exstruendum.

11 Causa voti; voti scilicet de fano filiae exstruendo; ep. DXXXIII, 1.

12 Ubi esset quiddam pecuniae. *Negavit*, scilicet pecuniam eam ad fanum exstruendum.

13 Non placet fana hominibus aedificanda in luco poni, ubi raro cernuntur, adeoque non habent vim ad memoriae celebritatem. Secus est in diis, qui satis per se noti sunt. *Sed habet* εὐλογίαν, sed habet speciem res vel ex nominis reverentia, et inde probabilis videtur. *Ernest.* Edd. ante Bosium *locum*.

14 Ad te refero. *Manut.*

15 In Tusculano; epp. DCVII, 1 et DCVI, 2.

16 Te Romae detinebit (multa enim possunt), utique postridie mecum sis. Etenim coheredes eo die aderunt, id est postridie Nonas; ep. DCVII, 1 et ep. sup. 7. *Manut.*

17 A quibus si opprimor eo tempore, quo tu harum rerum peritus mihi non adsis, malitia est illorum, qui id facient, ut mihi facilius imponant.

18 Scripsisti. Amb. 16 et ed. Ro.: *Ad me Attica*, sc. scripsit; quod tamen verum non puto. Mox edd. pr., praeter Ro.: *id quidem mihi in* etc. *In optima spe pono*, nam, ut dicunt Itali, *nessuna notizia*, *buona notizia*.

19 Dixisse verbis tuis. *Indicaris*, dixeris Atticae et Piliae.

20 Ep. DCXII init.

DCXV.

1 Edd. Iens. et Lambini *respondebo*.

2 Romam, ad eum visendum; infra.

3 Obviam Caesari.

4 Ego rei publ. et filiae interitu; ille rei publ. ruina, et nescio quo mulierum odio; ep. sup. 4. *Corrad.*

5 Ad quem Brutum venturum significat.

6 Vulgo *morabantur*. Sed hoc tempus hoc loco ineptum est. Ait enim moram nullam fore, quominus illi libri mox mittantur; ep. DCXIII, 6. *Schütz*. *Effecti* est e coniectura Ernestii, et sic habet ed. Iens. Graevius *defecti*: Lamb. *detexti*, h. e. absoluti et confecti; translatio sumta a tela; eleganter, probante Graevio: sententia postularet *descripti* ex ep. DCXIII, 6, ut iam Ernestius coniecit.

7 Num ad Varronem mitterentur; ep. DCXI extr. *Manut.*

8 Libros de Finibus. *Manut.*

9 Erat quidam debitor Ciceronis, qui ei satisfacere volebat, domo, quam habebat, cedenda ex lege Caesaris, qua decrevit, ut debitores creditoribus satisfacerent per aestimationem possessionum, quanti quaeque ante civile bellum comparassent, deducto summae aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut perscriptum fuisset; qua conditione quarta pars fere crediti deperibat; Sveton. in Iul. c. 42. Hanc igitur deductionem Cicero *retentionem* vocat. *Schütz*.

10 Intelligit Caesarianos. *Ernest.*

11 Bono modo, commoda aliqua ratione. Ed. Aldi εὐγαγῶς, Lamb. εὐλαβῶς, *cum facilitate:* Bosius εὐαγώγως.

12 Non potest aliter intelligi, quam de filia deperdita. Mox *gaudeo* necessario fuit supplendum, et iam Schützius supplevit. Ante Schützium ed. Ro. *quam delector habere, qui utar;* Lambinus *quam habere, qui utar, laetor.* Tum *qui*, sexto casu, pro *quo;* et *quo utar* est, unde sustineam sumtus. Vide Gronov. de pec. vet. II, 7.

13 H. e. omnes debitores uti retentione.

14 Tunstallus recte coniecit verba *perseca — loquere* ex aliquo poëta comico desumta esse; nec dubito verum esse, quod Ernestio in mentem venit, Scaevam illum ipsum personam comicam fuisse. *Schütz.* Ed. Ro. et Lamb. *compelle, loquere.*

15 Quod ipsi putent sibi deberi, nempe, ut partem sortis (*del capitale*) retinere liceat. *I. F. Gronov.*

16 De die tantum, quo illi ad solutionem compelli debeant, videto, non de retentione.

DCXVI.

1 Subaudiendum scripsit, vel ait. Hervagius et Ascen.: *Hermogenes mihi garrit.*

2 Meum; ep. DL, 2 et DXLII, 2.

3 Ne Andromeni quidem dedit filius meus, ut ad me deferret?

4 *Membranae;* scilicet libri quatuor Acad. quaestionum (ep. DCXI, 3), sic dicti, quod in membranis sint scripti.

5 Confer ep. DCXVIII, 3 et not. 2 epistolae DCXI.

6 Ne Varroni Academica probarentur.

7 Scilicet, dormio; idest, plane securus sum. *Schütz.* Addidi *ego* ex coniectura Lambini, ut oppositio constet.

DCXVII.

1 Vide ad ep. CDXXXI. Ed. Ro. *M. Varroni* in hac et in aliis ad eumdem epistolis.

2 Licet populus non audeat postulare munus aliquod ludorum etiam ab aliquo propositum, nisi ipsum populum aliquis, puta tribunus pl., incitaverit, ut flagitaret. *Ostenderit*, promiserit se daturum; solemne verbum in hac re.

3 Fortasse libros de Lingua Lat. significat, quos postea Varro ad Ciceronem misit. *Manut.* Cfer ep. DCIV, 3.

4 Quatuor libros Academicos (epp. DCXV, 2 et DCXIII, 6); quorum primus (vel potius libri I fragmentum) dumtaxat exstat, reliqui tres desiderantur. *Manut.* Nunc duo exstant. *Graev.* Vterque recte; vid. in Acad. libros prolegomena.

5 Impudentiam Academiae novae. Vulgo *os eius adolescentioris.* Sed *eius* delevit Ernestius, quod aberat a suo ms.; abest etiam a nostrorum multis et edd. pr. At Graevius *os illius adol.;* Lamb. *os huius adolescentioris.* De Academia vetere et recentiore vide de Orat. III, 18; Acad. poster. lib. I, 12. Impudens dicitur, quia philosophorum placita etiam perspicua in dubium vocabat.

6 Ita scribit ad Att. ep. DCIV, 3: *Iam Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem* προσφώνησιν. *Biennium praeteriit, quum ille* Καλλιππίδης *assiduo cursu cubitum nullum processerit.* Corrad. Lamb. *quum tu id tardius f.*

7 Vid. ep. DCXI, 3. Noster sext. cum Davisio in Acad. pr. lib. II, 31, 36 legit *Antiochias.* Palat. sext. et ed. Ro. *Antiochenas.* Vulgati olim libri *Antiochianas.*

8 Ep. DCXI, 3.

9 Supple, colloquemur. *De nobis*, non de aliis personis,

ut iam de Antiocho et Philone; ut Cellarius explanat. Lamb. male *et de nobis et inter nos.*

10 Sed fortuna rei publ. superiorum temporum, scilicet calamitosorum, nostram causam, quod scilicet tam sero colloquamur, defendat. Similis locutio occurrit in ep. DCII, not. 14.

11 Haec vero tempora praestare ipsi debemus; nobis horum temporum reddenda ratio est. Otium enim habemus. *Manut.* Lego *hanc ipsi* etc., et explano cum I. F. Gronovio, scilicet horum temporum causam. Nunc sublatus est iste rei publ. obtentus: et si peccemus, non possumus delegare culpam, sed ipsi ea tenemur.

12 Correctio. Certo civitatis statu aliquae etiam occasiones essent, quae nobis honestas curas in re publ. darent; *honestas*, inquam: nam nunc serviente rep. inhonestae essent.

13 In domum nuper emtam. *Manut.* Mox Lambinus *feliciter tibi evenire.*

DCXVIII.

1 Ep. DCXV, 3.

2 Epp. CXLVIII, 12 et CIX not. 7, ubi vide.

3 Ep. DCXVI, 1. *Ita putaram*, scilicet, falsum esse, ab eo Ciceronem filium Corcyrae visum. *Schütz.*

4 In Tusculanum exiturum. *Manut.* Ep. DCXV, 1. Ego tamen malim intelligere de eius obviam itione ad Caesarem. Mox *Romam*, venturus sum.

5 Lambinus: *ita volui scribere, quoniam secus te legisse;* plane ut coniiciebat Malaspina.

6 Ad tabulam (ep. DLXVII, 4) auctionis Brinnianae.

7 Obsignandum volebam, ut ille mihi Romae adesset. Confer ep. DXXXIII, 8.

8 Male Aldus *Nihil enim est;* cf. cum ep. DXLI, not. 24. Schützius sic sententias transposuit: *Iubeam libros dari Varroni? Nihil est enim illis elegantius. Etiam nunc si dubitas, fac ut sciamus.*

9 Illos libros habere; h. e., ut Varro habeat. *Desideret*, ut legitur in ep. DCX.

10 Philonis; ep. sup. *Corrad.*

11 Vbi otium legendi erit. Nam nunc (Romae) legere te potius volo epistolas procuratoris tui (Alexionis) in Epiro de rebus tuis, et eas curare. *Ernest.*

12 *Macrocolla*, sive *Macrocollum*, dicta videtur *charta* sive volumen ex maioris moduli schedis et philyris papyri Aegyptiae contextum, et glutino compactum; ex gr. verbo μακρὸς (*longus*), et κόλλα *glutinum.* Et quoniam hic agitur de impensa ad macrocollam papyrum (ep. DCCLV, 1) emendam facta, in qua macrocolla iam Cicero transtulerat, vel translaturus erat libros Academicos Varroni mittendos; hinc dicendum, ut bene iam monuit Gesnerus, macrocolla esse ampliora et pretiosiora volumina, in quae ex commentariis sordidioribus, per calligraphos scripta trasnferrentur. Vide, si vacat, Casaubonum ad hunc Ciceronis locum, Plinium XIII, 12 ibique Harduinum, Fabricium in Bibliogr. c. XXI, 10, et Isidorum Etym. lib. VI, c. 10 ibique Arevalum. Itaque non moror Guilandinum (Papyrus XIX) scribentem, Macrocollam *inter illaudatas chartas* habitam fuisse. Schützius scribit *macrocollam*, ut scribendum esse docet Salmasius ad Vopisci Quadrig. Tyran. pag. 448 inter Hist. Aug. Script. Paris. 1620 fol.; et tunc esset a κολλάω *glutino*, non a κῶλον *membrum.*

13 Teneri a nobis propositum, ut Varroni demus libros, ne si ad alium transierimus, rursus nobis impensa facienda sit in chartas; utimur verbis Popmae.

14 Ei hos libros mittamus. *Ernest.*

15 Idest, probat Antiochi partes, quas Varroni defendendas tribuimus; ep. sup.

16 Quasi volarit a Catulo, Lucullo et Hortensio ad Catonem et Brutum primo (ep. DCVI), deinde ab his ad Varronem (ep. DCIV, 3), et nunc rursus ad Brutum volare cogitet. *Et sui similem*, non consistentem et nihil affirmantem. *Corrad.*

17 Bosius e libris suis edidit *enitar* ἔργον (*opus*). Sed ei non convenit *quicquam*, quod sine sustantivo semper ponitur; unde quidam coniecere ἔργου (*operis*), quod et ipsum durum est, ait Ernestius. In ἔργον latere putat ἐργωδῶς, *difficulter, aegre*, Schützius, qui et aliam scripturam paullum immutavit edens *Ergo ne Tironi.* Absolute positum *ergo* explanat Ernestius: mittatur, vel, placebit Varroni.

18 *Complexiones verborum*, seu periodum. Ne Tironi quidem dictavi, veritus, ne quaedam aliter scriberet, atque ego dictarem, quippe qui solitus est totam periodum mente complecti; sed Spintharo de verbo ad verbum epistolam ad Varronem.

DCXIX.

1 Rutilius, Corradus et I. F. Gronovius reponendum censebant *P. Vatinio* ex epp. DXCIX; DCXLVII et DCLV. Contra eos vulgatum defendit Manutius. Primum, quia verba *salvo iure nostrae veteris amicitiae*, et *pro tuo perpetuo in me studio* non videntur in Vatinium convenire; deinde, quia verisimile non videtur, hanc epistolam, in qua de supplicatione decreta fit mentio, ad Vatinium de Dionysii fuga multo ante supplicationem ei cognita, ut ignota de re, missam esse; tertio denique, quia hic

Cicero, quum supplicationem decretam significat, M. Bolanum commendat: Vatinius vero verbum de Bolano nullum facit de supplicatione sibi decreta respondens. Quare opinatur, idque placere VV. DD. dicit, Vatinii et Sulpicii communem fuisse provinciam Illyricum. Apte ad rem Cl. Lemaire in sua ed. Parisiensi locum laudat Hirtii de Bell. Afr. 10: *Ipse* (Caesar) *cum cohortibus VII, quae ex veteranis legionibus — cum Sulpicio et Vatinio rem gesserant, ex oppido Ruspina egressus proficiscitur ad portum.*

2 Iure, quod habent ex nostra necessitudine.

3 Lambinus *Ipsum — promittoque;* sine necessitate.

4 Idem *maiorem in modum.*

5 Graeca inflexione. Lamb. *bibliothecam.* Tum *multorum nummorum,* multis nummis emtam. Sic Sall. Iug. c. 85: *Coquus pluris pretii;* quem locum iam Cortius laudavit. De Dionysio vide epp. DXCIX, 2 et DCLV, 1.

6 Sic mss. plures et edd. pr. Vulgo *reciperaro;* antiquae sordes, ut diximus ad ep. DXXVII, not. 3.

DCXX.

1 De architecto videtur sermo esse, cuius opera Caesar uteretur in describendo modo urbis dilatandae (ep. DXCIII, 5), eoque adeo graeco homine. Eum vocat *gentilem,* ut opinor, quia graecus, Atheniensis fortasse etiam erat. *Ernest.* Proprie gentilis est, qui habet idem nomen familiae, et est eiusdem gentis, sed postea qui habet idem cognomen. Cic. Tuscul. I, 16. *I. F. Gronov.*

2 Subaudi quatuor Academicos; ep. DCXI, 3. Addidi *daturum* ex edd. Iens. Aldi, Asc. aliorumque. Vulgo aberat.

3 Nempe Varro, hanc epist. quum scriberet Cicero, Romam iam venerat. *Ernest.*

4 Id dicit, quia Atticus auctor fuerat, ut hi libri Varroni inscriberentur; epp. DCXI, 3 et DCVI, 1. Mox edd. Ro. et Silberi *at fortasse*. Tum *literae meae*, praesertim DCXVIII, 3.

5 An revera dati sint.

6 His verbis vulgo nova epistola inchoatur. *Schütz*.

DCXXI.

1 Pecuniam, quam Xeno tibi debet, et sestertia quadraginta, quae in Epyro habes in nominibus, bene fecisti, quod Ciceroni filio Athenis (ep. DLI, DL, 2 et DXLV, 2) curasti; ep. DCXCIX. *Popma*.

2 Quinti fratris filio.

3 Malasp. et Faërnus coniecerunt *furere*, quod Schütz recepit; Varr. mss. Aldinae: *idque eum omnibus locis facere:* Lamb. *litigasse omnibus in locis, maximeque* etc. Faërni emendationem potiorem et ego iudico.

4 Tum etiam de patre detrahere. *Schütz*. Mox *alienissimos nos*, me et Q. fratrem, explanat Corradus.

5 Caesarem; invidiose. *Corrad. Animi*, intellige, odii, vel irae in eum. Animus saepe usurpatur pro motibus animi.

6 Duriter a patre haberi. Scilicet et hoc Quintus Cicero filius patruo suo crimini dabat.

7 In funere Porciae, quae fuerat soror Catonis Vticensis, et uxor L. Domitii Ahenobarbi, huius, qui statim nominatur infra, patris.

8 Scilicet, nullis aliis adhibitis correctionibus. Eam enim iam Cicero satis correxerat; ep. DCXXXIV, 2.

9 Qui alteram Porciam, M. Catonis Vticensis filiam, in matrimonio habebat.

10 Ed. Ro. *de ceterisque, quae scribis*.

11 Nimirum de auctione bonorum Cluvianorum (epist.

DCCLVIII), de qua inter Cluvii heredes Ciceronem et T. Hordeonium convenerat. *Schütz.* Interpungunt edd. pr. cum Aldo: *De auctione proscribenda equidem locutus sum* etc.

12 Cluviana bona, quae in auctione venibunt. *Manut.*

13 Balbo placebat proscribi, h. e. publicari, auctionem propinquo die, scil. non longe a Caesaris adventu ex Hispania, et proscribi Romae potius, quam Puteolis, ubi fuerat Cluvius: quod si Caesar (qui et ipse coheres erat cum Cicerone, Offilio et Balbo) non ita cito rediret, posse diem auctionis proferri; qui dies tamen propius aberit, quum iam Caesar adesse videatur.

DCXXII.

1 Significat Tusculanas quaestiones, in quarum secunda Epicurum summum malum ponentem in dolore refellit; ut bene explanant Corradus et Manutius.

2 Quinti Ciceronis et Pomponiae filio.

3 Sic edd. Iens. et Aldi; quibus proxime Ambr. 16 et ed. Ro. *potest impurius*, et Lambinus *pote esse impurius.* Vulgo *pote impurius* ex Victorio et Bosio; insolenter.

4 Commotum Q. Ciceronem filium tandem aliquando scripsisse ad me: *Commotum* autem laudibus, quas Brutus (qui Caesari cum ipso Q. Cicerone filio ex Hispania redeunti iam obviam processisse, ex ep. DCXVIII, not. 4, dicendus est) in me conferebat. *Scripsisse* est ex editione Ernestii, probantibus fere omnibus. Libri ante Ernestium *scripsisti.* Tum vulgo interpungebatur *iudicabisque. Bruti* etc., ubi infinitivus *commotum* a quo penderet non habebat. Secutus sum opinionem I. V. Clerici.

5 In qua habitat Pomponia mater. *Corrad.* Cf. cum ep. DCXXV.

6 Verba: *idest, utrum aperte hominem asperner et respuam*, insititia recte iudicat Valkenärius in frag. Eurip. pag. 194. Si voluisset plane dicere, non usus esset versu poëtae. Vncis inclusi. *Ernest.* Schützius sustulit.

7 Aperte aspernari. *Sed hoc*, σχολιαῖς ἀπάταις uti, ut postea usus est ep. DCXXV. *Corrad.*

8 Quinti filii repentino adventu cum Caesare ex Hispania; ep. seq. 2. *Popma.* Mox *faciliora*, quia in turba facilius dissimularem; ut explanat Manutius.

9 Quid, inquit, faciam, si Caesar subito veniat, et nos hic opprimat? aut, si subito Asturam veniat, quum eo pervenerimus? *Bosius.* Cf. ep. DCLI.

DCXXIII.

1 O incredibilem vanitatem Quinti utriusque! Quintus filius scribere ad patrem, sibi carendum esse domo odio matris; quae impietas! Pater autem languescere et clamare, filium sibi iure iratum. Cf. ep. DCXXV.

2 Totus in scribendo sum. Scribebat autem quaestiones Tuscul. (ep. sup. init.). *Manut.*

3 Supple, opera, vel via, vel occasione videbis.

4 Ne opprimar a Q. Cic. filio in Tusculano (ep. sup. extr. et seq.). *Res ista*, Bruti videndi.

5 Non inde venit, ubi sunt viri boni, qui, quod inimicum habeant Caesarem, patria exsulant; sed venit a Caesare, cui familiarissimus est factus. Diu non afuit a patria cum bonis viris, sed cito in eam se recepit, ut in Caesaris gratiam rediret. *Bosius.*

6 Fortasse ep. DXCIII, 3.

7 *De iis, quae redundant in Phaedro Platonis, et de vita Graeciae.* Videntur his verbis significari duo libri Dicaearchi. Suidas memorat Dicaearchi Ἑλλάδος βίον (*Graeciae*

vitam), et Diogenes Laërtius in Platone III, 38 narrat, Dicaearcho Platonem stylum *Phaedri* sui non probasse. Ex quo Mongaltius opinatur, Dicaearchum *de iis*, *quae redundant in Phaedro* scripsisse. Pro Φαίδρου περίσσων Thomas Reinesius (Varr. Lect. III, 2) coniiecit Φαίδρου περὶ θεῶν, *Phaedri opus de Diis.* Sed manifeste, inquit Ernestius, hic locus corruptus est. Corrad. Φαίδρου περὶ ὁρῶν τῆς Ἑλλάδος; Lamb. Φαίδρου περὶ ὅρων τῆς Ἑλλάδος; ab edd. Ro. Aldina et Herv. absunt verba περίσσων et Ἑλλάδος.

DCXXIV.

1 Interrogative hoc capiendum: Caesarem ad bonos viros (scil. ad optimates) rediturum? *Vbi eos?* intellige, reperiet. *Ernest.* Rectius εὐαγγέλια absolute ponitur, quam ut Bosius fecit, qui cum superioribus coniunxit: *Caesarem ad bonos viros* εὐαγγέλια? scil. missurum? nimirum, quod illos iubeat in patriam redire. Hanc epistolam Lambinus superiori adiungit.

2 Scilicet, ut ad inferos veniat, ubi bonos viros reperiat. *Hic autem*, *ut stultum est!* sic bene Tunstallus (pag. 22), *hic autem* bonos viros quaerere *ut stultum est?* et sic inveni in Ambros. 16. Vulgo: *ut fultum est*, quod Graevius, uti poterat, explicabat: scilicet, eius imperium, milite, amicis, pecunia fultum est. Lambinus *ut fuit tum*, *est.*

3 Opus ingeniose, summoque studio elaboratum, cuiusmodi erant statuae Ahalae et Bruti assertorum libertatis populi Rom., quas Atticus habebat in Parthenone. Vbi, inquit, est opus illud artificiosum, quod ipse vidi in Parthenone tuo, quum Brutus diceret se moveri et excitari eius aspectu ad liberandam tyrannide rem publ. exemplo gentilis sui L. Iunii Bruti et Servilii Ahalae? *Bosius.* Intelligit stemma Bruti ab Attico compositum,

in quo M. Brutus a L. Bruto, qui Tarquinium expulit, et a Servilio Ahala, qui Spurium Maelium occidit, deducebatur quasi a duobus tyrannicidis. *I. Fr. Gronovius.* Sed sive statuas M. Bruti et Servilii Ahalae, a quorum primo paternum, a secundo maternum genus ducebat hic noster Brutus, intelligas, sive eorum imagines in tabula, sive etiam huius nostri M. Bruti genealogiam; hic Cicero significat, ad imitationem praeclari facinoris debere Brutum accendi, Caesaremque interficere. Sic cum Manutio Mongaltius.

4 Quasi dicat, nihil. Neque enim possit. *Bosius.* Lambinus *sed quid faciant;* Faërnus volebat *sed faciant;* et ad Brutum Ahalamque referunt.

5 Illud optime scripsisti, mi Attice, quod ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor est, bene de propinquo nostro, nimirum de Quinto Cicerone filio, sentit. Omnium flagitiorum auctorem Hirtium potius, quam Caesarem intelligo cum Manutio. Nam is ad Caesarem Quinto filio aditum aperuit (ep. CDXXV), ut quaecumque flagitia Quintus committit, Caesaris gratia fretus, Hirtio adscribi iure possint. Lamb. *Illud optime, quod ne is quidem* etc.

6 Quintum Ciceronem filium.

7 Addidi *literis* ex Ambr. 16, ed. pr. ceterisque. Mox Gronovius emendat *quas ad me,* nempe dedit Quintus filius. *Ad meas,* supple cum Corrado, rescripsit.

8 Scribe *degustasses*, scilicet tu, patrue, Marce Cicero, vellem gustasses aliquid de suavitate sermonum, quos cum Bruto habui dum una in Hispania sumus. *Gronov.* Gronovius putat, haec etiam verba esse Attici. Communis tamen opinio Ciceroni melius tribuit, et explanat: vellem Brutus degustasset aliquid de criminibus, quae falso mihi impingit Quintus Cicero filius: tum certe eum Brutus non

amaret. Si explanatio vera est, corrige *degustasset:* nam *degustasse* videtur non ad alium referri posse, quam ad ipsum scriptorem epistolae.

9 Sic Aldus. Lambinus, aliique. Vulgatum *mi* ortum est e compendio scripturae in codd., idque iam Ernestius in ceteris fere locis a textu tacite explosit.

10 Quintum Ciceronem filium. *In libris haereo,* ut in ep. sup. 2.

11 Obviam ibit. P. Pithaeus ad marginem notaverat, an ingenio, an ex vetere libro, non liquet, legendum: *ad Saxa Acherontia,* teste Graevio. At ne huius quidem nominis ulla exstat mentio apud geographos, nisi mavis accipere cum Ernestio de Acherontia Apuliae urbe in alto saxo iacente. Turnebus divinans *ad saxa* κρούνομα.

12 Pro *ut ut.* Mirum, quam inimicus filio pater ibat, etsi id ego ei exprobrarem. Arguit levitatem hominis, qui modo languescit (ep. sup. 1), modo excandet; quod iam vidit Bosius.

13 Nihil illi dicam. *Corrad.*

14 Romam. In fine *ut sciam,* supple, facies.

DCXXV.

1 Quinto fratri epistolam misi, a te scriptam ad sororem, ut videret, quae scriberes. *Manut.*

2 Quum Quintus quereretur, bellum esse filium inter et matrem (ep. DCXXII), et diceret, se coactum cedere domo, eamque relinquere filio.

3 Dixi, Quintum filium moderatas literas ad matrem dedisse.

4 Fatebatur suam esse culpam Quintus frater.

5 Vide ep. DCXXIII extr. In Tornaes. σκολιαῖς ἀπάταις. Mox inseruit sine mss. *iratum* Schützius. Inseruerat iam Lambinus necessario.

6 Significat filiam Gellii Cani (ep. DXCI, 4), de qua nuptui danda Q. Ciceroni filio nescio quid actum fuerat. *Bosius.*

7 Vt placarer ei revera, non simulate. Nostrarum enim discordiarum opinio valde illi ad uxorem inveniendam obesset. *Manut.*

8 De Quinto filio a nobis non alieno. *Idem.*

9 Quin placatos Quinto filio nos praebeamus. *Idem.*

10 Nisi aliquis commeatus a te venerit, nisi tuae literae mihi commeatum fecerint. *Commeatus* significat permissionem ac veniam domo abeundi, aut peregre proficiscendi, aut diutius (si profectus fueris domo) emanendi. Sic vocem defendit et explanat Graevius laudans Svetonium in Tib. 10 et 12, et in Claud. 23, probante Ernestio; tum prosequitur: Hoc ipsum quoque voluit Cicero: Cras, inquit, ad te veniam, nisi mihi scripseris, me nondum desiderari, licere mihi diutius abesse. Olim *commotus*, pro quo legendum coniiciebat Lipsius *commonitus*, vel fortasse melius ablegandam esse vocem ad principium epistolae DCLII, quae in vulgatis libris hanc immediate sequitur, hoc modo: *Commotus venit ille ad me.*

DCXXVI.

1 Ludorum, quos spectare solent homines ita, ut non possint scribere: et tu fortasse cum Attica spectabas; ep. seq. 3. *Corrad.*

2 Post ludos, vel potius ex ludis, quibus intereras. De hisce ludis scribit Svetonius in Iul. c. 76 et Dio lib. XLIII, 14. *Corrad.*

DCXXVII.

1 Pompam intelligit Circensem, qua Caesaris signum inter Deorum signa gestatum est decreto Senatus. Dio XLIII, 14 et XLIV, 6; Svet. in Iulio c. 76. *Manut.*

2 Vel id, quod scribis de Cotta, percrebrescere. Percrebuerat enim, ut ait Svetonius in Iul. 79, *proximo senatu L. Cottam XVvirum sententiam dicturum: ut, quoniam libris fatalibus* (Sibyllinis) *contineretur, Parthos nisi a rege non posse vinci, Caesar rex appellaretur.* Quae causa coniuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse esset. Vide de Divinat. II, 54. *Manut.*

3 Cuius signum in pompa prope Caesaris signum gestabatur. Plausum itaque Victoriae non dederat populus, ne Caesari dare videretur. *Schütz.* Cicero circuitione utens, Victoriae malum vicinum Caesarem appellat, ut Manutius recte interpretatur. Mox *ploditur* pro *plauditur*, quod ipsum ediderunt Olivetus et I. V. Clericus. Edd. Iens. Aldi et Ascens. *Victoria,* contra morem Ciceronis et vett. cod., teste Victorio.

4 Scribere; ut epp. DLXXXVII, 1 et DLXXXVIII, 2. *Corrad.*

5 Annueram quidem, sed ita, ut dicerem ipsi Bruto, videret pompam, qua Caesar sic occupatus erat futurus, ut, quod scriberem, legere non posset, vel nollet, quod his epistolis non laetaretur; ep. DLXXXVIII, not. 9, 10. Alii *sed pompa deterret. Corrad.* Edd. Herv. et Asc. *sed pompa videlicet.*

6 Libros Academicos; epp. DCXVII et DCXVIII, 3. *Ernest.*

7 Ludorum spectatione occupatus. Amb. 16 et edd. Iens. et Romana *pelliget* et *pelleget;* ut in ep. XVIII, not. 6.

8 Quod ei concesseris ludos Romanos spectare. *Schützius.*

9 Quum spectatione ludorum, tum opinione et fama religiosae puellae, ut quae intererat pompae, deorum simulacris, quae gestabantur, augustissimae. Omnes fere libri praepostere *religione opinionis et famae.*

10 Librum Cottae, qui, quum Caesaris esset legatus, περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας (*de Romanorum re publ.*) graece scripsit. Athen. VI, c. 21. Sic *Torquatum* ep. DXCII, 3. *Corrad.*

11 Libonis annales; ep. DXC, 3. *Idem.* Et ep. DXCII, 4.

12 Cascae librum, quamvis ea de re nihil scriptum viderimus. *Idem.*

13 Ep. DCIV, 2.

14 Librariis tuis. *Manut.*

15 Immutatum quidem, sed non sublatum. Habet enim Ligariana c. 11 *Corfidium:* vide Iac. Perizonii Animadv. Histor. c. 1.

DCXXVIII.

1 Aedilem hoc anno fuisse, colligere est ex eo, quod iubetur ludos parare, ut statim infra dicitur: *ut ad ludos omnia pararet.* De eo conf. ep. DCCLXXXVI.

2 Epistolae a Diochare, Caesaris liberto (ep. CCCXCVIII, 4), scriptae. *Manut.* Vel saltem a Diochare allatae, ut explanant Corradus et Bosius.

3 Qui committi solebant prid. Non. Septemb. Vid. de Orat. I, 7; Verr. V, 14; Phil. II, 43.

4 Ab Hispania, victis Magni Pompeii filiis.

5 Ipse Caesar properasset ad ludos spectandos.

6 Nam ludorum dies feriati erant, iisque a negotiis omnibus cessabatur. Iccirco et auctio Brinniana dilata erat (epp. DCVII, 1 et DCIV, 4), et Cicero diutius Roma abesse poterat. De Brinniana auctione agi potius, quam de Clu-

viana, arguit Manutius ex eo, quod Cicero infert: *De — Egnatio* scire *poteris*, quem coheredibus Brinnianis amicum et familiarem fuisse ostendit epist. DCXXX.

7 A Baebio poteris, et ab — Egnatio scire; ut ep. DCXXX.

8 Nimirum, hortaris hominem iam volentem.

9 Vt agam de eius re cum Dolabella; epp. DCXIII, 2 et DCI, 1. *Manut.*

10 Vt Cretionem Cluvii Puteolani (ep. CCXXXI), et rationem testamenti cognoscerem; ep. seq. 2. *Manut.*

11 Vt advenientem Caesarem possem excipere. *Idem.*

12 Cluvii. *Idem.*

13 Coheredibus. *Idem.*

14 Facti, sed non signati. Quae sequuntur, sic in libris omnibus paullo antiquioribus legebantur: *auctionem praeter praedia.* Vulgatam hodie transpositionem Malaspinae debemus, viris doctis ad unam consentientibus.

15 Vt ep. seq., 2 *mittendum est;* quod iam Corradus vidit; *non eligendus.*

16 Qui Puteolanus erat, et hoc tempore in patria. Verba *nec nostri studiosiorem* addidit Bosius ex suis scidis et mss. Tornaes. et Crusell.

17 Scil. scripsisse ad Vestorium, quin ipse Puteolos eam; ut Manutius explanat. In ep. seq. 2: *o Vestorium negligentem.*

18 Qui nostram rem non agamus, alteri mandantes. *Manut.* Supra ed. Ro. *pungit me, ne.*

DCXXIX.

1 Scilicet, dixerat, se affuturum ad Id.; ita tamen praesto fuit, ut prid. Id. adesset. Schützius verba *ad Id. Sext.* delet tamquam e glossa. De particula *ita* vide ad ep. DXXVII, 1.

2 Nullas a Vestorio literas attulit, ut cognoscere quicquam possem de cretione Cluvii. Itaque fuit plane pollex, non index. Iocus in ambiguitate nominis. Pollex enim etiam digitus in manu: quem index pone sequitur. *Manut.*

3 Sic cum Bosio, Ernestio et Schützio cod. Ambr. 16 et ed. Iens. Notum est, Caesarem post Hispaniensem victoriam duo prandia populo praebuisse. Svet. in Iul. c. 38; Plin. XIV, 15. Lepta igitur optaverat, ut sibi a Caesare curatio vini ad has epulas mandaretur. Alii bene multi legunt *de sua vi in curatione*, et explanant: de sua facultate, quam vellet in curatione ludorum ostendere; et aiunt hoc modo locutum Ciceronem de Orat. I, 49: *Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia unus omnia paene profitetur.* At hic non agitur de forma loquendi, sed de sententia. Magis me movet, quod a Mongaltio obiicitur, nempe de munerum ac ludorum curatione, non vini, Leptam laborasse, quod constat ex ep. DCXXXI. Attamen, si locum recte inspicias, compertum satis habebis, illic agi non de curatione munerum in genere, sed de *aliqua* tantum curatione, quae *aliqua curatio* ad vini curationem, vel, hac non impetrata, ad aliquam aliam curationem in specie referri potest. Alii corrigunt *de sua re ac ratione;* I. F. Gronovius coniiciebat ex ep. DCCCXLV circa fin. *de sua ligurritione*, ut Cicero sic per contemtum appellaverit petitionem curationis munerum et ludorum a Caesare per regiones urbis dandorum; Tunstallus de συνωνύμῳ *curatione*, ut ad nomen Leptae respiciatur, et illud curationis munus λεπτὸν appelletur, i. e. tenue et exiguum. Edd. pr. vitiose, puto, *de sua vi in Curione*, vel *Curionem.*

4 Supple praedio. Conveni autem in eo praedio Lanuvino, quod ego Balbo, Balbus autem Lepido vendidit; ut colligitur ex ep. DCXXXIII. Hoc iam Graevius vidit.

5 Audivi. *Paullo ante* etc. verba Balbi ad Ciceronem. Schütz correxit *acceperat*, ut verba Ciceronis sint, non Balbi.

6 Caesar, scilicet, se venturum.

7 Ep. DLXVII, 1. Mox ed. Herv. *quem*.

8 Scilicet, quod Bruti Cato acute quidem, sed non eleganter et diserte scriptus esset. *Ernest.*

9 Cognovi Cluvianae hereditatis adeundae rationes, conditiones; nempe liberam esse hereditatem, adeundam esse testibus praesentibus etc. De cretione in genere iam diximus ad ep. CDVII, 4. Cretio autem libera quae sit, non convenit inter doctos. Inter alias explicationes magis arridet Manutii, qui *cretionem liberam* dicit esse hereditatem liberam; intellige a legato: nam Hordeonius legata solvere debebat. Haec iam Ernestio placebat. Graevius corrigebat *Tum ex eo cognovi*, ut superioribus *ex eo hoc primum* responderet. Facile autem τὸ *tum* ab ultima praecedentis vocis syllaba potuit absorberi.

10 Advocandus esset Vestorius Lanuvium, ut cum eo de cernenda, hoc est, adeunda hereditate loquerer. Bosius, quem alii secuti sunt, dedit *arcendus esset*, hoc est, continendus, reprimendus, ne in hereditatis cretione nimium praecipitaret, et ante cerneret, quam mature considerasset omnia, ut Mongaltius auctoritate Festi (in *continere, reprimere*) explanat. Sed *arcendus* fortasse est amovendus ab hereditatis totius negotio, ut qui adeo negligens fuerit, ut nihil de cretione hereditatis adhuc scripserit.

11 Nunc significandum est Vestorio, ut cernat. Idem igitur Pollex mittendus Puteolos, ut significet; ep. DCXXXIII. Edd. Aldi et Herv. *non committendum est, ut meo iniussu cernat* etc.

12 Hic interpunge. Nam quod sequitur, *liberalius*, per se consistit, ut sit: liberalius respondit. *Manut.* Germani, teste Victorio, *illiberalius*, ex quo Corradus corrigebat

ille liberalius, Lambinus *nihil liberalius.* Mox *ad Caesarem*, quia et Caesar coheres erat; ad ep. DCXXI not. 13.

13 Item cognovi, Cluvium a T. Hordeonio legare Terentiae, — sepulchro etc., a nobis nihil legare; hoc est, Cluvius testamento legavit, ut Hordeonius coheres numeret Terentiae H-S 50000, et ad sepulchrum, multasque alias res sumtus suppeditet, nobis nihil imperat; et ita cretio nostra libera. De formula loquendi vide pro Cluent. 12, et in Top. 3 et 4. Sic et ep. CCL, 8 *se a me solvere*, et CCCXV, 4 *ab Egnatio solvit.*

14 Supple, de re Cluviana significasse. *Per meos*, scil. pueros sive servos; puta Pollicem.

15 Mortuo. *Manut.*

16 Curabo, solvendum ab alio, si quid aeri meo alieno soluto superabit ex nummis hereditatis. *Delegare* in re pecuniaria dicitur, qui non ipse de arca solvit, sed creditorem remittit ad alium per attributionem (ep. DLXXXV, 1), a quo pecuniam accipiat, quod et *solvere ab alio* dicitur. *Quinto*, intellige fratri. *Superabit*, ex hereditate Cluviana.

17 Sic Aldus, Lamb., ut in ep. DCXXIV, not. 9. Emendassem etiam supra, si cui inniti potuissem. Vulgo *mi.*

DCXXX.

1 Fortasse hic excidit *vesperi.* Schütz. Libri vett. *VIII Kal. Iul.;* prorsus mendose, inquit Bosius. Nondum enim mensi Quintili indictum fuerat nomen *Iulii*, et nomen Iulii maxime stomachatur noster in ep. DCCXLVII, 1. Itaque *Iul.* recte abest a Decurt., et intelligi debent Kal. Septembres.

2 In Tusculanum. Nam si Romam voluisset significare, *istuc* dixisset: etsi ego malo *istuc* legere. *Corrad.*

3 Ep. DCXXVIII. Denarii apud Fulv. Vrsinum (De Fam.

Rom.) docent, ut Fabiorum, sic Egnatiorum cognomen fuisse *Maximo*. Hinc nihil opus corrigere, ut aliqui fecerunt, *per Egnatium maxime*, vel *per Egnatium. Maximum illud* etc.

4 Fratre Publiliae uxoris (ad ep. DL, 1), cui restitutio dotis debebatur post divortium; quod divortium non arbitrabatur populum improbaturum, quum vulgo iam ante iactatum fuisset, et quasi fabula decantatum hoc futurum. *Popma*. Mox ineptum *paene* delevit Schützius. Tum *de quo*, sc. divortio.

5 E Terentii Andria A. 1, sc. 2, 14, sive Andria v. 185. *Corrad.*

6 Scilicet, hoc populum nihil curare. *Schütz.*

DCXXXI.

1 Fortasse Pompeium Maculam, amatorem Faustae, L. Sullae filiae, de quo Macrobius Saturn. II, 2. *Manut.*

2 Parando nobis (sic enim interpretandum videtur) hospitio. *Corrad.*

3 Qui Caesari ex Hispaniis redeunti ire obviam cogitamus. *Corrad.*

4 Lamb. *is mihi locus.*

5 Caesar nimirum post reditum e bello Hispaniensi ludos regionatim in urbe faciendos curavit (Sveton. in Iul. c. 39), eaque munera iam tum apparabantur. *Schütz.* Consule ep. DCXXIX, 2. Alii libri *munerum regiorum*, et accipiunt dictum in Caesaris invidiam. Non placet.

6 Lamb. *ut mihi videris;* vitio operarum.

7 Vt sis inter Caesaris domesticos. *Corrad.*

8 Nimirum Caesar.

9 Te ludos curasse: quod ignorare potest in tanta maio-

rum rerum occupatione. *Manut.* Additur *id* ab Ernestio ex aliquibus libris. Vulgo *si modo ipsum sciet.*

10 Hoc ipsum Cicero monet de Off. II, 20: *Qui se*, inquit, *locupletes, honoratos, beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt: quin etiam beneficium se dedisse arbitrantur, quum ipsi quamvis aliquod magnum acceperint.* Eiusdem generis illud in ep. ad M. Antonium DCXCIII B: *Literae vero tuae — sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te ita petente.* Manut.

11 Idest dignitas et honestas aliqua: quod consonum omnino videtur sequentibus: *aliter quidem non modo non appetendum:* quasi dicat, si honestum non est, neque est appetendum. Nostri omnes cum Manutio, Martyni-Lag. et Schützio *in quo sit spes*, nimirum beneficii assequendi.

DCXXXII.

1 Vide ep. DXCVII.

2 Qui Corcyrae exsulabat. Vnde Martyni-Laguna recte colligit, Torannium eamdem exsilii sedem habuisse. *Schütz.*

3 Fortasse legendum *ita hoc tempore.*

4 Nempe Torannio Caesari ex Hispania advenienti obviam ire volenti Cicero suadet, ne se loco commoveat.

5 Scilicet, illud est plurimi faciendum, *posse te subito* etc. Lectio est ex Victorii cod. Vulgati olim libri *ne illud quidem negligendum quamvis.*

6 Scilicet Caesarianis. Ita est in omnibus nostris, si unum demas. Amb. 2, Victorius, Gebhardus et Graevius dederunt *adventibus;* sed locutionem *adventibus se offerre* merito improbat Ernestius.

7 Caesar.

8 Sic bene Ernestius; cui suffragantur paene omnes libri. Ed. Med. *quando.* Vulgati ante Ernestium *quum.*

9 Ambr. 13 omittit *tibi* cum Lamb.

10 Pro *eo aetatis*, h. e. ea aetate. Cic. II. Verr. 37. *Cort.*

11 Ambr. 7 *accidunt;* 15 *accident* cum Iens. et Lamb.

12 Lamb. *istim.*

DCXXXIII.

1 Versiculus est Ennii, vel alius Tragici, quem constitui de Iani Gulielmii sententia (Plaut. quaest. pag. 130) ita, ut sit trochaicus catalectus: *Posteaquam abs ted, Agamemno, tetigit aures nuntius.* Ita enim legitur in mss. compluribus, etsi Balliol. et Helmstad. non agnoscunt illud *aures nuntius.* Schütz. Vulgo *Posteaquam abs te, Agamemno, — tetigit, extemplo* etc.

2 Cuius causa hic me tenet; ep. DCXXVIII. *Manut.*

3 Sic tacite ediderunt Ernestius et I. V. Clericus; voce tantum *extemplo* revocata ex Tornaes. Huraltino, et uno Memmianorum a Schützio. At Graevius: *extemplo instituta omisi, ea, quae — habebam, abieci.* In quo vocem *instituta* nec Ball. nec Helms., nec quos viderunt Vict. Manutius et Malaspina, agnoscunt, et *omisit* explanationem esse sequentis *abieci* fatetur ipse Graevius, quin tamen delere sustineat. Nunc ex *omisi* factum videtur, nescio quo auctore, *omnia.*

4 Rationes sumtuum, quos fecimus Athenis in Marcum filium (ep. DXLII, 2). Nolo enim illum primo anno egere, etiamsi prodigus sit, et assignata pecunia non sufficiat; ep. DLXXXIV, 1. *Popma.*

5 Vestorius, de quo epp. DCXXVIII circa fin. et DCXXIX, 2, 3, 5.

6 Ad ep. DCXXVIII, not. 10.

7 Venturum esse. *Corrad.*
8 Sic etiam appellat eum in ep. CDXLVII, quia docebat Ciceronem, quonam modo se gereret adversus Caesarem, et quibus maxime rebus posset illius animum recolligere. *Molestum,* quod apud Ciceronem frequentior erat, quam ille, otii cupidus, voluisset. *Manut.* Magistrum cenandi, qui me docebit, quo cenae apparatu Caesarem accipiam. In ep. CDL, 2: *Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros.* Popma.
9 Magister equitum, qui postea triumvir. Conf. ep. DCLII extr.
10 Abest *quoniam* ab edd. Iens. Aldi et Herv. *Aeger;* cf. ep. DCXXXI.
11 Romae (ut ep. DLXXII, not. 6) ero.
12 Cenes, ut ep. XXVII, 3. *Corrad.* Edd. Iens. Aldi, Ascen. aliorumque *Tu, velim, sis — apud nos.*
13 Cum Publilio et sorore; ep. DCXXX, not. 4; *transigi,* de dote reddenda. *Manut.*

DCXXXIV.

1 Forte Kalendis Septembribus. Nam ex ep. sup. apparet, Ciceronem Kalendis Sept. fuisse Romae in senatu, eoque ipso die recurrisse in Tusculanum.
2 Lamb. *mortuus enim est;* melius, opinor, *mortuus est enim,* vel, ut habet ed. Iens., *mortuo enim Babullio.*
3 Puto, Caesarem Babullii heredem esse ex uncia: etsi de hoc nihil adhuc intellexi. *Manut.*
4 *Haud* adiecit Ernestius ex ingenio. Graevius coniecit *non,* quod est in Var. mss. Ald. Sequuntur Ernestium Schütz et I. V. Clericus.
5 Remittas velim.
6 Ep. DCXXI, 3. Apud Lambinum aliosque vett. hoc est

seq. epistolae principium. Mox Lambinus *atque eo;* verissime: nam, ut observat Ernestius, Cicero non solet *ac* dicere sequente vocali.

7 Pariter in funere Porciae.

8 Ineptum hoc loco *me* addidit Malaspina ex Faërni libro et Antoniano.

DCXXXV.

1 Multi mss. cum edd. Iens. et Lamb. *rure;* ut Horatius semper, v. c. lib. I, epist. VII, 1:

> Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum.

Vide G. Vossii de Analogia lib. II, c. 12.

2 Hermogene Tigellio, tibicine et cantore, Phameae nepote. Is C. Caesari et Cleopatrae acceptissimus. Nil itaque mirum, si de accusatione a Tigellio delata, solicitum quodammodo videmus Ciceronem. Vid. Horat. Serm. I, 2, v. 3, ibique Scholiast. vet. *Si quid novi* habes, scribe.

3 Vt contra orbos boni viri filios, et Caesaris affines. *Corrad.* Mox edd. Ro. Hervag. Asc. et Lambini *sed Phameae causa.* Explano: receperam et non libenter, et Phameae causa.

4 Quum ego consulatum petebam.

5 Quam pollicitationem ita spectabam, vel animo retinebam.

6 Scilicet Phamea, Tigellii avus. Vide ep. seq.

7 Iudiciaria (alii *de ambitu* appellant; ep. CCCLXVI, 3) lata a Pompeio in III cons. (A. V. C. DCCI), quam *novam legem* appellat de Fin. IV, 1. Ea formam iudiciorum breviorem statuebat, ut, datis testibus, uno die atque eodem et accusator et reus perorarent ita, ut duas horas accusator, tres reus haberet. Brut. c. 94; de Fin. IV, 1; Pedianus in argumento Milonianae. *Popma.*

8 Quae fiunt lege Pompeia de ambitu et de vi. *Praestitutos*, ut iis diebus praetermissis in alios dies reiicere causas non liceret. Quo fiebat, ut die praestituto causam agere patronus cogeretur. Pedianus l. c. *Manut.*

9 Lucii filio. Eius enim opera potissimum in patriam est restitutus Cicero; epp. LXIX, 2, 3 et LXXV, 3.

10 De Tigellii in me iniuriis. *Neque nominavi Balbum minorem*, a quo scilicet acceperam. *Ernest.*

11 Idest, non ei parum laboris et molestiae fuit, quum vellet Tigellium ad meliorem mentem revocare reprehendendo et admonendo. Vide ad ep. DCXXXIX. *Idem.*

12 Hoc sentit Cicero: *Ait Gallus*, Tigellium dixisse, me suspicari illum mihi iratum esse, non quod audierim, sed quod male mihi sim conscius, me dignum scilicet esse, cui irascatur. *Graevius.*

13 Ab illo nostro — exquiras. Corradus Quinti fratris filium intelligit; de quo vide ep. DCXXII; cui tamen interpretationi adversatur vox *quare:* Manutius et Popma, Balbum minorem; sed non memini hunc a Cicerone alias appellatum *nostrum;* melius Ernestius *ipsum Gallum* explanat.

14 Schützius post Lambinum et Erasmum (Chil. 1, cent. 6, Pr. 4) lacunam hic suspicatus, sic explet: *et quemadmodum non omnibus dormire, ita non omnibus servire;* vide ep. seq. Nihil necesse. In eo enim dumtaxat est Cicero ut dicat, se Phameae non servire. Edd. vett. praeter Ro. *et quemadmodum non omnibus servire:* Bosius et ceteri cum Graev. *est, q. n. o. s.* Vulgatum hodie dedit primus Ernestius ex ed. Ro. At Lamb. *quemadmodum et non o. s.*

15 Caesariani Oppius, Balbi, Hirtius etc.

DCXXXVI.

1 Schütz ex emendatione Ernestii *verto.*

2 Non omnino inepte cod. Rec. *de Tigellio perspexi.* Hoc verbo utitur Cicero etiam initio ep. DCLVII. Sic Ambb. omnes, secundo excepto.

3 Omnes libri, quos sciam, ante Ernestium tum plumbeis formis vulgati, tum manu descripti, *de re*, et sic est reponendum; scil. *dicam.*

4 Rem narrat Plutarchus (in Ἐρωτικῷ, p. 759), et Erasmus (Prov. Chil. I, cent. VI, 4). Calbas vel Cabbas, Romanus, quum Maecenatem excepisset, eumque nutibus videret ad suam uxorem alludere, sensim capite inclinato somnum simulavit. Quum autem interim servorum quidam ad mensam accessisset extrinsecus, ac vinum suffuraretur, apertis oculis: Perdite, inquit, an nescis, me soli dormire Maecenati? Ex Plutarcho sumsit Caelius Rhodiginus XII, 16. Huic simile meminit Sex. Pompeius Festus in *Non omnibus dormio*, apud quem est *Cipius* pro *Calbas:* et ibi lectionem a Cipiorum familia ex Ovid. Met. XV, 565, Valer. V, 6, 3 et Plin. XI, 37, defendit Gothofredus. Codd. Ambb. *Citius*, vel *Cepius.* Ernestius malebat *Catius;* nescio quare. Lamb. *Cipius*, Ovid. l. c. *Cippus*, Val. Max. et Pigh. ad an. DXV *Cipus.*

5 Operam meam non omnibus concedo. Immo servitus haec, idest opera mea, parva aut nulla.

6 Scilicet in foro. *Olim*, libera scilicet re publ.

7 Tigellium; ep. sup. *Corrad.*

8 Sardinia, quae hodieque pestilens esse dicitur. *Idem.*

9 Schütz *eumque addictum iam dudum Calvi L. H. praeconio*, in quo verba *puto esse* insititia esse iam pridem Gronovius censuerat: et vox *tum* abest a Rec. et duo-

bus Ambb. Praeconum est, inquit I. F. Gronovius, proclamare venales, eorumque praedicare virtutes et artes, ut citius emtorem inveniant: iidem addicebant emtori, seu iubebant emtorem ducere emtum, ubi de pretio convenerat. Ita proscripsit proclamavitque Hipponacteo carmine Tigellium, et praedicavit publicavitque eius scelera et vitia, et hominem duraturae in aeternum infamiae quasi addixit Calvus *poëta.* Porro *Hipponacteum carmen,* quod et *Scazon* dicitur, nomen sumsisse videtur ab Hipponacte poëta, eratque eiusdem generis ac Iambum Archilochi.

10 Ipsius Phameae; quasi velit addere: non Tigellii nepotis sui. Vide ep. sup.

11 Sic tres nostri cum vett. edd. et ep. sup., sensu concinniori, ut nobis videtur; sic et Schützius. Vulgo *me facere posse*, *quum vellem: alium* etc.

12 Quasi ob hoc cristas erigeret Phamea, quod Tigellium nepotem et bellum tibicinem haberet. Vidit I. F. Gronovius.

13 *Cantorem* Manutius corrigebat; quae correctio magis, quam vulgata lectio *unctorem,* et mss. codd. legentes *auctorem,* vel *victorem*, Tigellio musico conveniunt. Sic enim melius declaratur liberalitas Ciceronis et cupiditas satisfaciendi Phameae, quum affirmet, uno illo excepto, se omnibus aliis diebus arbitratu ipsius in potestate ipsius fore. Id iam sensit Victorius.

14 Nempe Phameam et M. Tigellium. *Graev.* Proverbium natum ex eo, quod quum Tiberius Sempronius Gracchus altero consulatu Sardiniam domuerit, tantum captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium veniret *Sardi venales;* ita Aur. Vict. de Vir. ill. c. 57. Aliam affert causam Plut. in Rom. p. 33, quem vide. Erasmus in Prov. Chil. I, cent. VI, 5. Vide Pontederam ep. 34,

p. 313, et Gronov. de Pec. Vet. IV, c. 10. Mox ed. Med. *cognovisti.*

15 Nec Graecis ignotum nomen, qui vel luxuriosum et mollem, vel in pauperie superbientem, vel prodigum etiam interpretantur. Vide Hesych. et Suidam. Vid. etiam ep. DCLXVII.

16 Galli librum de laudibus Catonis Vticensis. *Schütz.*

DCXXXVII.

1 Edd. pr. cum Aldo *mitterem, institueram.*

2 Anticatonem a Caesare conscriptum; ep. DLXVII, 1. *Schütz.*

3 In hoc loco vitium esse indicat Hotomannus (Obs. V, 5), corrigitque *mancipio dare servum suum.* Scilicet, quum Vestorius ad Ciceronem ipse proficisci non posset, ut ei a Cicerone mancipio dari posset ille fundus Brinnianus (ep. DCVII, 1), quem deinde ipse Hetereio Puteolano daret, cui Cicero vendere volebat, voluit ad Ciceronem mittere servum suum, quem praesentem iuberet praesens legitima formula, fundum illum mancipio dare Hetereio, ut ipse, Vestorius, cui id per servi personam mandatum esset, Puteolos ire, et fundum recte, idest ex legibus, Hetereio mancipare posset. *Ernest.*

4 Hereditatis; ep. laudata. *Corrad.*

5 Locutum esse, egisse de iniuriis eius et reconciliatione; ep. DCXXXV. *Ernest.*

6 Intelligunt a Caesare, quum ei obviam venisset; quod Ernestio non placet, coniicitque legendum *quomodo acceperit,* scilicet, quomodo acceperit id, quod ego de ipsius iniuria per te questus sim; vel vulgatum *quantum* interpretatur *quatenus* id acceperit.

7 Caesari. *Nisi Alsium?* an non ibo, nisi Alsium usque?

8 Mihi parando; sic ep. CDXLVI init. Plin. l. III, c. 5. *Corrad.* Tum *profectum,* Alsio obviam Caesari.

9 Corrigunt *Sallustius*, quod proxime dixerit *Sallustius* — *urgebitur,* vel utrobique *Silius* legi volunt. Potest tamen intelligi tertius, ut monet Ernestius, ad quem de hospitio sibi parando Cicero scripserit.

DCXXXVIII.

1 Abest *tum* ab. ed. Iens.

2 Sic apud Olivetum correxit Franc. Odinus vitiosum *Micillus,* hoc sensu: Tibi exemplum non misi, non ea causa, quam tu suspicaris, quod scilicet me puderet tui, nollemque a te videri tam ad Caesaris pedes abiectus et ridicule parvulus. Edd. pr. cum Graevio *ne ridicule Micillus.* Bosius dedit e ms. Decurt. *hemicillus*, idest ἡμίονος, quod est convicium in eum, qui se prorsus subiicit et submittit potentiori, ut apud latinos asinus et mulus. I. F. Gronovius coniiciebat *ne ridicule humilis,* quae coniectura similis est Odinianae, quatenus sententiam spectat. Tunstallus pag. 163: *ut me puderet. Fui nec ridicule* ἡμίκαλος, i. e. semiliber. Bosii nunc vulgatur lectio. Ego cum Schützio Odini praetuli; nisi quod Schützius verba etiam sic transposuit: *ne ridicule* μικκύλος, *ut me puderet tui.*

3 Caesaris Anticatonibus; ep. DLXVII, 1. *Ernest.*

4 Eam firmiter valere; conf. epp. DCIX et DCVIII.

5 Mihi restitue placatum; cf. ep. DCXXXV.

6 Quinti filius cras venturus est. *Corrad.* Conf. epp. DCXXV, DCXXIV et DCXXII.

7 Caesar, qui ab Hispaniensi bello revertebat. *Manut.*

DCXXXIX.

1 Amb. 12 *epistolam tuam.*

2 Libri multi cum Lamb. et Schützio *salva est domi; petes* etc. Vulgatum tuentur Vict. et Ernestius, quia ad arripiendum errorem, in quo Gallus erat, epistolam conscissam fuisse, sufficit dixisse: *salva est;* quum addidit *domo petes*, declarat penes se illam esse.

3 Ne iocemur dum Tigellium scimus iratum.

4 Sic codd. omnes, quotquot hactenus manu versavimus, cum antiquissimo Medicaeo. Vulgo *ne si istum habuerimus*, quod interpretantur: Ne, si Caesar dominabitur. Victorius, qui et ipse ad Caesarem locum referebat, corrigebat *ne nisi istum caverimus*, quam correctionem Ernestio probavit. Rectius, opinor, Schützius post Corradum explicat: Nisi Tigellium nobis placatum reddiderimus. Post haec in alia abit Cicero, et ad Caesarem sermonem convertit.

5 *Risum sardonium*, hoc est amarulentum, vel fictum. Proverbii originem ita declarat Servius ad Virg. Ecl. VII, 41: « In Sardinia nascitur quaedam herba, ut Sallustius dicit, quae sardon dicitur, apiastri similis (et sapore dulci); haec ora hominum rictus dolore contrahit, et quasi ridentes interimit. » Vid. et Erasmum, Adag. Chil. III, cent. V, Prov. 1.

6 Proverbium esse existimo sumtum a pueris pictorum, qui, absente magistro, sumto penicillo aliquid et ipsi furtim in tabula pingere conantur. Quo repente superveniente, admonentur a ceteris, ut cito manum de tabula removeant, ne in illos magister animadvertat. Monet igitur Cicero Fabium, ut appropinquante Caesare (ab Hispania; epp. DCXXVIII et DCXXXIII) manum et ipse

de tabula cito auferat: scribebat enim *Catonem;* quae scriptio parum Caesari grata et iucunda esse poterat, ut quae inimicissimum illi hominem summis laudibus ornaret. Quum autem se quoque cogitaret, quia et ipse etiam Catonem scripserat, apud cum offendisse, subiungit: *Vereor ne in Catonium Catoninos,* idest, timeo, ne Caesar commotus ira ad inferos demittat Catoni deditos, et Catonem amantes, idest, me ipsum et te, qui Catonis laudes scripsimus. Nam et A. Gellius videtur ostendere *Catonium* pro *inferis* sumi quandoque solitum. Vide lib. XVI Noct. Att. cap. 7. *Victorius.*

7 Graevius *id tecum habeto.*

8 Pro *duos;* ad ep. LII, 2 aliasque; quod Lambinus edidit.

9 Amb. 13 *videto.*

10 Hic videntur quaedam excidisse, in hanc fere sententiam: Tu vero perge te ad eloquentiam exercere sic, ut ego philosophicis libris scribendis operam do. Nihil enim hoc tempore melius facere possumus. *Vrge igitur* etc. *Schütz.*

11 Nec minimum discedas, quam minimo spatio discedas. Metaphora partim sumta ab iis, qui tabulam aliudve quid simile metiuntur sive digitis, sive pedibus. Locum illustrat Erasmus Adag. Ch. I, cent. III, Prov. 19.

12 Simpliciter dictum intelligo: aliquam noctis partem scribendae epistolae insumo. Amb. 12 *absumo.*

DCXL.

1 Hanc quoque epistolam Martyni-Laguna *L. Torquato* inscripsit. Quod cur recte factum esse mihi non videatur, exposui ad ep. DXXVII. Hanc vero epistolam etsi non ad *L. Torquatum*, tamen ad *A. Torquatum* missam esse possit aliquis coniicere, quod non solum hoc tempore in

A. Torquati causa se laborasse Cicero ipse dicit ad Att. ep. DCXXVIII, sed etiam mentionem facit, in hac epistola, Syronis, philosophi Epicurei, quem *L. Torquati* amicum fuisse discimus ex L. II de Fin. c. 35; ideoque etiam fratris eius *Auli* amicum fuisse credibile est. *Schütz.*

2 Bis eum Cicero, ante filiam suam ei collocatam (epp. CCLXXII, 1 et CCXLII, 2), in capitis periculo defenderat; ep. CCLXI, 2. *Manut.*

3 Idest in fortunis Trebiano conservandis gratia et deprecatione apud Caesarem. *Ernest.* Erat enim Dolabella medius inter Caesarem et Ciceronem; nam illi erat iucundus (ep. CCCLVII, A), huic autem gener.

4 Revocatione ab exsilio. *Ernest.*

5 Nimirum mihi gratulari. Libri aliquot nostri *alterum vero vere;* minus recte, opinor.

6 Amisisti rem familiarem, recuperasti patriam.

7 Lamb. *quae ipsa tamen;* ei proxime codex Rec. *quae tamen ipsa.*

8 Fuit Puteolanus. Male alii *Nestorius;* quod ipsum tamen in multis libris reperitur.

9 *Ea* desideratur in multis libris.

DCXLI.

1 Q. Cornificio Africae praetori (ep. DCCLXXXIII) a Caesare praefecto. *Collegae*, in auguratu. *Corrad.*

2 Male aliqui cum Lamb. *non quod.* Cf. epp. CDLV, not. 11; DXXXVII et DCCCV.

3 De Q. Caecilio Basso et Sext. Iulio inter se dissidentibus, et bello ex ea re excitato (Dio, lib. XLVII, c. 26; Strabo, lib. XVI, p. 1069 et Appian. Bell. Civ. III, 77, 78). Nisi famam de Bello Parthico intelligere malimus. *Corrad.*

4 Nam Syria propior Africae, Cornificii provinciae, quam Romae; etsi media inter Syriam et Africam fuerit Aegyptus, alia populi Ro. provincia.

5 Belle componit *otium* cum *negotio*, ut iam de C. Canio fecerat, dicens, eum *se Syracusas otiandi — non negotiandi causa*, *contulisse*, Off. III, 14. Vacationem autem a negotiis intellige, vel in Senatu, vel in Foro, Caesare omnia occupante.

6 *Malis* pro *malim* eleganter, ut illud: *At tibi repente — quum minime exspectarem, venit ad me Caninius*; ep. CDXL, 1.

7 Libri multi cum Lamb. *quia video*; sed *quia* Gebhardus ope codicum mstorum iam eiecerat.

8 Lamb. *dum tu abes*; ut ep. DCL.

9 Dicit, *cetera fortasse* se libere scribere, sed ita tamen, ut Cornificio probari possent; sed quae proxime scripsit, de optimo genere dicendi, id liberius fecisse, atque ita, ut diffidere illum suspicetur.

10 Idest Oratorem ad M. Brutum superiore anno scriptum. *Schütz.*

11 Scripsit et Cornificius de arte Rhetorica, ut auctor est Quintil. III, c. 1, 21. *Manut.* Mox libri multi *ab non i.*

12 Scilicet, suffragere, si minus ex animo, saltem gratia. Pro *si minus* Lamb. et nostri aliquot *sin minus.*

13 Sic libri ad unum omnes, praeter Ernestium, qui ex coniectura edidit *probaris*, affirmans Ciceronem non voluisse dicere, Cornificium non probaturum, sed, si forte non probaverit. Nos nimirum ideo extra dubitationem dictum accipimus, quia iam Cicero superius dixerat, Cornificium dissensurum ab eius opere.

14 Non muto, quia id etiam in libro suo reperit Victorius. Placet tamen et *solicitudine*, ut habent libri multi cum Lambino, et intelligo de administratione et cura provinciae Cornificii.

15 Schützius ex emend. Walckenärii (opusc. p. 274) edidit *hominum.*

16 Cod. Rec. *intelligo*, ed. Ro. *intelligis.* Et mox edd. Lamb. et Seinzen. *pl. tribuere.*

DCXLII.

1 Vid. ep. CXIV. Eum per haec tempora Caesar victor agris inter milites dividendis praefecerat.

2 Quod legem a tribunis pl. promulgatam de agris eorum dividendis perferri consul non sum passus. Infra. *Manut.*

3 Restitui cum I. V. Clerico lectionem Lambini et Graevii, quam firmant Codd. Amst. Mentel. et Graevianus sec. Edd. tamen vett. *nec in honoribus meis laboribusque;* iis proxime Ernestius *nec in honoribus meis, laboribus:* Schütz *nec honoribus meis, nec laboribus.* Quae edidi, sic interpretare: nec in honoribus meis, nec in laboribus umquam mihi defuerunt.

4 Lamb. *ad ius suum obtinendum.*

5 Quo, quum Sulla agros divideret, Volaterranum publicavit quidem, sed neque dividere, neque Volaterranis civitatem eripere potuit: quum etiam tum essent in armis, et biennium cum proscriptis obsessi fuissent. *Corrad.*

6 Recte Lamb., sed sine libris: *Quum enim tribuni.*

7 De agro Campano dividendo. Consule epp. XLII, 1; XLIV, 2.

8 Lamb. *obligare.*

9 Lamb. *et tibi suadeam.*

10 Multi libri *ergo.*

11 Amb. 6 *te quasi.*

12 Sic mss. et edd. pr., pro quo male irrepsit *possumus*, Ernest.

DCXLIII.

1 Neque tamen ob eam necessitudinem, quemadmodum existimare potes. *Quarter.*

2 Agrorum divisionem tibi a Caesare traditam. *Idem.*

3 Contentione, flagitatione. Nam ambitio proprie est petitio honorum, quae fit circumeundo populum, salutando, prensando et flagitando. Alii aliter.

4 Eleganter *eius* praeposuit τῷ *Sullani temporis*, ut quod ad incolumitatem etiam pertinet: prius autem membrum dictum est ut pro Sextio c. 6: *Superioris anni rei publ. naufragium.* Cortius.

5 Senatores bellum civile abstulerat, in quorum locum legit ex sua secta, etiam peregrinis adscitis. Sveton. in Iul. c. 76. *Cellar.*

6 Nemo enim senator esse poterat, nisi DCCC millia possideret. Svet. in Aug. 41. *Manut.*

7 Ambr. 15 *videatur.*

8 Cod. Rec. cum aliquot Ambb. et edd. Ro. et Lambiniana: *Quicquid mea causa faceres, id C. Curtii causa quum feceris, meum existimes, quod ille — id me habere abs te putato.*

DCXLIV.

1 Et hic a Caesare praepositus videtur simul cum Orca (epp. sup.) agris dividundis.

2 Ad ep. DCXXXV.

3 Multi libri *cognosceret.*

4 Ante Schützium edebatur *Albinii*, et infra *Albinio*, *Albinius*, contra testimonium orationis pro Sextio c, 3, inquit I. V. Clericus, et contra Lamb.

5 V. orat. pro Sext. c. 3, ex quo correxit Victorius vitiosam tunc vulgatam scripturam *ex familia.*

6 Hoc est, Laberii praedia pro debito (pro debita sibi pecunia) accepit aestimata tanti, quanti erant ante bellum civile. Vide superius epp. CDL, 2, CDLI post med. et CCCII circa fin. *Graev.*

7 Neque enim rei publ. conducit, aut Caesari ea militibus bona dividere, quae Caesar ipse vendidit, nisi velit omnem venditionibus suis authoritatem adimere. *Quarter.*

8 Hoc est, quae vis, quae firmitas dominii erit? quae fides adhibenda Caesaris venditionibus?

9 Albino socero suo; cf. orat. pro Sext. 3. *Schütz.* Mox Lamb. *per me satisfecerit, quum ego* etc.

DCXLV.

1 Puteolano, quem pariter Caesar agro in Gallia Cisalpina dividendo praefecerat. Hinc infra *tibique negotium datum esse,* sc. agri dividendi.

2 Nimirum Romam. Ad ep. DCXXXIII, not. 11.

3 Qui ager vectigalis esset in Gallia Cisalpina. Sic et Arpinates agrum vectigalem extra Italiam habebant; ep. CDLXXXI.

4 Non facultatem statuendi, utrum, et quibus adimendi sint agri; arbitrium.

5 Lambinus *commune ei.*

6 Caesarem scilicet, eiusque asseclas. *Schütz.*

7 Edd. pr. *et etiam voluntatis;* Lamb. *et vol. etiam.*

8 Vt in ep. DCXLIII.

9 Scilicet, ut hanc causam Caesari integram serves, nec antequam ille causam cognoverit, istos agros dividas; ut explanat Schütz.

DCXLVI.

1 Ed. Ro. *Q. Cornificio,* ut vulgo editur in epp. DCCLXXXV, DCCCVI et DCCCVII. Quae editio id praenomen semper retinet in omnibus ad Cornificium epistolis; contra Lambinus ubique omittit. Ad ep. DCXLI init.

2 Vt ep. CCCLXXXIX med. Ambb. et edd. pr. *animadverti*, ut ibidem ante med., de more. Vulgatum primus admisit Victorius.

3 Lamb. *ire ad te aliquem.*

4 Ad epp. DCXLI, 1 et DCLXXXVI.

5 Amb. 2 cum Lambino *gravissimae literae;* nisi quod ille interserit *mihi.* Amb. 15 *tuae literae.* Vtrumque melius, quam vulgatum, ubi nihili est *gratissimae.*

6 In provinciam a bellis plane vacuam.

7 Scilicet prope provinciam tuam. Consule ep. DCXLI, 1.

8 Lamb. omisit *tamen.* Ambb. 5 et 14 *consecuta; tamen huiusm. pax:* et 15 *pax est consecuta, in qua.*

9 Sic libri omnes nostri cum Ernestio, Schützio et I. V. Clerico. Olim *delectent.*

10 Ep. DCXXXI, not. 5. *Ludis* est pro in ludis, sive ludorum spectaculo.

11 Bursam, Ciceronis inimicum, damnatum (ep. CLXXXI, 2), et a Caesare restitutum. *Manut.*

12 De primo vid. ep. CLXVII. Alter, Publius, natione Syrus, aeque mimus, salibus, ingenio et forma praestans. Macrob. Saturn. II, 7. Cicero se haec ludicra non amare fassus est pluries, ut e. c. ep. CXXVI, 2.

DCXLVII.

1 Edd. Iens. et Lamb. *gratiam modo habuisti;* cod. Zel. B et ed. Ro. *m. g. h.*
2 Amb. 6 *Quamobrem esse.*
3 Amb. 6 *quae vellet,* plane ut coniiciebat Ernestius.
4 Zel. B *tuis in rebus.*
5 Epp. DCXIX, 3 et DXCIX, 2.
6 Redire nolebat, poenae metu, Dionysius ad Ciceronem, a quo surreptis multis libris aufugerat; ep. DCXIX, 3. *Manut.*
7 Vt redire nolit. *Manut.*
8 Aliquot libri *captum.* Martyni-Lag. et Schütz *duces eum inter captivos.* Vtrumque *captum* et *captivum,* uncis inclusit ut glossema I. V. Clericus; recte.

DCXLVIII.

1 Verba *si vales bene est* absunt ab Amb. 3 et Rec., et vox *enim* ab Amb. 13. Itaque non male Schützius coniicit statim exordiendum esse: *Sum enim* χρήσει; vel scribendum *Si v. b. e. sum* χρήσει etc.
2 Ergo ususfructus ad te pertinet, possessio vero ad Atticum. Apte Manut. laudat illud Lucret. III, 984:

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Conf. ep. DCXXXVII, 2.
3 *Coëmtionale* est quod coëmendum, hoc est, quod cum aliis emendum offertur, quia per se ob vilitatem pretium non invenit; ita et hi servi senes propter suam senectutem. I. F. Gronov. de Pec. Vet. IV, 8. Curius ergo hic ait, Atticum nihil profecturum, si cum vendiderit ut bo-

num servum; nam nulli emtores invenientur: parum, si inter servos coëmtionales: nam inutilis est, et nullius pretii. *Venale proscribere*, insolenter; nam simpliciter *proscribere* dicitur, ut ep. LXXXVIII, 4: *Tusculanum proscripsi*, et ep. CCXLVI, 2: *fundum Herculanensem proscriptum esse*. Itaque *venale* delere volebant Graevius, e cuius msto aberat, et Ernestius; ego uncis inclusi cum I. V. Clerico. Libri aliquot: *si inter vos senes*, vel *inter nos senes*, et vetus liber Hotomanni *si inter vos contionales*, ex quo non inepte lego *si inter servos coëmtionales*. Ernestius tamen putabat legendum *quod — nisi inter coëmtionales proscripserit;* deleta etiam voce *servos*, quae iam e verbo *mancipium* intelligitur. Vulgo *si inter senes coëmtionales v. p.*

4 At tuus ille fructus ex me, longe maioris est. Alludit ad praecones auctionibus adhiberi solitos. *I. Fr. Gronov. Praedicatio*, quod scilicet dixerit, se usui esse Ciceroni; quasi dixerit Curius, operam suam, quam Ciceroni praestat, nihil valere.

5 Verba *quod habeamus* eiecit Lambinus. Minus recte. Scilicet Curius, inquit Ernestius, erat negotiator dives. Sed negotiatores Cicero, in consulatu, magno periculo liberarat; vide supra ep. XV, 2.

6 Acilio; epp. DCLIII, 2, CDXCIX et seqq.

7 Nostri quatuor, aliique *ad urbem*.

8 Recte sic Lambinus correxit vulg. *defigere*, et sic nunc editur. *Refigere* est tollere ad adsportandum; Phil. XII, 5 extr. Volebat enim Romam migrare. Conf. ep. DCLIII.

9 *Duo* pro *duos* ad ep. LII, not. 10. Multi libri scripti et edd. pr. *duos parietes*. Significat hoc proverbium, una eademque opera duas res conficere; ac proinde Curium Attico pariter et Ciceroni de se uno fructus edere. Sic in Evang. Matth. VI. 24: *duobus dominis servire*. Vulgo:

pigliar due colombi ad una fava. Conf. Erasmum, Adag. Chil. I, Cent. VII, Prov. 3. *Fidelia* erat fictilis urceus, in quo color habebatur tingendis parietibus.

DCXLIX.

1 Vulgo haec epistola constituit partem epistolae DCLVI. Sed, ut ait Ernestius, non consentit cum illa, in qua dicit, supplicationes sibi non decerni, et in libris scriptis quibusdam hic est novae epistolae initium. Itaque et nos fecimus. P. Manutius putat, epistola memorata DCLVI scripta, sed nondum dimissa, venisse nuncium de supplicationibus decretis. Sed ineptum est tam longum intervallum scribendi statuere, ac statuendum sit ex consequentibus. Illa altera epistola ἀκέφαλος fuit, et propterea alteri annexa ab imperitis librariis.

2 *Vi* abest ab Amb. 6; quod placebat Cortio, qui aiebat alterum ex his vel *vi*, vel *pugnando* satis fuisse. Tum edd. pr. *vi expugnando.*

3 Deesse hic nomina oppidorum, quae Vatinius ceperit, vidit iam Martyni-Laguna. Sed qua ex ed. aut quo ex libro msto sumserit *Vlcinium*, pro vulgato *unum*, reposueritque, nescio. Vlcinium est quidem Dalmatiae oppidum, quod et *Olchinium*, et *Colchinium* aliquibus dicitur, vulgo *Dulcigno*. Schützius, qui illud recepit in contextu, nomen *Vlcinii* in indice geographico omisit.

4 Amb. tertius *quatuor muros habet, quos cepi.* Mox *eorum*, idest, murorum: cepi arcem ipsam, quae quatuor murorum ambitu circumdatur.

5 Edd. pr. *neminem me;* inepte. Vulgatum explano: existimans, te habere neminem amantiorem tui, quam me.

DCL.

1 Salubres semper Baiarum aquae. Plin. XXXI, 2. Sed scripserat, opinor, Dolabella, Baias non iam sensim, ut antea, salubritatem sibi attulisse, sed illico factas salubres. At I. F. Gronovio videtur, *salubre* opponi luxurioso, ut apud Svetonium (Octav. 42) *salubrem principem*, et ita hic accipi a Cicerone.

2 Nam sensim solent esse salubres.

3 Naturam suam — mutare.

4 Quae exstat. *Manut.*

5 Quae non amplam dicendi materiam suppeditat. *Quarter.*

6 Orationem, causa peracta, scribebant veteres (Tusc. IV. 25); sed hic sumitur pro ipsa editione.

7 Deiotaro. Conf. epp. CCIX, 3, CCXIX paullo post init. et CCXXI extr.

8 Munus raro filo, eoque crasso, contextum; hoc est orationem parum elaboratam. Praeter Ciceronem unus Isidorus (Orig. XIX, 22) hac voce utitur, eamque explanat: *Levidensis vestis, quod raro filo fit, leviterque densata.* Burmannus (ad Ovid. Amor. I, 14) vocem ne latinam quidem putat, coniicitque *levi penso:* alii *leve ac densum*, et *levi dente.*

9 Qualia solent esse ipsius Deiotari munera, quem et alibi ut parum liberalem notat.

10 Caesarianorum iniurias viris et legibus illatas.

DCLI.

1 Timebat Cicero, ne Caesar, quem hospitio excepturus erat, sibi gravis et molestus hospes esset; sed periculo facto, eum facilem agnovit. Iccirco ait: *O hospitem mihi*

tam gravem! quasi dicat, quem mihi valde gravem fore putabam, is mihi minime molestus fuit. Itaque subiungit ἀμεταμέλητον, quod *cum non poeniteret* hospitio illum accepisse. *Bosius.* Lambinus *Hospitem m. t. g.*, omisso *O.*

2 Secundo Saturnaliorum die, hoc est XIII Kal. Ian.: ep. CCXXVIII init. et Macrob. Saturn. I, 10.

3 Quia Caesar postridie apud me cenaturus erat. *Manut.*

4 Recte Ernestius coniicit legendum *at.* Mox *Barba Cassius*, aliquis ex tribunis pl., certe ex Caesaris amicis. Phil. XIII, 2.

5 Milites igitur omnes in agro discubuerunt. Et *castra* pro militibus posuit, et quasi per iocum, ut quum infert *villa defensa est,* pro, ex militibus villam nemo introivit. *Manut.*

6 Commoratus est usque ad horam postmeridianam.

7 Cum Balbo procuratore (epp. DCXXIX, 2 et DCXXI, 5) supputavit.

8 Quum et Mamurram, et se ipsum a Catullo versibus perstrictum intellexit, non est tamen perturbatus. Sveton. in Iul. 73, Catull. carm. XXIX, 3. *Corrad.* Restituit Lambinus auctoritate cod. Tornaes.: *Dum audivit de M.*, et mox *vultum* addidit Bosius ex fide Tornaes. et Crusell.

9 Idest curationem per vomitum. Eadem usus est regula Caesar, quam Celsus (I, 3 a med.) praescribit: *Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde cenare.* Pro Deiot. 7: *Quum vomere te* (Caesar) *post cenam velle dixisses.* Sen. ad Helv. c. 9 sub fin.: *Vomunt ut edant; edunt ut vomant* etc. Panthagatus coniecit *egerat.*

10 Verba Lucilii; vide de Fin. II, 8. Postremam literam τοῦ *quaeris*, ut carminis ratio constet, elidendam esse docet Malaspina, et elisit iam I. V. Clericus.

11 Homo dicitur simpliciter pro *homine polito*, et ad sen-

sum pulchritudinis, et venustatis exculto. *Schütz* in Lexico. Sic *humaniores literae*, pro studiis, quae hominem excolunt.

12 Supervacaneum videtur *ad me*, quum dixerit *eodem*. Manutius.

13 Habes, inquit, odiosam ἐπιχειρηθμίαν, idest, quam ego initio, ut gravem, oderam et refugiebam; quae tamen mihi, ut dixi, molesta non fuit. *Bosius.*

14 Supple, *aderant;* aderant scilicet honoris causa ad dextram et ad sinistram Caesari equitanti. Vulgo *facevano ala, spalliera.*

15 Audivi. *Corrad.*

DCLII.

1 Quintus Cicero filius. *Ernest.*

2 Multi libri, excepta ed. Ro., *quod iter instet? Est iter* etc. Primus Bosius e lib. Decurt. *quoi i. i. Quoi* ἀρχαϊκῶς pro *cui*, quod editur inde ab Ernestio. *Ad bellum*, bene Malaspina intelligit Parthicum (ep. DLXXXVII, 1), ad quod iturus erat cum Caesare.

3 Quae vis te ad bellum cogit?

4 Habeo ad id bellum.

5 Atticus. *Manut.*

6 Vxorem. *Manut.* Tum *ne illi quidem*, scil. avunculo.

7 Evenire velim tibi hoc matrimonium. *Sed quando* eam duces.

8 Ed. Ro. *probas.* Mox *censeo*, uxorem ducas; quod iam Manutius indicavit.

9 Natalem; ep. CCXCVI, 3.

10 Romam, quod augur sim. *Manut.*

11 Si vera est lectio, una hac interpretandi ratione sententia constat, i. q. orat Lepidus, ut veniam ad templum effandum, scilicet ad locum templo. quod Caesar Marti

exstruere volebat (Sveton. Iul. c. 44), consecrandum. Opinor enim, augures nil habere, quod opponant. *Schütz.* Itaque bene distinguunt Manutius et Lambinus: *Orat Lepidus, ut veniam (opinor augures nil habere) ad templum effandum.* Nisi malis explicare: opinor, augures nihil collegarum, seu nullum tertium collegam habere, ad templum effandum (tribus enim auguribus opus erat), praeter me.

12 Vulgo in codd. corrupte μιᾶς κόρδου, vel μιᾶς σκόρδου. Veram lectionem assecutus esse videtur Gronovius μίασμα δρυός, quod erat proverbium, proprie de piaculo in quercum Dodonaeam, seu templum Iovis Dodonaei usurpatum, deinde ad aliud piaculum specie religionis translatum; ut significet templum illud a Caesare post oppressam rem publ. exstruendum instar piaculi esse. *Schütz.* Probo tamen cum Ernestio Odini coniecturam apud Olivetum μιᾶς ὁδοῦ, scil. *una via te videbimus.* Lamb.: *ad templum effandum Saturni* ἀσπόνδου.

NOTE ALLE LETTERE

CONTENUTE

IN QUESTO VOLUME

DXVII.

1 Il casato di Manlio, che avea per soprannome Torquato, era patrizio e di gran conto. Narra Tito Livio, nel VII libro, che Tito Manlio erasi meritato il soprannome di Torquato in un duello con un Gallo al quale ebbe tolta la sua collana. Aulo Torquato di cui qui si parla, era uomo avuto in istima per sua virtù e per suoi meriti, che fu governatore d'Africa, dopo essere stato pretore di Roma, e del quale Cicerone fa un elogio molto onorifico nell'orazione *pro Plancio*. Egli era a' confini in Atene, perchè s'era dato alla parte di Pompeo contro di Cesare.

2 Trattavasi a que' dì della guerra di Spagna contro ai figliuoli di Pompeo.

3 Ci fa sapere S. Girolamo nell' epitafio di Nepoziano che Platone, Diogene, Clitomaco, Carneade e Posidonio aveano scritto de' Libri di Consolazione, i quali a' suoi tempi duravan tuttavia.

4 Così la sentivano gli Stoici, come viene snocciolato nel primo libro delle Questioni Accademiche. Aristotile v'aggiungeva il possesso dei beni esteriori; e il suo sistema sarebbe stato senza dubbio il più ragionevole, quando vi avesse aggiunto l'amore ed il timore di Dio.

5 Avea sempre Cicerone condannata la guerra civile, e bramata la pace a qualunque costo.

6 Cicerone e Pompeo, essi medesimi, avean favorita la prolungazione del governo di Cesare nelle Gallie.

7 Filargiro, liberto di Torquato, che qui viene appellato col suo nome servile.

8 Parla di Atene, dove Torquato stava in esilio. È noto in quale onore tenessero i Romani questa città. Cicerone *pro Flacco*: « Evvi gli Ateniesi, dai quali si reputa che l'uma-« nità, la dottrina, la religione, le derrate, i dritti, le leggi « presero principio, e per ogni paese furono sparte. » E nell'*Oratore*, I, 4: « Atene di tutte dottrine trovatrice. »

9 Egli è lo stesso Sulpicio di cui si ha parecchie lettere, e cui Cesare avea fatto governatore della Grecia.

10 Vuol dire di Pompeo e di P. Lentulo, che l'avean fatto ribandire, e che dappoi eran morti. Oltre l'occasione del richiamo, Aulo Torquato avea fatto di buoni servigi a Cicerone nella bisogna di Milone.

DXVIII.

1 Per timore di corrucciar la parte di Cesare, chè l'avrebbe accagionato come si rallegrasse per la guerra Spagnuola rotta dai figliuoli di Pompeo.

DXIX.

1 Questa lettera è uno scherzo su certe faccenduole che divertivano allora Cicerone. Cesare era console la quarta volta, e cominciava a tenere il sommo maestrato, e Dolabella eragli tuttavia in grazia. Salvio, Nicia e Vidio sono nomi di certi grammatici d'altronde ignoti. Aristarco, critico d'Omero, passa per quello di tutti. Noteremo però che Svetonio, nel libro de' Grammatici, parla d'un Curzio Nicia grammatico, che potrebb'esser questi.

2 Cicerone sbottoneggia dietro via il suo vecchio nemico Bursa Planco, ch'era un bue, ed uno fra i rivocati da Cesare. Il giudizio di cui s'era incaricato Cicerone era nient'altro che una minchioneria domestica; ma egli ne prende appicco per canzonare bellamente il richiamo fatto da Cesare di parecchi stati condannati da Pompeo.

3 Cicerone parla in più luoghi di questo Silla, parente del dittatore Silla, ma tenuto per un gran taccagno. Il prenome, a dir vero, non è lo stesso, ma gli accidenti si rassomiglian

tanto ch'egli debbe pur essere il medesimo uomo, e la differenza del prenome esser nata da fallo degli antichi copisti. Questo Silla era odiato molto dal popolo, perchè per sua grettezza comperava tutti i beni confiscati da Cesare, o, come altri vogliono, perchè soprastava a questa vendita.

4 Vedesi nella lettera seguente che alcuni lo facevan morto per indigestione, altri ucciso dai ladri.

5 La è una ironia; poichè Cicerone, anzi che temere che la vendita di Cesare si raffreddasse, lo agognava.

DXX.

1 Questo Silla non è altrimenti colui a favor del quale abbiamo una difesa di Cicerone. Si tratta di un nipote di Silla il dittatore, molto infamato per sua avarizia, e il quale s'era disonorato nella vendita dei beni dei proscritti, in prima sotto la tirannia del suo zio, e di poi sotto l'imperio di Cesare. Se ne ha una prova nella lettera antecedente e negli *Officii*, II, 8.

2 Non si poteva dunque dubitare che fosse morto; e il piacere di questa cerimonia era uno spettacolo perduto per il popolo. Racconta Plinio, lib. VII, c. 14, che prima del dittatore Silla non v'era stato alcuno di questa casa bruciato. Non bisogna credere che tutti i Romani dopo la lor morte fossero arsi, poichè non eran che i grandi, e coloro che volevan questa spesa. V'avea dei cimiteri e de' sotterranei per seppellirvi la gente volgare, e di qui derivan senza dubbio le catacombe (V. la lettera d'Eusebio ad Ireneo).

DXXI.

1 Si è veduto più volte il nome di Lepta nelle lettere a P. Lentulo ed Appio, mentre che Cicerone governava la Cilicia. Quinto Lepta era prefetto o soprastante de' suoi operai.

2 Avendo Lepta risaputo che Cesare preparava una legge sul creare i decurioni nelle città municipali, e dandosene qualche pensiero o per suo conto, o per conto di qualche suo amico, avea pregato Cicerone che prendesse contezza dagli

amici di Cesare ove andasse a battere specialmente questa legge non per anco bandita.

